


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

NIET UITLEENEN

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

2085
us
bös

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

NIET UITLEENEN

Inliggende band van den Amsterdamschen boekbinder Magnus is een geschenk van Sir Herbert Thompson voor het museum der Koninklijke Bibliotheek.

Ondergeteekende verzoekt dat aan den schenker eene dankbetuiging gezonden wordt.

Het adres van Sir Herbert Thompson is:

London W. 11, 9 Kensington Park Gardens.

E. Eckstein.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

144 A 14
niet plakken

(Boekbandnr. 179 A 14)

XXI

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

N° 722

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

KONINKLIJKE
BIBLIOTHEEK
'S-GRAVENHAGE

ATHANASII KIRCHERI
è Soc. JESU

LATIUM.

ID EST,

NOVA & PARALLELA
LATII tum VETERIS
tum NOVI

DESCRIPTIO.

QUA

Quæcunque vel Natura, vel Veterum Romanorum Ingenium admiranda effecit, Geographico-Hiſtorico-Phyſico Ratiocinio, juxta rerum geſtarum, Temporumque ſeriem exponitur & enucleatur.



AMSTELODAMI,

Apud JOANNEM JANSSONIUM à WAESBERGE,
& Hæredes ELIZEI WEYERSTRAET. *Anno* CIↃ IↃC LXXI. *Cum Privilegiis.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

JOANNES PAULUS
OLIVA
Præpoſitus Generalis Societatis Jesu.

Cum opus, *quod inſcribitur* Latium Priſcum & Novum *à* P. Athanaſio Kirchero *noſtræ Societatis Sacerdote compoſitum aliquot ejuſdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint, facultatem concedimus, ut typis mandetur, ſi iis ad quos pertinet, ita videbitur, cujus rei gratia has literas manu noſtra ſubſcriptas, ſigilloque noſtro munitas damus.* Romæ 17. *Aprilis* 1668.

Joan. Paulus Oliva.

Imprimatur, Fr. HYACINTHUS Libell. Sacr. Palat. Apoſt. Mag.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

BEATISSIMO PATRI
CLEMENTI X.
PONT. OPT. MAX.

Perennem felicitatem precatur Athanaſius Kircherus *è Soc.* JESU.

SIſtit tandem BEATISSIME PATER ſeſe Venerando Conſpectui Tuo, LATIUM, è tenebris, in quibus hucuſque latuit, erutum, & priſtinæ ſuæ dignitati reſtitutum LATIUM, inquam, immortalitate nominis ſui ſuper æthera notum. Hæc eſt primæva illa priſcorum Mortalium Sedes & Colonia, Regnum Saturnium, grandium Heroum, Regum, Cæſarumque nativum Domicilium, humanæ prudentiæ, Scientiarum, Latinæque eruditionis fons & origo. Quod tametſi arctis anguſtiſque Terræ limitibus concluſum videatur, adeò tamen longè latéque Imperii & Dominationis ſuæ terminos diſtendit, ut Orbem ſua amplitudine complexum, omnium Regnorum gloriam longo intervallo, poſt ſe reliquerit; ſive enim magnarum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

in eo geſtarum rerum multitudo, & varietas, ſive URBIS ÆTERNÆ Splendor & Magnificentia, ſive denique exacta politicæ adminiſtrationis norma conſideretur, eam ſanè talem, tamque grandem eſſe fatearis, neceſſe eſt, ut in ea plene deſcribenda, omnium pæne Hiſtoricorum ingenia calamique defecerint; neque cuipiam id mirum videri debet, qui arcanas circa hanc Urbem Divini Conſilii rationes penitiùs expenderit; ſed arcanum paucis aperiamus.

Inſcrutabilis Divinæ providentiæ altitudo, cum gentium potentûmque à ſeculo hominum effrenem licentiam coërcere, gloriæ Mundanæ faſtum proterere, Regnorum Imperiorumque ſuperbiam ſubjugatam novis diviniſque Virtutibus inſtruere conſtituiſſet: in unicam LATII Metropolim ROMAM conjectis oculis, illam ad ineffabilem Omnipotentiæ ſuæ opulentiam, demonſtrandam, præ omnibus eligendam cenſuit; ut in eadem, æternum Eccleſiæ ſuæ thronum & tribunal nec non inconcuſſam Fidei Chriſtianæ petram collocaret: unde utique ſecretioris Conſilii præordinatione accidit, ut poſt Unigeniti ſui, Regis Æterni in Orbem Terrarum adventum

ventum, ea Urbs præpararetur, quæ ut cum Divo Leone loquar, ignorans ſuæ provectionis authorem, cum pænè omnibus dominaretur gentibus omnium gentium ſerviebat erroribus, magnamque ſibi videbatur aſſumpſiſſe Religionem, quia nullam reſpuebat falſitatem; ac proinde neceſſe fuit, ut in hac multa Regna uno confœderarentur Imperio, atque hoc pacto confeſtim obvios haberet populos prædicatio univerſalis, quos unius teneret regimen Civitatis. Undè paulatim Roma Domina gentium per ſalutiferam Chriſti fidem, ſuppreſſis Cæſarum Tyrannorumque cervicibus, & poteſtatis contumacia evicta, attritaque quæ mater Superbiæ & erroris fuerat, ancilla fieret humilitatis, & Diſcipula Servatoris; atque adeò Roma gens ſancta, populus electus, Civitas Regia & Sacerdotalis, per Beati Petri fidem effecta, latiùs præſideret, Religione Divina, quàm Dominatione Terrena. Quamvis enim multis aucta victoriis, Dominiique felicitate jus Imperii ſui terra marique protulerit, quàm quod Religionis Chriſtianæ pax ſubjecit; minus eſt, quod Regum Cæſarumque ambitioſa contentio conquiſivit, quam quod Chriſtiana humili-

militas per fidem Chriſti quàm affluentiſſimè, Euangelio per univerſi Mundi ſemitas diffuſo, obtinuit.

Quæ cum ita ſint. Meritò BEATISSIME PATER, hoc, qualecunque tandem ſit, de LATIO opus, Sacratiſſimo Nominis Tui Splendori (eo ipſo tempore, quo felici ſane orbis auſpicio, ex pervetuſta ALTERIORUM Romana familia vix dimenſo ſemeſtri temporis ſpatio ſtupente & applaudente mundo, ex Prælatura in Cardinalitiam dignitatem, & mox Pontifex in Apoſtolici culminis Solium exaltareris) inſcribendum cenſui; Qui uti legitimus & LATII & ROMÆ poſſeſſor es, ita quoque Divinæ providentiæ diſpoſitione in Beati Petri Solio Succeſſor non Cœleſtis duntaxat, ſed & Terrenæ poteſtatis in ligando ſolvendoque claves adeptus, multò latiùs longiuſque Tuæ Juriſdictionis terminos extendis, non dicam obtinere ſed ne ſperare quidem poterat. Verùm, nè BEATITUDINEM TUAM Mundi mole preſſam amplius interpellem, Summam meorum tunc me obtinuiſſe arbitrabor votorum; Si TU, qui Sapientiâ, Virtubus heroicis, nec non grandium rerum Cogitationibus, Glorioſiſſimi Nominis

Tui

Tui famâ Orbem Terrarum jam impleſti, hoc exiguum tenuitatis meæ munus acceptare non dedigneris, atque unà me apud Te nonnihil eſſe patiaris.

Vale Beatissime Pater. Vale Chriſtiani Orbis Spes & Fulcimentum, Deo, Eccleſiæ fidei Tuæ commiſſæ, & tandem Tibi, in excurrentis ſeculi felicitatem.

Dabam è Collegio Romano Soc. Jesu. Kal. Maji 1670.

PRÆFATIO
AD
LECTOREM.

LATIUM, Regionem famâ ſupra æthera notam, Imperii Romani Sedem, Mundi Reginam & Dominam, primævum Sapientum, Heroum, Semideorumque Seminarium, Orbis Terrarum Arbitram, Regum, Cæſarumque Incunabula explicare aggredior, quod argumentum ſane uti Herculeis humeris formidandum meritò dici poteſt, ita quoque audaciori forſan penna illud aggredi, quàm aut mei imbecillitas ingenii, aut concreditum mihi talentum poſſit, aut debeat, certè præſumptionis & temeritatis pœnam facile me ſubiturum video, auſim tamen & in hoc nonnihil attentare, ſi non cum optato felicitatis ſucceſſu, ſaltem meritum aliquod apud poſteros me obtinuiſſe cenſebor, ſi quæ in hunc uſque diem, inacceſſa latuerunt veteris Magnificentiæ veſtigia in lucem educam; atque hoc pacto conatum ipſum in laudis merito reponam.

Quanquam verò præ cæteris Roma Domina gentium, Mundi Caput, Latii noſtri Metropolis in hoc argumento principalem ſibi locum veluti jure quodam vendicare videbatur; Verùm tamen cum thema hoc gloriæ ubertate confertiſſimum, à tot tantiſque, nec nón ab adeò Celebribus Scriptoribus tàm antiquis quàm recentibus excultum intuerer, aquam Pelago ſuperaddere verebar, ſi in Romanarum antiquitatum indagine novum quidpiam ab aliis non exactum conferre, irrito labore attentarem. Quarè conſultiùs me facturum exiſtimavi, ſi relictâ Româ, jam tanta gloriæ celebritate veluti ſatura, ad ea ſolummodò, quæ in ejuſdem Territorio, quod Latium vocamus, æternâ memoriâ digna monumenta occurrunt, Calamum extenderem, quæ uti ignorantiæ tenebris involuta, & obliviosâ temporum vetuſtate, hucuſque neglectâ latuerunt, ita quoque non niſi parcè ab aliis, non tam deſcripta quàm ſolummodò

modò indigitata fuerunt. Hæc itaque ut quàm exactiſſimè, & ſinceriori veritatis trutinâ ponderarem, non Authorum jam traditis ſcriptis confidendum ratus, quin potiùs quidquid in univerſi Latii finibus rarum, inſolitum, & geſtarum rerum gloriâ celebre, ſive urbes, oppida, villas, ſive naturæ in montibus, lacubus, fluminibus, paludibus, fontibus, conſtitutionem ſpectes ad incudem revocans, κατὰ τὴν αὐτοψίαν, exploratam in poſteritatis uſum chartis committendum, operæ pretium duximus, ut proindè peritorum judicio, ſive laborem & induſtriam, ſive expenſarum in Latio quà luſtrando, quà deſignando factarum ſumptus, ſive denique Archivia Urbium forſan aliis inacceſſa, multorumque ad noſtrum inſtitutum plurimum ſervientia Literatorum ſubſidia ſpectes, nulli ante nos ceſſiſſe videamur; atque ea de cauſa jam à novennio ferè unica mea cura fuit, ut Autumnalium feriarum tempus, quo alii mentis corporiſque relaxationi indulgere ſolent, illud ego quotannis in una, aut altera Latii parte, ne propoſiti mihi ſcopi moles confuſionem pareret, quà pedeſtri, quà equeſtri itinere, penitiſſimè examinanda, impenderem.

Undè initio ducto, ab Agro Tuſculano Latii meditullio quicquid antiquitatis occurrebat, oculis luſtravi, deindè eadem curâ, & ſollicitudine Agrum Albanum, Aricinum, Nemorenſem aggreſſus, quicquid illuſtre, & conſideratione, dignum, obvium erat, annotavi; Hinc deindè in Ardeatinos, Laurentinoſque Campos, ad mare uſque divagatus, ſingula vetuſtatis veſtigia, acri ſtudio palimpſeſto commiſi; nec hiſce contentus, in Volſcorum proximam Latio Regionem ingreſſus, tum maritimas, tum mediterraneas Urbes, Oppida, Lacus, Montes, uſque ad Auruncorum confines exploravi; deindè ad Montem Caſſinum, ultimam Latii veteris urbem profectus, & deindè reliquam Hernicorum Regionem explorandam aggreſſus, ingentem ubique ſcribendi materiam conquiſivi; Tandem Præneſtinas antiquitates, præ cæteris, celeberrimas perſcrutatis, Æquorum montoſum Imperium oberrando in Tiburtinum Territorium delatus, antiquitatum omnium uberrimum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Cornucopiæ comperi, in quo exhauriendo, ferè triennio mihi deſudandum fuit, cui acceſſit Sabinorum Regio, uti priſcorum ex Græcia, Janigenum, Pelaſgorum, Aborigenumque habitationibus & Coloniis celeberrima, ita quoque eam ad ultima uſque Samnitium Confinia, Nariſque fontes explorandam ratus ſum. Quæ omnia, uti recenſuimus, in hoc opere ordine deſcripta ob oculos ponuntur curioſi Lectoris, in quibus longitudines locorumque diſtantiæ, eâ, quâ par eſt, diligentia exactæ ſunt, veterum urbium, caſtellorum, villarum, fontium, fluminum, lacuum, montium, villarumque veſtigia, cum novis & recentibus locis, hæc cum illis parallela quadam comparatione & collata, & ea methodo compoſita ſunt, ut antiqua, quæ temporum vitio aut neglecta, aut non rectè intellecta fuerunt, ex modernis illuſtrata inſtaurarentur, & quod vix ab ullo hucuſque præſtitum fuit Auctores ipſi, quos allego, non ex libris & opinione mea, ſed ad nativam locorum conſtitutionem emendarentur, nec non ſingula in priſtinum dignitatis ſtatum reducerentur. Et nè quicquam ad Lectoris palatum deeſſe videretur, ſingularum Regionum ſitus, unà cum ſingulis in eo contentis locis memoriâ dignis, in Topographicas tabulas redegimus, ſemiſepultarum urbium, villarum, palatiorum, aliorumque locorum rudera æri inciſa ſuo ſplendori reſtituimus; Eſt enim Latium noſtrum ubique locorum adeò antiquitatum ferax, ut vix ad jactum lapidis progrediaris, quo non in nova ſemper, & nova veteris memoriæ monumenta incidas: atque adeò Romanus Ager potiſſimùm Cæſarum tempore, non incongruè ſuburbicaria quædam, ut ita dicam, Romæ annexa civitas merito ſuo dici & appellari potuerit. Quæ omnia cùm intimo mentis ſcrutinio haud infrequenter intuerer, mox non ſine ſenſu, illud omni laude dignum Eccleſiaſtæ pronunciatum occurrit: *Vanitas Vanitatum*, & *omnia Vanitas*, quo quidem experimento doctus ſapiens Rex, veluti digito quodam, omnibus Regibus, Monarchis, & potentibus à ſeculo viris indicare videtur, vanas mortalium diſpoſitiones, varias mutabilis fortunæ vices, incertas actionum humanarum ſortes; nihil quod non æternum

eſt,

eſt, ſtabile ac perenne eſſe poſſe; Quæ luculenter in hujus Operis decurſu, tanquam in ſpeculo luculentiſſimo, Lectori exhibebuntur; ſiquidem in hoc videbis non ſine horrore florentium potentiſſimarumque olim, modò ſola urbium cadavera paſſim obvia; miraberis villarum palatiorumque ad omnem voluptatis uſum quàm magnificentiſſimè extructorum, hodiè non niſi confuſam lapidum congeriem, & ubi quondam Cæſarum Regumque delicioſi receſſus, hodiè ferarum, ſerpentum bufonumque latibula ſpinis & tribulis obſita intueberis; & qui æternum duraturas fabricas moliebantur, intra exiguos ſeculorum decurſus in vaſtiſſimas ruinas abiiſſe cum admiratione cernes; ut proindè in hac corruptibilis vitæ caducitate, nil adeò ſplendidum, magnificum, potens & validum nobis obviet, quod non in ſua viciſſitudinis ſorte, momentaneum cenſeri debeat. Potentia Regum Principumque quàm ſubitò divitiarum abundantiâ & ubertate affluit, tam citò dilabitur, nullo in loco, nulla in perſona, ſtabilitatis nixa radicibus conſiſtit, ſed incerto fortunæ flatu huc atque illuc acta; quoſque in ſublime infra aſtrorum vertices, extulit, improviſo recurſu deſtitutos in profundo cladium miſerabiliter immergit; Hoc pacto non urbium duntaxat, ſed & regnorum Imperiorumque fata inſtabili fortunæ rotâ volvuntur; ut ex hiſce cuncti, & potiſſimum Urbium, populorum Regnorumque Dominatores diſcant, eâ cum moderatione vitam inſtruere, æternitatis metam ſemper menti impreſſam tenere, quàm inſtar fumi & vaporis omnia iſta unà cum temporis inſtabilitate fugiant, conſiderare; hoc enim pacto, ab omni fato, ab omni ſiniſtræ fortunæ jactu ſe liberos vitam cum tranquillitate tranſacturos certò ſibi perſuadeant. Atque hæc ſunt, quæ ad Divini nominis gloriam, & Reipublicę Literarię emolumentum, in hoc Latii noſtri volumine, Lectori benevolo offerre voluimus. Quę qualiacunque tandem ſint, ea limatiſſimo æqui Lectoris judicio ſupponimus. Vale cœptiſque fave.

INDEX CAPITUM,

Quæ in hoc Opere continentur.

LIBER PRIMUS,

De Origine & Antiquitate Latii.

PARS PRIMA,

De Coloniis Latii.

Caput I. *De Primis Latii Colonis, eorumque continuata Succeſſione* pag. 3

II. *De prima Janigenarum expeditione in Latium* 4

III. *De Aboriginibus, Oenotriis, Italis, Sicanis, Umbris, Pelaſgis, Latii Veteris Colonis* 7

IV. *De Secunda in Latium Expeditione, quæ Pelaſgorum fuit* 12

V. *De Tertia Expeditione Pelaſgorum Arcadum in Latium ſub Evandro Duce facta* 14

VI. *De Æquivocatione nominum & Analogia geſtarum rerum a primis poſt diluvium Janigenis, quæ poſteris poſtea populorum Ducibus applicata fuerunt* 17

VII. *De Terminis priſci Latii* 21

LIBER SECUNDUS,

De Particularium Locorum Deſcriptione.

PARS I.

Ager Latinus propre dictus 29

Cap. I. *De Locis memorabilibus Albanum inter & Romam in via Appia occurrentibus* 30

II. *De Origine, Antiquitate & Situ Albæ Longæ* 32

III. *De Monte Albano, ejus Situ, natura, proprietate* 35

IV. *Lacus Albanus, ejuſque Origo & mirabilia* 38

V. *De urbe hodie Albano nuncupato, ejuſque Territorio* 42

VI. *De Aricia, & Nemore, ejuſque Territorio* 45

VII. *De Nemore Aricino, & Lacu Dianæ* 47

VIII. *De Lanuvio, vulgo Civita de la Vigna* 52

PARS II.

Ager Tuſculanus, & circumjacentia Loca 55

Cap. I. *De Veteri Tuſco, & montibus Tuſculanis* ibid.

II. *Crypta ferrata, ſeu Villa Ciceronis* 57

III. *De Sepulcro Veterum Furiorum in monte Tuſculano non ita pridem detecto* 64

IV. *Algidus mons, & Oppidum, Roboraria, Corbio, ad Decimum Ferentinum, Cæteraque Tuſculani Agri oppida.* 70

V. *Tuſculanum Lucii Luculli* 72

VI. *De Tuſculo poſterorum Temporum quod Fraſcatium hodie dicitur* 77

VII. *Marinum, ſive Marianum aut Ferentinum* 80

VIII. *Ardeatinus Ager, aliorumque locorum adjacentium, Campus Solonius, Tellenæ, Ficana* 87

PARS III.

Præneſte ſive Ager Præneſtinus 90

Cap. I. *De Origine, & Antiquitate, ſituque Præneſtinæ urbis, vulgò Paleſtrina* ibid.

II. *De*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

II. *De Fanis & Delubris Veterum Præneſtinorum* 93
III. *Præneſtinæ Fortunæ Primigeniæ, Templum* 94
IV. *De ſignificatione figurarum quæ in hoc Lithoſtrato ſpectantur* 100
V. *De Poſteriorum Temporum Præneſtinæ urbis Statu* 111
VI. *De Epiſcopis Præneſtinis ex Suareſio & Hughello* 112

PARS IV.

Regio Labicorum, Hernicorum, aliorumque in meditullio Latii, oppidorum ſitus & Origo 119
Cap. I. *Pedum, Gabii, Labici, cæteraque oppida* ibid.
II. *Labicum, Pedum, Scapſia, Pupinia &c. oppida Veteris Latii* 120
III. *De Agro, ſeu Regione Hernicorum* 142

LIBER TERTIUS,

De Antiquitate Tyburtinæ urbis.

PARS I.

Cap. I. *De Origine urbis Tyburtinæ* 128
II. *De Catilli domus Origine* 129
III. *De Evandri Colonia in Aborigenum Terram, quod Latium dicebatur, deducta, & inde per Catillum in Tyburtinum Collem* 131
IV. *De Æneæ in Latium adventu* 134
V. *De Variis Revolutionibus Tyburtinæ urbis ſub Regibus & Republica Romana* 136
VI. *De Tyburtinorum cum Romanis confœderatione* 137

PARS II.

De Tyburtinæ urbis Antiquitatibus quæ etiamnum in ejus Ruderibus ſplendeſcunt 140
Cap. I. *De Novo & priſco Tyburtinæ urbis ſitu* ibid.
II. *De Villis Tyburtinis, quæ olim a Cæſaribus, Regibus, Conſulibus, Dictatoribus, & Poëtis in deliciis habitæ fuerunt* 143
III. *De Celeberrima Villa Adriani Imperatoris, in Agro Tyburtino* 145
IV. *Villa Syphacis Regis Numidiæ* 154
V. *De Villa Rubelliorum* 161
VI. *De Villis Poëtarum, Catulli, Horatii, Virgilii, Vopiſci, &c.* 164
VII. *Villa Manlii Vopiſci* 166
VIII. *De Cæteris Villis Tyburtinis* 170
IX. *Villa Hippolyti, Cardinalis d'Eſte, quæ Tybure hodierna die ſuperſtes ſumma advenarum admiratione viſitur* 172

LIBER QUARTUS,

De Veterum Urbium, Fanorumque Celebrium ruinis & Situ, necnon de admirandis Naturæ operibus quæ in Tyburtino Territorio etiamnum ſpectantur.

PARS I.

De Urbium veterum Veſtigiis adhuc ſuperſtitibus 175
Cap. I. *De Anjene flumine, quod hodie Teverone vocant* ibid.
II. *De Empulo urbe vetuſtiſſima* 176
III. *De Deſtructione Empulitanæ urbis, ſive Ampilionis cauſa & Origine* 179
IV. *De Totali urbis Empulitanæ devaſtatione* 181
V. *De extructi ex Ruderibus Empultanis Caſtri S. Angeli origine* 183
VI. *De Reliquis urbibus Territorii Tyburtini* 184

VII. *De*

INDEX CAPITUM.

VII. *De Scopulo Converſioni divi Euſtachii Sacro, & de Eccleſia à Conſtantino Magno in eo fundata* 185
VIII. *Oppidum Sancti Viti* 187

PARS II.

De Antiquitatibus Tyburtinis 191

Cap. I. *De Antiquitatibus Tyburtinis, quoad Fana & Delubra, Deorum & primo de Templo Herculis* 191
II. *De Sybilla Albuneæ, ſive Tyburtinæ Templo* 194

De Aquarum Varietate, quæ in Agro Tyburtino reperiuntur 198

Cap. I. *De quadruplici aquarum Genere* ibid.
II. *De Bonitate Aquarum, quibus Tyburtina urbs fruitur* 199
III. *Litis deciſio, de perfecta bonitate Aquarum Tyburtinarum* 200
IV. *De Albula, ſive Sulphureo Lacu, quam Sulphataram vocant, in Tyburtino Agro, commemoratione digniſſimo* 203
V. *De petrifico hujus Lacus Albunei Succo, quo totam illam circumſitam terreſtrem planitiem in ſaxum convertit* 205
VI. *De Monte Sciſſo, cæteriſque rebus in Tyburtino Agro, conſideratione digniſſimis* 206
VII. *De Aquæductibus Tyburtinis* 208
VIII. *De Sanctis Tyburtinis, & Eccleſiis quæ hodie in Tyburtina urbe Spectantur* 211

PARS III.

De Sabinorum Regione 216

Cap. I. *Diviſio Sabinæ Regionis ſingularumque ejus partium deſcriptio* ibid.
II. *De urbibus veteribus Sabinorum, modernis* παρεμπήλως *inſertis* 217
III. *De Agri Reatini memorabilibus* 229
IV. *De Montibus, fontibus & Fluviis Sabinorum* 233

PARS IV.

De Volſcorum Regno, veterumque in eo urbium ſitu 236

Cap. I. *De Volſcorum ſitu & finibus* ibid.
II. *De Volſcorum Oppidis mediterraneis* 239

LIBER QUINTUS,

Ager Pomptinus.

Cap. I. *Quo Regionis Pomptinæ tum veteris tum modernæ ſitus deſcribitur* 245
II. *Exſiccationem Paludum Pomptinarum nullis non ſæculis tentatam & abſolutam* 246
III. *Utrum Paludes Pomptinæ hodie ſiccari queant & ad culturam priſtinam revocari* 252
IV. *De Modo, Ratione, Viribus atque induſtriis, quibus Pomptinæ paludes ad perpetuam culturam reduci queant* 256
V. *Quantum negotium inſtitutum importet, & quam ingentia commoda inde in univerſum Latium emanare poſſint, in quo & de Expenſis in in campo conſervando faciendis tractatur* 262

LATIUM

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

LATIUM,

id eſt,

Nova & parallela

LATII tum VETERIS tum NOVI DESCRIPTIO,

Qua

Quæcunque vel NATURA, vel ambitioſum VETERUM Ingenium admiranda produxit, juxta rerum geſtarum temporumque ſeriem Chronologico, Hiſtorico, nec non Phyſico Ratiocinio enucleantur exponunturque.

LIBER I CHRONOLOGICUS,

ſive,

De Origine & Antiquitate *Latii*, variarumque gentium à primævis temporibus in eodem propagatione.

PRÆFATIO.

DE Latij *Antiquitatibus diſceptaturus, adeò diſpares Hiſtoricorum fere omnium opiniones reperio, ut enarratione rerum pene confuſus, hiſtoriarum Ariadnæum filum num retrahendum, an ulterius deducendum conſultius foret, dubitarim, dum plerique antiquioribus priſcorum temporum Authoribus neglectis repudiatisque*, Græcorum *Hiſtoricis in veteri rerum deſcriptione unice ſtandum exiſtimant; Alii contra, illos utpote biblicis Canonum traditionibus magis congruos remis velisque ſectantur; ita ut ſicut unda trudit undam, ita importunus ingeniorum fervor, quo ſe vertat, quid amplectatur, quod ſectetur, neſciat, atque adeò* incidat in Scyllam, qui vult vitare Charybdin; *Complures etiam omni inacceſſæ vetuſtatis penetrandæ ſpe ſublata, non tam ad hiſtoriæ veritatem comprobandam, quàm ad imitationis exemplum multa literis prodidiſſe videntur. Ea ſiquidem monumenta, quæ primævorum hominum geſta hucuſque incognita temporum ſeculorumque vetuſtas obliteravit, illa inquam à veteribus* Græcorum *ſcriptoribus in figmenta tracta, Orbem innumeris fabularum conſarcinationibus impleverunt atque contaminarunt. Hoc rerum diſparatarum litigioſo negotio perplexus, dum ſingula cum ſingulis confero, &*

De Latij Antiquitatibus variant Authores.

Veritas Hiſtorica fabulis involuta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

juxta temporum ſeriem Authores cum Authoribus ritè coapto, accidit, ut in tanta tamen vetuſtatis caligine nonnullum ſubortum lumen, in decidenda lite, ſecuriorem me audacioremque reddiderit. Qui enim Græcorum de Latij antiquitate monumenta ritè & ſagaciter contulerit, apertè videbit, illa ex ſacris Bibliorum monumentis emanaſſe, tametſi multis mirisque modis ſub umbratili quodam fabularum ſigmentorumque integumento contaminatis, quæ vel ipſe Dionyſius Halicarnaſſeus Romanorum Hiſtoricus, pro ſua ſagacitate ingenij, excellentique qua pollet judicij vigore, uti paulo poſt videbitur, teſtatur. Unde neque Beroſum, (ſi Annii ſigmenta excipias) neque Catonis de Originibus fragmenta; nec Archilochi, Antiochive Syracuſani, neque Fabii Pictoris, Myrſilli Lesbii, aliorumque, quorum in hoc opere mentionem graviſſimi Authores faciunt, multorum more non omninò repudianda putem; cum præterquam quod uti à Romanis Hiſtoricis, Livio, Dionyſio, Varrone, Euſebio Pamphilo, paſſim allegantur, multa quoque contineant veritati haud abſona; ita quoque in tanta caligine etſi ſub obſcurum, nobis tamen lumen nonnullum præbere poſſint, quo duce ἄτακτος illa καὶ ἀσύνθετος rerum vetuſtas tandem lumini ſuo, quantum fieri poteſt, reſtituatur. Si verò dubiorum occurrentium ſcopuli nonnemini minimè ſuperari poſſe videbuntur, tunc de ambiguis dubitare conſultius erit, quam omiſſis relictisque omnibus ab ulteriori inquiſitionis indagine animum deſpondere. Certe Analogicæ & Combinatoriæ artis notitiam multum in conciliandis concordandiſque Authoribus poſſe, & ad portas Veritatis ſi non omnino, ſaltem aliquo uſque pandendas conferre, nos in hoc opere Numinis aſpirante gratia demonſtrabimus. Quod ut fiat, Tu interim Lector auſibus noſtris fave.

PARS

PARS I,
De Colonijs LATII.

CAPUT I.

De primis Latij *Colonis*, *eorumque continuata ſucceſſione*.

Italia quando cæperit habitari.

à Noëmo Coloniæ in Italiam deductæ divino quodam inſtinctu.

ANtequam confuſam & vetuſtatis caligine obſeptam de primis *Latii* Colonis originem exploremus, more mihi ſolito.

Suppono *Primò*, *Italiam* ſi non ante, ſaltem immediatè poſt turris exſtructionem multiplicatis in immenſum humani generis familiis habitari cœpiſſe, & plerique tum Latini tum Græci Authores id abundè teſtantur.

Suppono *Secundò*, *Noëmum* humani generis inſtauratorem, primarum in *Italia* Coloniarum Authorem fuiſſe, uti & aliarum in triplici Orbis terrarum, inter filios *Sem Cham* & *Iaphet* facta, partitione teſte *ſacro Geneſis textu*, diſtributorem; ad introducendas verò in *Italiam* Colonias *Noëmum* non tam humano conſilio, quàm divino quodam inſtinctu impulſuque, & ut cum *Livio* loquar, urgentibus fatis, adactum fuiſſe, ùt, ubi occulta divini Numinis diſpenſatione ſuo tempore verbi incarnati vicaria in terris ſedes & poteſtas parabatur, ibidem quoque primus is, qui humanum genus ab undarum eluvione Arcæ beneficio conſervarat, alteram Arcam ordiretur Eccleſiæ Dei, qua quotquot reciperentur, à ſecundo poſt Cataclysmum naufragio ſervarentur immunes, & filiorum Dei vitæque æternæ conſortio ſemper beati exiſterent: Uti S. *Auguſtinus de Civ. D.* ſcitè ſanè oſtendit.

Suppono *Tertiò*, ex nepotibus, pronepotibus abnepotibuſque *Noëmi*, ſemper prioribus cum tempore deficientibus, in eorundem locum alios ad bellum uſque Trojanum conferta hominum multitudine ſtipatos ſucceſſiſſe.

Latium & Hetruria antiquiſſimæ in Italia ſedes.

Suppono *Quartò*, in *Italia*, ſi *Fabio Pictori* credimus, primas omnium Regiones fuiſſe *Latium* & *Hetruriam*, quas fixis ſedibus coloni inhabitârint, uti poſteà fuſius oſtendemus.

Noë variis nominibus appellatus

Suppono *Quintò*, *Noëmum* varijs paſſim nominibus à poſteris fuiſſe deſcriptum. Alii eum *Ianum*, vel ob vini uſum repertum, ab Hebraica voce *Iain*, vel Chaldaico *Iaino*, quod vinum notat, ſic appellant: *Græci* verò *Oenotrum* vocitant, quod cum *Iano* prorſus, quoad ſignificationem coincidit, quaſi diceres vini expreſſorem. Alii *Saturnum* quoque dicunt, eo quod omnes ij, qui humani generis propagatores homines rerum ad vitam ſuſtentandam neceſſariarum curatores fuiſſent, *Saturni* dicerentur, quaſi Deorum hominumque patres: de quibus vide *Xenophontem de æquivocis*. alii *Sabatium*, aut *Sagam*; nonnulli omnia ſimul nomina confundunt: Unde multiplex illa appellationum æquivocatio ingentem apud Hiſtoricos confuſionem obſcuritatemque intulit, dum quiſque, quod ſibi magis congruum videbatur, ſuæ gentis *Saturno*, *Iovi*, *Belo*, *Herculi*, *Atlanti*, juxta propoſitam analogiæ amuſſim, actionum ſimilitudine quadam, adaptavit; atque inde nata prodigioſa illa Deorum mythicorum progenies, quæ ſtolida πολυθεία mundum mox innumeris ſuperſtitionibus involvit. Quicunque enim *Græcorum* Fabuloſas narrationes ritè contulerit, apertè videbit, eas aliundè incunabula ſua ſortitas non fuiſſe, niſi ex primorum poſt diluvium hominum

Saturni quinam dicebantur?

Omnes fabuloſæ narrationes ex ſacris literis originem ſuam habuêre.

 minum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

minum variis geſtis, ac portentoſis operationibus, quas paſſim in *ſacris Codicibus* cum admiratione legimus. His igitur præſuppoſitis, jam occœptæ hiſtoriæ filum perſequamur.

Quatuor apud Hiſtoricos lego Coloniarum expeditiones in *Latium*: quarum priorem dicimus *Ianigenam*; ſecundam *Pelaſgorum*; tertiam *Evandri*; quartam *Æneæ*. De quibus ſingulis:

CAPUT II.

De prima Janigenarum *expeditione in* Latium.

Noëmi & filij Cham diſſidium.

INgens *Noëmum* inter & filium juniorem *Cham* diſſidium fuiſſe, *ſacra* nos docent *Volumina*. Oderat enim *Noë Cham*, tum ob degeneres à ſancta ſua ſtirpe mores; tum ob impudicam, & omnis verecundiæ expertem, qua patris honeſtatem dedecorârat, actionem; tum etiam ob turpem apoſtaſiæ notam, qua relictis ſanctis prædeceſſorum Patrum inſtitutis, divinique Numinis cultu repudiato, frena laxabat ad omnem impietatem & propudioſæ vitæ licentiam: ſiquidem teſte *Origene, Tertulliano, Iuſtino*, novus Idolorum inventor, Saturnicarum adhæc artium cultu irretitus, omnium depravabat mentes, omnium animos ſacrilegis dementabat ſuperſtitionibus, artibuſque magicis, quibus & filios ſuos *Chus*, *Miſraim*, cæteroſque ſummo ſtudio erudire non ceſſabat, innato quoque contra *Noë Ianum* Patrem Fratreſque ſuos odio inſtimulatus, quibuſcunque poterat, eos modis perſequebatur. Nam cogitationum variarumque molitionum æſtu abreptus, abundè cognoſcebat, votorum ſe ſuorum compotem minimè futurum, quam diù patrem technis ſuis invigilantem obſiſtentemque ſuperſtitem videret. *Noë* verò, cum quotidiè maledictam *Chami* ſtirpem tum robore, tum potentia fretam in ingens incrementum aſſurgere videret, libidinem impietati junctam ubique dominari, ne à Deo electa ſtirps ſua ſimili contagione corriperetur, cedere malis conſultius eſſe judicavit. Aſſumptis itaque filio *Iaphet*, *Gomero*, cæterisque nepotibus *Iapheti* filii, in eam ſe contulit *Italiæ* regionem, quam *Kittim Hebræi* vocant, quo eum ad colonias conſtituendas abdita trahebat divinæ providentiæ diſpoſitio: id eſt, in *Latium*. Verùm, ne quis me proprio ingenio in hiſce quicquam confinxiſſe ſuſpicari poſſit, is conſulat *Apologeticum Iuſtini Martyris*, *Tertullianum de pallio virginis*, *Auguſtinum de Civit. Dei*, *Clementem Alexandrinum in protreptico*, *cæteroſque in hunc Geneſis locum*: Cœpitque Noë vir Agricola *&c*: *C.9.verſ.20.Commentatores & interpretes*. ubi quæcunq; de perverſitate *Chami*, & in patrem perſecutione mota, à me hucuſque dicta ſunt, amplioribus verbis deſcripta reperiet. Subſcribunt hiſce tum *Rabbinorum Arabumque traditiones*, quas longum eſſet referre: Vide *R. Becchai in hunc locum*, *Baal Hatturim in micra haggadala in Ioſue C. ult.* Item *Librum Rabboth ſuper c. 10. Gen*: ubi expreſſè dicitur, *Noëmum* impietatem & iram *Chami*, filiorumque *Chus* & *Nimbrod*, fugientem ſuſceptis *Iapheti* filiis *Gomer* & *Eliſa* in *Kittim* regione ſedem fixiſſe: quod idem *Author Nubianus in ſua Arabica Geographia* oſtendit, quos quò minus allegem, characterum inopia cauſa fuit. Si quis tamen hæc omnia ex fontibus, quæ adduxi, demonſtrata ſcire deſiderârit, is adeat *cap*: 2. 1. *lib*: *Obeliſci Pamphilii*, & *Tomum* 2. *Oedipi Aegyptiaci*, ubi quæ adduxi, omnium Orientalium ſcriptorum authoritatibus ubertim expoſita reperiet. Accedit hiſce *Beroſus* pervetus Author, qui qualis fuerit, *in præfatione* expo-

Perverſa Chami vita.

Nova Noë Coloniarum inſtitutio.

Teſtimonia SS. PP. Rabbinorum, aliorumque Scriptorum.

Baal Hatturim.

Italia *olim* Kittim dicta. קתים

expoſuimus, quem & paſſim tum apud *Latinos*, tum *Hebræos*, atque *Arabes*, ſub nomine *Bar Hoſchia* allegatum reperio. Hic *in Chaldaicis* ſuis *antiquitatibus l.* 5. ſic expeditionem *Ianigenarum* deſcribit: *Nembrodo* & *Belo* in *Babylone* dominantibus, vehemens ulterius extendendi regni amor, & indomita imperandi ambitio invaſit, ſed cum unicum, qui auſibus eorum obſiſtere poſſet, *Sabbatium Sagam*, (quem & *Saturnum* vocat) in *Armenia* ſumma cum poteſtate dominantem intelligerent, adverſariumque haberent, nihil non egerunt, ut ejus interimendi opportunam occaſionem nanciſcerentur; quod cum intelligeret *Sabbatius Saga*, in *Bactris Armeniæ* ultimis montibus, impotenti *Beli* furori ad tempus cedendum ratus, ſe abſcondit, donec *Belo* defuncto ſucceſſit *Ninus* filius, qui & ipſe animum ad *Sabbatium* conficiendum adjiciens, hoc ſublato ſibi jam dudum Mundi dominatum ſpoponderat. *Saturnus* haud neſcius concepti in ſe *Nini* moliminis, ut latere poſſet, oportunè ſe ſubducens in *Italiam* unà cum ſtirpe ſua ſe contulit, ubi à *Iano* patre ſuo, jam ibidem fundationi coloniarum intento benignè exceptus, princeps ſupra *Aborigenas* in ea regione, quæ pòſteà *Latii* nomen meruit, conſtitutus fuit, ubi *Iani* ſecutus exemplum mortales rudes adhuc & rerum inexpertos, agros colere, legibus à ſe conſtitutis vitam civilem modumque colendi Deum, docuit; Unde & hic *Saturni* nomen apud poſteros meruit, ut vel huc reſpexiſſe videatur Virgilius l. 8. Æneid. dum ſic canit:

> Berosus *idem quod* בר השיח Bar Hoſia, *id* eſt, filius Hoſeæ.
>
> Belus *&* Ninus *inſidiantur* Sabbatio.
>
> Sabatius *fugiens inſidias* Nini *in* Italiam *venit.*
>
> Saturnus *quis fuerit?*
>
> *Saturnia ſecula.*

Primus ab æthereo venit Saturnus *Olympo*
Arma Jovis *fugiens, & regnis exul ademptis.*
Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis
Compoſuit, legeſque dedit, Latiumque *vocari*
Maluit, his quoniam tutus latuiſſet in oris.
Aureaque, ut perhibent, illo ſub rege fuerunt
Secula, ſic placida populos in pace regebat,
Deterior donec paulatim, & decolor ætas,
Et belli rabies, & amor ſucceſſit habendi.
Sæpius & nomen poſuit Saturnia *tellus.*

Dicit Poëta, primum in *Latium* veniſſe *Saturnum*, quem multi cum *Iano*, aut filio *Iani Gomero Gallo*, ſive quod idem eſt, *Sabatiò Saga*, uti in æquivocatione nominum fieri ſolet, confundunt. Nos haud incongruè hoc loco *Noëmum* primum *Saturnum* hìc indigitari exiſtimamus; hic enim prior æthereo venit *Olympo*, id eſt monte *Ararat Armeniæ*, *Caſpiorum*que *Olympo*, deſcendens, arma *Iovis Beli*, id eſt *Chami*, qui *Baal* ſive *Bel*, quod Chaldaicè *dominum* ſignificat, ambitioſo titulo ſuperbiens, mota in *Saturnum* perſecutione, eum juxta *Beroſi* traditionem, aliorumque ſupramemoratorum, fugere coëgerunt in eam regionem, quod *Latium* indè dictum fuit, his quoniam tutus ab ira *Beli* latuiſſet in oris, ubi primùm homines, quos ſecum adduxerat, montibus aſſuetos, (ſubintellige *Aborigenas*) nulloq; adhuc humanæ vitæ cultu inſtructos, indocile hominum genus compoſuit, legibuſque præſcriptis munivit, Deorum, id eſt, Religionis cultum eos docuit, placida populos ſub pace regebat tanta animorum concordia, ut exindè non immeritò aurei ſæculi nomen obtinuerit; quæ omnia paulò ſuprà à nobis allatis conſentiunt. Qui vero per hunc *Saturnum* Regem Cretenſem putant intelligi, uti *Servius in hunc locum*, audiendi non ſunt, quod ita oſtendo: Primò, *Saturnus* Rex *Cretæ*, juxta Computum *Euſebii*, *Saturno Aſſyrio*, *Armenio*, aut mavis *Caſpio* 700 annis poſterior fuit. Secundò, tempore *Saturni Aſſyrii*, *Noemi*, ſive *Iani*, homines dicuntur fuiſſe rudes, omniſque

> Saturni, *id eſt*, Noëmi *in* Latium *migratio.*
>
> Cham *dictus* Jupiter, *ſeu* Baal *aut* Bel.
>
> *Sub* Saturno *aurea ſecula*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Falſa ſententia de Saturno *Rege* Cretæ.

niſque Civilis vitæ expertes ſine legibus, ſine agrorum colendorum notitia in montibus ſpeluncisque vitam degentes, unde & *Aborigenes* à poſteris deindè, teſte *Dionyſio* dicti fuerunt. Quæ de *Saturno Cretenſi* dici minimè poſſunt, cum ſub eo jam orbis terrarum eximiè cultus legibus inſtitutis vigeret, agricultura varijs inventionibus promota eſſet, homineſque ad omnes artes idonei haberentur, polemica ars ſummum jam incrementum obtinuiſſet. Item fuit primus *Saturnus Aſſyrius* homo juſtus & pacificus, ſeduluſque divini honoris religioniſque promotor. Contrà *Saturnus Cretenſis*, homo ſceleribus celebris, crudelitate immanis, & ut *Trogus* dicit, patris *Saturni* caſtrator, nam patrem caſtrare præcepit, proprioſque occidit filios, bella geſſit cum Titanibus: verbo, totum Cretenſis regni ſtatum immodica perturbatione confudit. quæ de *Iano Saturno* primo dici nec poſſunt, nec debent. Et ita ſeſe rem habere, luculenter demonſtrat id, quod *Trogus* de caſtrato *Iovis* patre *Saturno* adducit: ſiquidem totum hoc finxere poëtæ occaſione *ſacri Textus*, & ſucceſſiva traditione primorum hominum, de *Chamo* & *Noëmo*, cujus virilia detecta & fratribus impudicè monſtrata docet *ſacra Geneſis Hiſtoria c. 9. ſcriptoribus* ſuprà adductis de caſtratione & emaſculatione à *Chamo* facta *Noëmo*, occaſionem dedere, quæ unanimis omnium ferè *Rabbinorum* & plerorumque *Latinorum* ſententia eſt, uti fuſè oſtenſum fuit *c. 2. l. 1. Obeliſci Pamphilii.* Multa itaque, ut ex ſuppoſitione quinta patet, Poëtæ ſuis affinxerunt Dijs, quæ non niſi primorum ſæculorum hominibus attribuenda ſunt.

Peſſima vita Saturni Cretenſis.

Fabula de caſtratione Saturni *unde originem traxerit.*

Dij Poëtarum, primorum ſæculorum homines erant.

Ex his colligitur non à *Saturno Cretenſi Latiam terram Saturniam*, ſed ab illo *Saturno* primo poſt diluvium in *Latium Hetruriamque* coloniarum introductore *Noëmo* appellatam fuiſſe: ſiquidem regnante *Saturno Cretenſi* jam abolito nomine *Saturniæ Regionis Latium* paſſim *Italia* dicta fuit, & ex computu annorum, juxta *Beroſi, Catonis, Sempronii* & *Fabii Pictoris* ſententiam facilè oſtenditur, ex appoſita *tabula chronographica* patet. Nec deſunt Græci Latinique Authores, qui noſtram hanc ſententiam tueantur. Herodianus l. 2. (*Anno*, inquit, *ineunte diem* Romani *feſtum agunt, ad vetuſtiſſimum* Italiæ *Deum referentes, cujus etiam* Saturnum *ipſum, cum à* Jove *filio regno pulſus in terram deſcendiſſet, fuiſſe hoſpitem prædicant, veritumque filii dominatum, abſconditum apud eum latuiſſe, unde & nomen illi* Italiæ *loco impoſitum volunt, &* Latium *appellatum fuiſſe, vocabulo è græco ſermone in patriam tranſlato.*) Ex quo patet, *Herodianum* hoc loco *Saturnum Ianum* & antiquiſſimum Deum, *Saturnum* primum indigitare, quia paulò poſt, eum apertis verbis διπρόσωπον id eſt, *bifrontem* cognominat, qui *Iaphet* & nepotes, ſive is *Gomerus* fuerit, ſive *Sabatius Sagas*, *Saturnum* ſecundum patria extorrem, hoſpitio exceperit, ſic enim Herodianus loquitur: (*Regionem*, inquit, *iſtam, quæ nunc vocatur* Italia, *regno* Janus *obtinuit, hic cum* Saturnum *claſſe pervectum excepiſſet hoſpitio, & ab eo edoctus peritiam ruris, ferum illum & rudem ante fruges cognitas victum in melius redegiſſet, regni ejus ſocietate muneravit; hoſque unà concordeſque regnaſſe, vicinaque oppida communi opera condidiſſe.*) qualia verò hæc fuerint, Virgilius narrat:

à Saturno, *i. e. primo poſt diluvium habitatore* Latiũ, Saturnia tellus dicta fuit. a סתר *voce Hebræa, quod* abſcondere, & latere *ſignificat.*

Janus Italiæ *Rex.*

> *Hæc duo præterea disjectis oppida muris*
> *Relliquias veterumque vides monimenta virorum*
> *Hanc* Janus *pater, hanc* Saturnus *condidit arcem*
> Janiculum *huic, illi fuerat* Saturnia *nomen.*

De quibus in ſequentibus pluribus „agemus. Addit deindè *Herodianus*, „poſteros duos eis menſes dicaſſe, „Decembrem ſacrum *Saturno*, Ja-„nuarium *Iano*, adeoque *Ianum* à „*Saturno* totam hanc Regionem, „quod *Latium* dicitur, *Saturniam* vocaſſe,

„ vocaſſe, juxta illud Maronis:

Sæpius & nomen poſuit Saturnia *tellus.*

Quæ & Ovidius faſtor. 1. confirmat hiſce verbis:

Hac ego Saturnum *memini tellure receptum.*
Cœlitibus regnis à Jove *pulſus erat.*
Indè diù genti manſit Saturnia *tellus;*
Dicta quoque eſt Latium *terra latente Deo.*

Iſidorus Orig. l. 14, c. 4. Italia *olim* Saturni *Regis nomine* Saturnia *appellata fuit, mox &* Latium *dicta, eò quod idem* Saturnus *à* Jove *pulſus, ibi latuerit.* Columella in præfatione rei ruſticæ: *In hoc* Latio *&* Saturnia *terra, ubi Dii agrorum culturam progeniem ſuam docuerunt.*

CAPUT III.

De Aboriginibus, Oenotrijs, Italis, Sicanis, Umbris, Pelaſgis, Latij *Veteris Colonis.*

Primi Latii populi.

OMnium Hiſtoricorum unanimis ſententia eſt, primos *Latii* Colonos fuiſſe *Aborigines, Oenotrios, Sicanos, Vmbros, Pelaſgos*: At qualeſnam illi fuerint, ex qua ſtirpe hominum primùm prodierint, quomodò in *Latium* pervenerint, quænam horum nominum etymologia, uti mirum in modum tum Græcos, tum Latinos Authores cruciat, ita ex caliginoſâ vetuſtatis nebulâ occœcatis vix eſt, qui aliquid certi & ſolidi, etiam ſummo adhibito conamine, aſſignet. Hanc ſummam Authorum perplexitatem, irreconciliabilem ferè in diverſa abeuntium diſcrepantiam, confuſionemque, cum intuitus eſſem, feriò Græcos cum Latinis, hos cum Hebraicis Chaldaicisque traditionibus ſummo ſtudio conferenti, lumen tandem nonnullum, tametſi ſubobſcurum, mihi obortum, me in concordandis Authorum litibus dato animo audaciorem fecit: quod & Lectori hoc loco eo candore, quo ſemper fui, communicandum duxi, libertate unicuique relicta, ut de meæ ſpeculationis veritate, non tamen ſine ratione fundatæ, quod libuerit, ſentiat, quam ſi non probaverit, ſpero futurum, ut ſaltem conatum meum in laude reponat. Et ut ab *Aboriginibus* incipiamus,

Difficultas in exponendis rebus inacceſſæ vetuſtatis.

Concordatio Authorum differentium inter ſe.

Aborigines vetuſtiſſimam *Italiæ* ſeu *Latii* gentem omnes appellant: quorum nomen tum primùm deſiit, cum *Aeneas* potitus *Latio* nomen *Aboriginum* cum *Latinorum* nomine commutavit. *Dionyſius* ex melioribus primus ubique paſſim hanc inacceſſam antiquitatem dicit. *Thucydides*, ubi de *Sicilia* agit *in principio Libri VI*, *Aborigines* cum *Sicanis* confundens, utramque ad *Itali* ſeu *Oenotrii* originem reducit; cui Virgilius ſubſcribens l. 7, ſic canit:

Aborigines Italiæ *populi.*

Quin etiam veterum effigies ex ordine Avorum
Antiqua ex cedro, Italuſque, *paterque* Sabinus,
Saturnuſque *ſenex*, Janique *bifrontis imago*
Veſtibulo adſtabant, aliique ab origine Reges.

Ubi ab origine Reges, *Aborigines* luculenter indicat, ad *Saturni* tempora ea relegans.

Sextus quoque Aurelius l. de origine gentis Romanæ, originem horum immediatè poſt diluvium à *Ianigenis* traxiſſe ait: *Quidam*, inquit, *tradunt, terris diluvio coopertis, paſſim multos in montibus, ad quos confugerant, conſtitiſſe, ex quibus quoſdam ſedem quærentes pervectos in* Italiam Aborigines *appellatos fuiſſe.* Ubi videtur tamen putaſſe quoſdam tempore diluvii in montibus ſervatos, quod *ſacro Textui* adverſatur.

Aborigines *unde in* Italiam *pervenerint.*

Juſtinus

Juſtinus Trogi epitomator l. 43. Italiæ *cultores primi* Aborigines *fuere*, *quorum Rex* Saturnus *tantæ fuiſſe juſtitiæ* traditur, *ut neque ſervierit ſub eo quiſquam*, *nec quicquam privatæ rei habuerit*, *ſed omnia communia indiviſaque omnibus fuerint*, *unde & Saturnalium feſta ſuam traxerunt originem*. *Itaque* Italia *à Regis nomine* Saturnia *appellata eſt*, *& mons in quo habitabat*, Saturnius, *in quo nunc veluti à* Jove *pulſo ſedibus ſuis* Saturno, Capitolium *eſt*. &c. Cedrenus quoque *Aborigines* nomine *Cetæos* appellaſſe reperio ab Hebraico nomine *Kittim*. ita enim ait in Annalibus: Italiæ *tunc regnum tenuit* Herculis *filius* Telephus, *& poſt hunc filius ejus* Latinus *annos* 18. ὃς τοὺς Κητιαίους μετωνόμασε Λατίνους. *qui Cetæos de ſe appellavit* Latinos. Cui Suidas ſubſcribit: Latini, *qui nunc* Romani: Telephus *enim* Herculis *filius cognomento* Latinus μετωνόμασε τοὺς πάλαι Κητίους λεγομένους, νῦν Λατίνους, *qui* Cethæi *olim nominabantur*, *mutato nomine modo dicimus* Latinos. Fuerunt autem *Cethæi* dicti à *Cethi*, uti eſt *Gen*: *c*. 10. progeniti à *Iavan* filio *Iaphet*, nepote *Noëmi*; undè & in hunc uſque diem *Itali* apud *Rabinos* dicuntur *Kittim*. Patet itaque *Aborigines* alios non fuiſſe, quàm *Ianigenum* genus, quorum originem *Dionyſius*, uti comperire non licuit, ita quoque mirum in modum perplexus, jam Græcanicæ originis eſſe dicit, jam fluctuando, quod primò aſſeruerat, in incertum trahit: tandem, cum ex hoc æſtu ſe evolvere non poſſet, tutiorem viam ſecutus, *Aborigines*, uti & *Tyrrhenos*, gentem dicit expreſſis verbis αὐτόχθονα, ἀρχαῖον, μηδαμόθεν ἀφικόμενον, ἀλλ᾽ ἐπιχώριον τὸ ἔθνος ἀποφαίνοντες; *non advenam*, *aut à poſteris* Græcorum *temporibus introductam*, *ſed indigenam eſſe*, *id eſt*, *primum hujus terræ poſſeſſorem*. & paulòpoſt, rationem ſuæ aſſertionis dat, his verbis: ὅτι οὐδενὶ ἄλλῳ γένει οὔτε ὁμόγλωσσον, οὔτε ὁμοδίαιτον εὑρίσκεται, *quia videlicet nulli alteri genti*, *linguâ*, *moribus*, *inſtitutis convenire compertum eſt*. Mirè porrò de etymo *Aboriginum* inter ſe digladiantur, nonnullis id ἀπὸ τῆς ἐν ὄρεσιν οἰκήσεως, *ab habitatione in montibus*, uti *Dionyſius*; aliis ab errore multiplici, quem in *Latio* quærendo ſubierant, quaſi *Aberrigines*, aut *Aberrones*, vocitantibus. Priorem etymologiam plerique Græci Latinique tum Poëtæ tum Hiſtorici tuentur, tanquam Græcæ linguæ magis propriam. Sed enim, cum *Dionyſius* eos αὐτόχθονα *gentem eſſe* dicat; alii quoque à *Cethi* nepote *Iapheti* propagatos dicant, uti paulò ante oſtenſum fuit: prætereà eos ab *Evandro* primùm Græcas literas accepiſſe *Dionyſius* aliique dicant, certum eſt, nomen eorum, uti altioris id originis eſt, ita quoque à Græco haud quaquam derivandum eſſe.

Saturni r. *juſtitia & pietas.*

Mons Saturnius, *nunc* Capitolium.

כִּתִּים

Cethæi *qui*, *& unde dicti.*

Aborigines & Tyrrheni *gentes indigenæ*, *non advenæ*. Dionyſius Halic.

de etymo Aboriginum *variæ opiniones.*

Dico itaque, *Aborigenes* fuiſſe primos illos *Ianigenas*, qui flumen tranſeuntes unà cum *Iano* novas quæſituro colonias, primò in *Latium* appellentes, ibi ſedem fixerunt. Dicti autem fuerunt *Aborigenes*, non ab habitatione in montibus facta, quibus metu novi fortaſſis diluvii ſuperventuri, tanquam locis tutioribus delectabantur, ſed à Chaldaica voce, *Aburegenis* עֲבוּרֵי גְּנִים, quod teſte *Guidone Boderiano in Lexico ſuo Syro-Chaldæo* ſignificat, *Tranſeuntium duces*. Quis enim neſcit, *Hebrum* eadem de cauſa à tranſitu fluminis dictum eſſe? Eſt itaque *Aborigenes*, vox Chaldæa ab צבר *Abor*, quod *tranſire*, ſive *pergere ad alia* ſignificat, & גנים, quod *generoſum*, *nobilem*, *ducem* & *præfectum*, juxta citatum *Guidonis Lexicon*, notat; quæ duæ voces in unum conjunctæ dant verbum *Aburegenis*, צַבוּרֵיגְנִים quaſi diceres, *tranſeuntium populorum Duces*; quas voces cum *Græci* non intelligerent, jure ſuæ eos originis fecerunt, quaſi γένος τῶν ὀρέων, id eſt, *in montibus genitos Aborigines* appellantes, quamvis variè eos in voce *Ab* perplexos reperiam.

Aborigenes *vox non Græca ſed Chaldæa eſt.*

Heber *unde dictus?*

Eandem

De Sicanorum *origine variæ opiniones.*

Eandem Authorum confuſionem circa originem *Sicanorum Siculorum* reperio; quos nonnulli cum *Ianigenis* & *Aboriginibus* eosdem faciunt: quidam cum *Pelaſgis* confundunt; plerique antiquitatis ejuſdem cum *Aboriginibus* aſſerunt. Ita Dionyſius Halicarnaſ: l. 1. Antiq. Rom: *Vrbem, inquit, terræ mariſque totius principem, quam nunc* Romani *inhabitant, primi in omni memoria barbari* Siculi *tenuiſſe feruntur*, ἔθνος αὐτογενὲς, gens indigena: *ſuperiori verò tempore alioſne habuerit colonos, an deſerta & inculta fuerit, nemo poteſt certò dicere.* Dixerat autem & *Aborigenas*, uti ſuprà oſtendimus, αὐτόχθονας, *gentem indigenam*, aliundè à poſteris non introductam. Patet itaque *Sicanos Aboriginibus* ſemper ſynchronos fuiſſe: uſos autem fuiſſe *Sicanos* & *Aborigines*, ob nimiam vetuſtatem, lingua *Græcis* incompertâ, *Agellius l. 1. c. 10.* teſtatur. *Favorinus*, inquit, Philoſophus adoleſcenti veterum verborum cupidiſſimo, & pleraſque voces nimis priſcas, & ignotiſſimas à quotidianis communibuſque ſermonibus exprimenti; Curius, inquit, & Fabritius & Coruncanius *antiquiſſimi viri veſtri*, & *his antiquiores* Horatii *illi tergemini planè ac dilucidè cum ſuis fabulati ſunt, neque* Auruncorum, *aut* Sicanorum, Pelaſgorumve, *qui primi* Italiam *incoluiſſe dicuntur, ſed ætatis ſuæ verbis locuti ſunt.* Quæ omnia oſtendunt, antiquiſſimam gentem fuiſſe, & multò ante *Pelaſgorum* adventum *Latium*, vicinaque loca incoluiſſe. Undè Virgilius, dum bellum *Æneæ* deſcribit contra *Latinos*, ſic canit:

Sicani & Aborigines *fuerunt coævi.*

Iidem, *gentes antiquiſſimæ.*

> *Agmina denſantur campis*, Argivaque *pubes*,
> Auruncæque *manus*, Rutuli, *vetereſque* Sicani.

Sicani *pulſi ab* Aboriginibus.

Circa etymologiam Sicanorum *variant AA.*

Ubi Servius ita commentatur: *ubi nunc* Roma *eſt*, *ibi veteres fuerunt* Sicani, *qui poſteà ab* Aboriginibus *pulſi ſunt.* Undè tamen hoc nomen *Sicanorum* ſit inditum, varii variè deducunt. *Thucydides l. 6.* ait, *Siculorum Italiæ* colonorum regionem, à Rege quodam *Siculorum Italo*, ſic dictam fuiſſe; alii ex *Sicilia* ſeu *Sicania* ſic dictos putant; ſed cum illi ab omnibus ferè Authoribus non ex *Sicilia* in *Latium*, ſed contrà ab *Aboriginibus* & *Pelaſgis* ab hiſce *Latii* ſedibus ſuis pulſi in *Siciliam* trajeciſſe dicantur, certum eſt, eos primos *Latii* unà cum *Aboriginibus* incolas fuiſſe. Sed de his, uti & de alijs, mira Authorum contentio & lis eſt. Nos eam, quantum licuerit, decidere conabimur.

Cum itaque *Aborigines* & *Sicani* primi *Latii* coloni dicuntur ex citatis Authoribus, veriſimile eſt, eos alios non fuiſſe quàm *Ianigenas*, ex Chaldaica ſtirpe prognatos, uti vox ipſa Chaldaica indicat. *Chaldæi* ſiquidem principem populi aut ducem exercitus indicaturi, voce utuntur סְגַן *Segan*, in plurali סְגָנִין *Seganin*: quod *præpoſitum*, *præfectum*, *principem*, *Magiſtratum*, *vexilliferum*, aut *Colonellum* indicat. Atque à ducibus, qui *Segani* dicebantur, quotquot eorum ducum ſubdebantur imperio *Segani* appellati ſunt: quemadmodum & modò milites dicuntur à præfecto militiæ, cui ſubduntur; erat autem proprium nomen eorum, qui populos novas quæſituros colonias ducebant: atque adeò cum nominis *Aboriginum*, quos ſuprà *à tranſeuntium populorum ducibus* nominatos fuiſſe diximus, ſignificatione non differunt, quamquam fieri potuit, ut quemadmodum *Siculi* diverſis turmis, diverſiſque juribus, locorumque poſſeſſione utebantur, ita quoque diverſis nominibus ad diſtinctionem uſi fuerint, atque adeò, uti hodierno die fit, facili de cauſa unus populus alterum bello moto à ſedibus ſuis expulerit, ut de *Sicanis* ab *Aboriginibus* pulſis ſuprà dictum fuit.

Sicani *non* à Sicilia, *ſed à voce Chaldæa ſic vocantur.*

Porrò *Oenotrii* hoc loco non minorem involvunt difficultatem, dum originem eorum anxiè ſcrutantur Authores. Quidam putant, à *Lycaonis* filio *Oenotro* colonias in *Italia* quæſituro pulſis

Oenotriorum *origo & antiquitas.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

pulſis *Auſonibus*, occupatam *Oenotriam*, quæ *Auſonia* primò dicebatur, incolaſque deindè *Oenotrios* appellaſſe; alii in vini nobilioris abundantia ſic appellatam *Italiam* ferunt. Dionyſius l. 1, more ſuo, dum mirum in modum de eorum origine fluctuat, tandem ſic dicit: *Quæ de ſede & genere* Oenotrorum *à poëtis ac priſcorum ſermonum ſcriptoribus tradita ſunt, hos ego ſecutus; ſi (ut* Cato *&* Sempronius *multique alii tradiderunt)* Aborigenum *gens verè fuit Græcanica, mihi perſuaſum habeo, eam* Oenotrorum *iſtorum fuiſſe progeniem. Nam* Pelaſgos Cretenſes *& quotquot in* Italiam *traducti ſunt, poſterioribus eò veniſſe temporibus reperio: antiquiorem autem migrationem è* Græcia *in occiduas* Europæ *partes invenire nequeo.* Fatetur itaque *Dionyſius*, *Oenotrorum* gentem & antiquiſſimam, eorumque progeniem eſſe ab *Aboriginibus*. Quod ſi ita eſt, certè eos *Ianigenis* annumerandos neceſſe eſt, cum & *Aborigines*, & *Sicanos*, ipſos *Ianigenas* eſſe oſtenderimus in diverſas colonias diſtributos. Ergò vel ſynchronos eſſe oportuit, vel immediatè à primis *Ianigenis* deſcendentes. Analogia quoque geſtorum monſtrat, eoſdem cum *Aboriginibus & Sicanis* fuiſſe: ſicuti enim *Oenotrii* pepulêre *Auſones*, ita *Aborigines Sicanos* ſedibus ſuis pepuliſſe ſuprà dictum eſt, confuſa nominum diverſitate cum identitate geſtorum.

Oenotri *etymon.*

Sed dubium movet etymon, quod à Græco ſermone profluxiſſe, nemo negare poteſt, cum ἀπὸ τοῦ οἴνου, quod *vinum* ſignificat, & priſca voce græca ὀτρέειν, quæ, juxta *Petiti in Miſcell.* expoſitionem, *exprimere* ſignificat, quaſi diceres, *vini expreſſorem*, quo nomine à poſteris *Græcis Ianum* ſive *Noëmum* ſuprà indigitatatum expoſuimus: *Noëmum* enim *Ianum* dictũ à voce Chaldaica יַיִן *Iaino*, eò quod primus vineam, uti eſt *Geneſis* 9, plantaverit, uvas expreſſerit, vinumque inde collectum biberit, poſt diluvium e mortalibus primus; quod uti unum ex inventis ab hominibus maximè neceſſarium eſt, ita quoque author celebritate facti apud omnes populos & nationes cum primis clarus, quemadmodum à *Chaldæis*, ſeu *Ianigenis Iaino*, ſive *Ianus* dictus fuit, ita & à poſteris immediatis *Græciæ* habitatoribus *Oenotrus* appellatus fuit. Nota interim, tres apud Hiſtoricos *Oenotros* nominari: *Sabinum*, *Pelaſgium* ſeu *Lycaonium*, & primum, de quo loquimur, *Ianum*, *Græcis Oenotrum*, quaſi *Ianotrum*; atque ab hoc ejuſque nepotibus propagatam ſtirpem in *Italia*, à *Græcis* deindè ſua lingua dictam fuiſſe *Oenotriam* aſſerimus; quæ proindè ſatis patere exiſtimo. Sed ne *Vmbros* præteriiſſe videar, quos plerique citati Authores ponunt *Aboriginibus*, *Sicanis* & *Oenotriis* ſynchronos, quos & ab *Aboriginibus* & *Pelasgis* unà cum *Sicanis* ſedibus ſuis pulſos fuiſſe referunt ſupracitati Hiſtorici. Quis autem eorum dux & rex fuerit, aut undè nomen meruerint, altum eſt omnium ſilentium: Ego, ut brevi me expediam, exiſtimo, eos ex prima ſtirpe *Ianigenum* deſcendiſſe; dictos autem fuiſſe à poſteris *Græcis* ὀμβρείους, ἀπὸ τοῦ ὄμβρου, id eſt, *quaſi ab imbribus & diluvio univerſali ſuperſtitibus*, quorum quidem omnium proprium fuit, montium inhabitare cacumina, eò quod memores eorum, quæ de diluvio narrabantur, timerent, ne ſi in planis locis degerent, ſimili diluvii eventu repentino ſubmergerentur, in altioribus locis nonnihil tutiores.

Tres Oenotri *fuerunt.*

Umbrorum *etymon & origo.*

Alii *Imbros* vocatos fuiſſe ajunt, eò quod ſoli in diluvio univerſali ab aquarum inundatione immunes manſerint; ſed & hæc ſola poëtarum licentia eſt. Vide *Plin. l.* 3. Si *Beroſo* credimus, hoſce & *Ianigenas* eſſe aſſerimus, qui cataclyſmo peracto, in *Italiam* tranſeuntes, ab Imbribus *Imbri*, & Regio, quam inhabitabant, *Imbria* ſive *Vmbria* dicta fuit. Quæ eadem confirmat *Xenophon* & *Cato* apud *Leandrum*, eoſdemque cum *Noë* filiis, eò quod Arcæ incluſi

Umbri *ab imbribus diluvii, à quibus ſervati fuerant, ſic dicti.*

Xenophon, Cato Leander.

incluſi ab imbribus cataclyſmi ſalvi, in novarum coloniarum inveſtigatione, *Latii* ſive *Hetruriæ* regionem tenuerint, quam uti *Imbri* ipſi, ita eam ab imbribus *Imbriam* ſeu *Vmbriam* dixerunt. Quæ tametſi noſtris ſuprà adductis congruant, etymon tamen iis congruere minimè poſſe exiſtimo; cum vox *Imbri* à Græca Ὄμβρος, quod *imbrem* ſeu *pluviam* denotat, deducta, *Chaldæis* natione minimè competere poſſit; niſi dicamus, à *Græcis* poſterioribus *Ianigenos Vmbros* tali nomine cohoneſtatos fuiſſe, cui ſubſcribimus.

Origo eorum, qui Colonias in Italiam, *ſeu* Latium *duxerunt.*

Reſtat modò inquirendum, undè, aut à quo Duce & Rege *Italia* nomen ſuum ſortita ſit. Quidam à Rege quodam *Pelaſgorum*, vel (ut Thucydides vult: ἡ χώρα ἀπὸ Ἰτάλου βασιλέως τινὸς Σικέλων οὕτως Ἰταλία ἐπονωμάσθη. *Regio ab* Italo *Rege quodam* Siculorum *ita nominata fuit*) *Italo* nomine ſic vocitatam fuiſſe: nonnulli ab *Atlante Italo* ftatre *Heſperi*, qui, ſi *Fabio Pictori* apud *Leandrum* fides habenda, aureo ſeculo regnaſſe dicitur, *Ianigenis* σύγχρονος, quem & cum *Oenotrio* confundunt; cui conſentire videtur Virgilius l. 1. Æneid.

Italiæ *etymon.*

> *Eſt locus*, Heſperiam Graii *cognomine dicunt*,
> *Terra antiqua*, *potens armis atque ubere gleba*:
> Oenotrii *coluere viri*, *nunc fama minores*
> Italiam *dixiſſe ducis de nomine gentem.*

Servius in hunc locum ita commentatur: Oenotria *dicta eſt*, *vel à vino optimo*, *quod in* Italia *naſcitur*; *vel*, *ut* Varro *ſentit*, *ab* Oenotro *Rege* Sabinorum; *alii patrem* Itali Oenotrum *tradunt*, *& ex* Arcadia *in* Italiam *veniſſe*, *eamque ſibi cognominem feciſſe.* Sed hæc omnia in præcedentibus ſecundum genuinum ſenſum jam expoſita ſunt.

Oenotrum itaque & *Italum* eundem prorſus eſſe, ex dictis patet, ſignificatione tantum rerum geſtarum diverſos: *Oenotrum* enim dictum à plantatione vinearum, *Italum*, teſte *Platone in Timæo*, à bobus, quos optimos ad agriculturam alit *Italia*, unde & *Taurina* & *Vitellia* à vitulis, teſte *Antiocho Syracuſano*, nuncupata fuit, quæ *Iano* propriè utrumque præſtanti competunt. Dionyſius ambiguus ab *Herculis* bobus ita dictum putat: *Quomodocunque tandem ſeſe*, inquit, *res habeat*, *ſive illa à* Vitello Vitellia, *ſive à* Tauro Taurina, *ſive à quodam hujus nominis Duce*, *ſive ab alio*, *hoc certo nobis perſuaſum eſt*, *quod hoc nomine* Herculis *temporibus vocabatur*, & *fortaſſis etiam ante.*

Italia *à bobus ſic dicta.*

Quisnam verò fuerit iſte *Hercules*, inquirendum reſtat. *Herculem* fratrem *Heſperiæ* Regis, quem *Dionyſius Evandri*, alii etiam *Æneæ* tempore vixiſſe memorant: quod ſubſiſtere minimè poteſt, cum *Hercules* jam multis ante ætatibus ubique gentium ſumma veneratione fuerit cultus, uti in *Tiburis deſcriptione* patebit, niſi *Dionyſium* ex æquivocatione nominum, quod plerumque in Hiſtoricorum enarrationibus accidit, juniorem *Herculem* pro priſco accepiſſe dicamus, quod veriſimile eſt. Fuit autem *Hercules* priſcus frater *Heſperi Atlantis*, quem *Cato* & *Archilochus* nunc *Attalum*, nunc *Italum* vocant, ut videre eſt in *Chronologia Hieronymi Bardii*; *Attalum* autem ſive *Italum* ex progenie *Gomeri Galli* Nepotis *Noë* fuiſſe, *Leander* & memoratus *Bardius* fuſè docent; à quo *Attalo* ſeu *Italo* deindè à *Græcis* profluxerit *Atlas* ſive *Attalas.* Quæ ſi ita ſint, certum eſt, *Italum*, *Oenotrum*, *Herculem*, *Atlantem*, ſive is unus fuerit diverſis hujusmodi nominibus appellatus, ſive plures fuerint, *Ianigenas* fuiſſe, & priſcis temporibus *Latium* incoluiſſe, quod & ab eorum nominibus geſtiſque poſteà modò *Ianicula* à *Iano*, à *Saturno Saturnia*, ab *Oenotro Oenotria*, ab *Italo* ſeu *Attalo Italia* denominata fuit; poſteros verò *Græcos* memoranda priſcorum geſta admirantes ſuis Ducibus aut Regibus,

Quis Hercules *fuerit.*

Atlas *idem quod* Italus, *ſeu* Attalus *ex corruptione vocum variatione interveniente.*

Diverſis hominibus eadem ſæpe nomina impoſita.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Regibus, ſecundum analogiam quandam geſtarum rerum nomina pariter indidiſſe, vero haud abſimile eſt; undè poſteà plures *Iani*, *Saturni*, *Hercules*, *Atlantes*, poſteris temporibus à Poëtis & Mythologis propagati innumeris Scriptorum monumenta perplexitatibus involverunt. Sed ut hæc propiùs conſpiciantur, jam relictis *Ianigenis* ad poſteros colonos progrediamur.

CAPUT IV,

De Secunda in Latium *expeditione, quæ* Pelaſgorum *fuit.*

Duas à *Pelaſgis* Colonias in *Latium* & *Hetruriam* ductas ex *Dionyſio* patet: alteram *Theſſalorum*, *Arcadum* alteram. Qua verò occaſione illi ex *Theſſalia* moverint, & quomodò tandem in *Latium* pervenerint, primò dicendum eſt; deindè quoque de *Arcadum* expeditione. Verùm quoniam totam Hiſtoriæ ſeriem graphicè ſanè deſcribit Dionyſius, ejus verbis rem exponam, ut deindè *Ianigenarum* Hiſtoria *Pelaſgorum* geſtis connexa, hiſtoriæ veritas luculentius pateſiat. ſic autem l. 1. ratiocinatur: Poſt hinc *Pelaſgorum* quidam *Theſſaliam* patriam linquere coacti, ab *Aboriginibus* in partem agrorum recipiuntur, bellumque communibus opibus contra *Siculos* cum iis gerunt. Hanc autem manum Aborigines receperunt ſpe fortaſſis auxilii, ego tamen propter cognationem potius id factum crediderim, quando *Pelaſgorum* quoque natio Græca fuit, oriunda è *Peloponneſo*; agitata variis caſibus, ſed erroribus maximè, nuſquam valens certum domicilium figere. Nam primùm habitarunt apud *Argos*, quod nunc *Achaicum* cognominatur; loci ejus ut plerique opinantur indigenæ: à Rege *Pelaſgo* ſortiti antiquum hoc vocabulum. Hunc ajunt *Iovis* fuiſſe filium è *Niobe*, *Phoronei* filia, quam primam mortalium fœminarum complexus eſt *Iupiter*, ut priſci ferunt ſermones. Sexta poſt ætate, relinquentes *Peloponneſum*, migraverunt in *Hæmoniam*, quæ nunc *Theſſalia* dicitur. Duces ejus Coloniæ fuerunt *Achæus* & *Phthius* ac *Pelaſgus*, *Lariſſæ* & *Neptuni* filii. Ut verò in *Hæmoniam* ventum eſt, pulſis indè cultoribus barbaris, regionem in tres partes dividunt, appellantque ex ſuis ducibus *Phthiotin*, *Achaiam*, *Pelaſgiotin*. Ibi ætates quinque cum egiſſent, circiter ſextam ætatem eos indè *Curetes* & *Leleges* ejecerunt, qui nunc *Ætoli* ac *Locri* vocantur, cumque his & alii complures *Parnaſſi* accolæ, duce *Deucalione*, filio *Promethei* & *Clymenes Oceani* filiæ. Atque profugorum tunc alii *Cretam* petierunt, alii *Cycladum Inſularum* nonnullas occuparunt: pars *Olympo* atque *Oſſæ* contiguam regionem, nomine *Heſtiotin* inſederunt: pars migraverunt in *Bœotiam*, *Phocidem*, atque *Eubœam*; alii trajicientes in *Aſiam*, multa circa *Helleſpontum* occuparunt loca maritima: at maxima eorum pars per loca mediterranea ſe contulit ad conſanguineos ſuos *Dodonæos*, quos, ut ſacros, nemo fas putabat bello aggredi, ibique manſerunt ſat longo tempore. Deindè ubi ſenſerunt gravari ab ſe cæteros, quod terra omnibus alendis non ſufficeret, reliquerunt eam regionem, oraculo moniti navigare in *Italiam*, quæ tunc dicebatur *Saturnia*. Parata itaque claſſe *mare Ionium* trajiciunt, cupientes proximam oram *Italiæ* contingere: ſed flante Auſtro, & locorum ignari, provecti longius, adplicuerunt ad unum è *Padi* oſtiis, nomine *Spinetem*, ibique naves reliquerunt, & turbam ferendis laboribus imparem non ſine præſidio, ut refugium haberent, ſi res non ſuccederent ex ſententia. Hi eo loco

Pelaſgi *ſedem ſtabilem in* Latio *figunt.*

Pelaſgus *quiſnam fuerit.*

Pelaſgorum *Duces.*

Pelaſgi *varias ſedes quæſiverunt.*

Pelaſgi *poſt varios errores in* Italia *conſedêre.*

loco manentes caſtra cinxerunt mœnibus, & cum eis ex voto cederent omnia, Urbem condiderunt *oſtio* fluminis cognominem. At illi, qui mediterranea petierunt, ſuperatis *Italiæ* montibus pervenerunt in *Vmbrorum* agrum, *Aboriginibus* finitimum. Initio igitur Pelaſgi in poteſtatem ſuam redegerunt agros, in quibus primùm conſederant, potiti etiam quibuſdam *Vmbrorum* opidulis: ſed cum adverſus eos conveniſſet ingens exercitus, territi hoſtium multitudine, contulerunt ſeſe in *Aboriginum* regionem. Hi decreverunt bello eos, ut hoſtes, perſequi, ac mox è proximis locis confluxerunt celeriter, delendi eos animo. *Pelaſgi* verò, qui tum fortè fortuna circa *Cutiliam Aboriginum* Urbem propè *Sacrum lacum ſtativa* habebant, poſtquam contemplati ſunt *fluitantem* in eo *inſulam*, & ex captivis, quos in agris interceperant, audiverunt appellationem ejus regionis hominum, crediderunt finem jam habere ſuum oraculum. Namque apud *Dodonam* redditum eis reſponſum (quod T. Manilius, vir non obſcurus, ait ſeipſum vidiſſe in templo *Iovis*; cuidam Sacrorum Tripodum vetuſtis literis inſculptum) ſic habebat:

Inſula fluitans.

T. Manilii *de Pelaſgorum adventu teſtimonium ex veteri inſcriptione quæſitum.*

Pergite quærentes Siculum Saturnia *rura*,
Atque Aboriginidem Cotylen, *ubi ſe Inſula vectat.*
Queis miſti, decimas Clario transmittite Phœbo
Et Diti *Capita*, *& tranſmittite lumina Patri.*

Adventantibus igitur cum magno exercitu *Aboriginibus* occurrunt *Pelasgi* cum oleæ ramis inermes ac ſupplices, expoſitiſque ſuis caſibus orant, ut recipiantur in amicitiam& partem ſedium, nequaquam ipſis graves futuri,& exponentes oraculum, ajunt ſeſe ad ea loca ſolo Deûm monitu delatos. His auditis adſenſerunt *Aborigines*, quod feſſis bello *Siculo* placeret Græca ſocietas, contra infenſos ſibi barbaros. Itaque cum *Pelaſgis* fœdus feriunt, partemque agrorum illis aſſignant circa *Sacrum lacum*, quorum pleraque erant paluſtria, dicta nunc priſco linguæ more *Velia*. At verò deindè bona eorum pars, cum agri omnibus non ſufficerent, *Aboriginibus* in expeditionem adſcitis, bello *Vmbros* aggreditur, urbemque eorum florentem ac magnam *Crotonen* repentino incurſu capiunt, qua mox pro arce belli contra *Vmbros* uſi ſunt: poſthinc alia quoque loca multa in poteſtatem ſuam redegerunt, & *Aboriginibus* contra *Siculos* promptam præſtiterunt operam, donec eos ejecerunt ſuis ſedibus. In his multa oppida partim ante à *Siculis* habitata, partim recens ab ſe condita, tenuerunt indiviſa ſociæ gentes *Pelaſgi* & *Aborigines*, ex quibus ſunt *Cære*, *Agylla* tunc dictum, *Piſa*, *Saturnia*, *Alſium*, & quædam alia, quæ poſtmodum à *Tyrrhenis* occupata ſunt; *Falerium* autem, & *Feſcennium* etiam mea tempeſtate à *Romanis* habitata parvas quaſdam ſcintillas *Pelaſgici* generis ſervant, cum initio *Siculorum* fuerint.

Pelaſgi *ab* Aboriginibus *recipiuntur in ſocios.*

Crotonen Umbrorum *civitatem capiunt.*

Pelaſgi *&* Aborigines Siculos *ſuis ſedibus ejiciunt.*

Sed explicemus verba *Dionyſii*, ex quibus apertè patebit, hanc *Pelasgorum* gentem non aliundè niſi à *Ianigenis* deſcendiſſe. Primùm enim dicit apud *Argos* habitaſſe, αὐτόχθονες ὄντες, ὥς οἱ πολλοὶ περὶ αὐτῶν λέγουσι. quos multi priſcos αὐτόχθονας dicunt, id eſt, *indigenas priſcos, aliundè non introductos*, quod ingentem *Pelaſgorum* vetuſtatem arguit; deindè *Pelaſgos* dicit à *Pelaſgo* Rege priſco, *Iovis* è *Niobe Phoronei* filia filio, nomen ſortitos eſſe, quem primis poſt diluvium patriarchis σύγχρονον faciunt *Chronologi*, *Euſebius*, *Bardius* aliique, uti poſteà ex *computu* patebit. Porrò dicit *Dionyſius*, Sexta poſt *Argum* relictum ætate, id eſt, 142 annis, (ſiquidem 27 annos uni ætati attribuit) *Peloponneſum* relinquentes in *Theſſaliam* moverunt, ibidemque quinque ætatibus, id eſt 135 annis exactis, à *Curetibus* & *Lelegibus* priſcis *Græciæ* habitatoribus expulſi, in diverſas

Dionyſii *de* Pelaſgorum *origine vetuſta verba, explicantur.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Græciæ Regiones, quo quemque fortunæ ſpes acquirendæ trahebat, diſperſi, *Dodonæis* conſanguineis, qui à Stirpe *Dodanim* filii *Iavanis* filii *Iaphet*, *ſacra Geneſi* teſte deſcenderunt, à *Iavane* ſiquidem *Græcia* Ἴων, *Ionia* dicta fuit, ſicuti à *Lud* filio *Sem Lydia* nomen obtinuit. Poſtquam ibi multis annis manſiſſent, terram confluxu novorum colonorum incapacem deſerentes, oraculi monitu in *Italiam* novas quæſituri colonias diſceſſerunt. Habemus priſcam *Pelaſgorum* originem paucis ex *Dionyſio* demonſtratam. Jam quoque *Pelaſgi* primi *Pelaſgorum* Regis, coloniæ ducis, etymon examinemus.

Dodonæorum *origo.*

Græcia dicta Jonia.

Dico itaque, progeniem *Ianigenarum*, in Græciam ſemet effudiſſe: quos inter unus fuit *Phaleg Hebri* filius, quem *ſacra Geneſis* ſub turris ædificationem natum, & à linguarum diviſione *Phaleg* appellatum, & 209 annis vixiſſe teſtatur, *c.* 11: *Iavan* itaque filius *Iaphet*, aſſociata ſibi progenie, ſi *Beroſo* credimus, *Phaleg*, primus in viciniorem *Græciam*, colonias deduxit, quæ & à nomine ipſius à poſteris *Iavania*, ſive contractè Ionia, deindè dicta fuit, uti plerique *Commentatores in* 10 *Geneſis caput*, teſtantur; *Phalec* verò progenies primò *Peloponneſum* uberrimam regionem ſibi colendam duxit, ubi & primam *Pelaſgorum* ſedem fuiſſe *Græci Authores* referunt; quorum primus expeditionis dux ſub mentito *Phaleg* nomine ſe primum *Pelaſgum*, deindè quoque univerſam illam continentem *Phalegiam*, corruptè; deindè *Pelaſgiam* nominari voluit, quod nomen poſteà apud poſteros manſit. Quandò verò, & quo tempore hæc contigerint, ex *computu Chronologico* paulò poſt patebit; horum verò *Pelaſgorum* veterum in *Italiam* expeditionem vide in *ſupracitato Dionyſij textu*, quomodò videlicet per varios errores laboreſque terra marique exantlatos tandem in *Adriatici maris* ſinum, quem *Spineticum* dicunt, appellentes, ibidem oppido *Spinetæ* nomine exſtructo, deindè ſuperatis *Appennini* jugis, tandem in *Reatinum*, *Aboriginum*, *Vmbrorumque* regionem penetrarunt: ubi aſſociatis *Aboriginibus Pelaſgi* primùm *Vmbros*, *Aborigenes* verò *Sicanos*, ſive *Siculos*, adorti ſedibus ſuis pepulerunt; hinc *Aborigines Latium* ſedem veterum *Siculorum*, *Pelaſgi* verò *Tyrrheno* duce, quem & nonnulli cum *Tarchone* non incongrue confundunt, totam paulatim *Etruriam* occuparunt, quam & à *Tyrrheni* ducis nomine *Tyrrheniam*, uti & *mare* inferum *Tyrrhenum* nuncuparunt. Quæ omnia ex *Dionyſio* pulchre deducuntur, de quibus & conſule *noſtram Etruriam* ubi omnia amplius diſcutiuntur.

Pelaſgorum *origo* à Phaleg Hebri *filio.*

A Javan *filio* Japhet Græcia Javania *ſeu* Jonia *primo dicta fuit.*

Peloponeſus *prima ſedes* Pelaſgorum.

Etruria *dicta* Tyrrhenia, à Tyrrheno Pelaſgorum *duce.*

CAPUT V,

De Tertia Expeditione Pelaſgorum Arcadum *in* Latium *ſub* Evandro *Duce facta.*

MAgnam in Authoribus explicandis peperit difficultatem varia *Pelaſgorum* denominatio. Certe qualeſcunque illi fuerint, ex *Peloponneſo* originem ſuam priſcis temporibus traxiſſe, jam *ſuprà* conſtat; unde multi *Oenotrios* quoque *Pelaſgiæ* gentis faciunt; uti *Dionyſius*; de quibus & *Pelaſgis Theſſalis* adeò ſimilia ſcribit, ut eoſdem prorſus eſſe facile cenſere queas. ſed de his *infrà* ex profeſſo. Nunc ad *Evandri* in *Latium* expeditionem progrediamur; de qua ita Dionyſius: *Haud multò poſt*, *alia* Græcorum *claſſis in eam* Italiæ *partem appulit*, 60 *fermè annis ante bellum Trojanum*, *profecta à* Pallante *Vrbe* Arcadiæ, *quam deduxit* Evander Mercurii *filius & Nymphæ*, *quam* Græci Themin, *Romanarum verò antiquitatum*

De Pelaſgorum *gente difficultates A A.*

Evandri *in* Latium *expeditio.*

Carmenta Evandri *mater*.

tum ſcriptores patriâ linguâ Carmentam *vocant*. Deindè pergit deſcribere, quomodò *Faunus Latii* Rex comiter exceptis, quantam voluiſſent, agrorum partem obtulerit. Monitu itaque *Carmentæ*, tumulum ſive collem non procul à *Tiberi* diſſitum eligentes, prope eum parvum exſtruxerunt vicum, hominum, quos duæ naves è *Græcia* advexerant, capacem, quem & ab *Arcadiæ* urbe *Pallante Pallantium* appellarunt: undè poſteris *Monti Palatino*, verius *Pallantino*, in hunc uſque diem nomen manſit. Haud multò poſt appulſo in *Italiam Hercule*, relicta Græcarum copiarum pars quædam prope *Pallantium* conſtitit, altera *Saturnium Collem*, qui *Romanis Capitolinus* dicitur, occupavit. Atque hic uti *Euſtathius* refert, *Evander Pani* templum conſtituit, collem communivit, impoſito ei nomine *Pallantii* à *Pallante* filio, qui etiam mortuum ipſum in vertice collis ſepelivit; Græcarum literarum uſum *Latio* intulit. Ita Sext. Aurel. Victor l. de origine gentis Romanæ; *primus omnium*, inquit, Evander Italos *legere & ſcribere docuit*, *idemque fruges in* Græcia *primùm inventas oſtendit*, *ſerendique artem tradidit*; *terræque excolendæ gratia primus boves in*Italiam *introduxit*. quæ omnia *Iano Saturno* & *Oenotrio* pariter attribuuntur. Porrò poſt *Evandri* in *Latium* adventum, *Æneas Anchiſæ* filius poſt *Trojæ* excidium alias quæſiturus ſedes, concomitante *Trojanorum* haud exigua turma, *Græcia* relicta in *Italiam* ad littus *Laurentinum*, *Aboriginum* appulit, ubi *Latinus Aboriginum* Rex eum hoſpitio excepit, data eidem in uxorem Filia ſua *Lavinia*. *Latino* verò defuncto *Æneas* rerum in *Latio* potitus, nomen *Aboriginum* in *Latinorum* vertit, cujus filius *Aſcanius* conditor deindè *Albæ longæ*, *Albanorum* regum monarchiam erexit; quæ omnia in ſequentibus fuſius proſequemur.

Montis Palatini à Pallantio *urbe* Arcadiæ.

Capitolinus Collis *dictus* Saturnius.

Evander *primus Græcas literas cum agricultura* Latio *intulit*.

Æneæ, Trojanorumque *in* Latium *adventus*.

Aborigi-num *nomen in* Latinorum *vertitur*.

Primi Latii *indigenæ* à Iano *deſcenderunt*.

Ex hiſce ergò luculenter patet, Primos *Latii* noſtri indigenas fuiſſe *Ianigenas*, quos eoſdem eſſe dicimus cum *Aboriginibus* & *Oenotriis*; quibus advenæ *Pelaſgi* è *Theſſalia* oriundi aſſociati, *Aborigines* quidem pepulerunt *Sicanos*, *Pelaſgi* verò *Tyrrheno* duce *Vmbros Hetruſcoſque*. Hos ſecutus *Evander* ex *Arcadia* 60 annis ante bellum Trojanum ex *Reatino* agro in locum *Tiberi* vicinum *Palantium* exſtruxit. Hunc 66 aut 70 verò annis poſt *Æneas* ſecutus *Latii* Regem ſe conſtituit. Nihil igitur modò reſtat, niſi ut dicta huc uſque ad computum revocemus, ut inde perfecta nobis temporis ratio, quo dicti coloniarum ductores anno moverint, quantumque temporis duraverint coloniæ, innoteſcat.

Epilogiſmus Chronologicus dicta concordans.

DIximus ſuprà *Oenotrios* & *Pelaſgos* fuiſſe ex ea *Ianigenum* ſtirpe, qui poſt anteriores *Iani* nepotes & pronepotes in *Peloponneſo* primi ſedem fixerunt. Nam, ut *Dionyſius* ait, primi *Græcorum Arcades* trajecto ſinu *Ionio* domicilium in *Italia* ſtatuerunt, deducti ab *Oenotro Lycaonis* filio. is quintus fuit ab *Azeo* & *Phoroneo*, primis *Peloponneſi* principibus; nam è *Phoroneo* genita eſt *Niobe*, ex hac & *Iove*, uti dicitur, *Pelaſgus*: *Azei* verò filius fuit *Lycaon*, è cujus filia *Deianira* & *Pelaſgo* natus eſt alter *Lycaon*, cujus *Oenotrus* fuit filius, 17 ætatibus, antequam apud *Trojam* bellatum eſt. Et tempus quidem hoc eſt emiſſæ è *Græcia* in *Italiam* coloniæ. Hæc *Dionyſius*. Ubi *Pelaſgos* cum *Oenotriis* quaſi confundit. Quicquid ſit, jam tempus eſt, ut eos à *Ianigenis* deſcendiſſe computu confirmemus.

Dionyſii de Pelaſgis *teſtimonium*.

Computantur à Chronologis *Euſebio*, cæteriſque, à diluvio ad *Trojæ* excidium anni 1215

A diluvio ad Turris ædificationem, & *Phaleg* ortum. fit prima partitio terrarumque diviſio *à Ianigenis*, anno 275

Ad mortem *Noë* à diluvio. *Ianigenæ* dominantur Mundo, anno 350

Computus annorum à diluvio per ſequentes ætates.

A di-

A diluvio uſque ad ortum *Abrahæ*, anno 383
A diluvio ad mortem *Abrahæ*, 557
A diluvio uſque ad *Ioſeph* (*Sem*, *Cham*, *Iaphet* filii, nepotes, pronepotes.) 633
A diluvio ad ortum *Moyſis*, 808
A diluvio ad exitum filiorum *Iſraël*, 888
A diluvio ad mortem *Moyſis*, 908
Euſebius hiſce oſtenſis, recitat variorum Regum nomina tempuſque, quo quiſque rexerit, & *Inachum* primum *Argivorum* Regem *Nini* temporibus vixiſſe oſtendit, quem & *Abrahæ* σύγχρονον dicit; *Phoroneum*, alterum *Argivorum* in *Peloponneſo* Regem, σύγχρονον dicit fuiſſe *Iſaac* & *Iacob* temporibus; *Apin* poſteà *Aegypti* Regem ponit 170 annis poſt *Abrahæ* nativitatem, 170
Cecropem verò primum *Athenienſium* Regem poſt *Abrahæ* nativitatem, 302
Diluvii *Ogygii* poſt *Abrahæ* ortum contigiſſe. 250

Hiſce poſitis facilè in quod ſeculum *Pelaſgi* & *Oenotri*, dum expeditionem ſuam molirentur, inciderint, colligitur.

Dionyſius, ut paulò ante patuit, expreſſis verbis dicit, ea contigiſſe 17 ætatibus ante bellum Trojanum, & quia uni ætati tribuit 27 annos, hæc ducta in 17 dant 459 annos, ante bellum Trojanum; quæ & *Strabo* confirmat. *Ætas facit 27 annos.* Quidam ajunt, *Pelaſgos* ante belli Trojani tempora ἐκ θεσσαλίας φύγοντας τὸν ἐπὶ Δευκαλίωνος γενόμενον κατακλυσμὸν ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ κατοικῆναι, *Deucalionis* diluvium ex *Theſſalia* fugientes in hoc loco conſediſſe. Jam comparemus hæc. A diluvio uſque ad *Trojæ* excidium ab *Euſebio* computantur anni 1215: ab hiſce ſubducti 459 ætatum 17 ante bellum Trojanum, relinquunt 756: ab his ſubducti anni nativitatis *Abrahæ* 383, relinquunt 373; & hi ſubducti ab annis 557 mortis *Abrahæ*, relinquunt 184 annos; quo tempore *Iſaac* cum filiis ſuis *Eſau*, *Iacob* dominabatur, anno videlicet poſt diluvium 756, quo tempore *Semi*, *Chami* & *Iapheti* poſteritas *Ianigena* in diverſas nationes diviſa mundum gubernabat. Ex hoc itaque computu luculentiſſimè patet, *Pelaſgum* priſcum, ſive ut *Dionyſius* vult, *Oenotrum*, primò, deinde *Pelaſgos* 138 annis poſt *Oenotrum* ſecutis, uti primò hi *Oenotrii* in *Græcia*, ita illi *Reatinum* primùm ingreſſi in univerſam ſe *Tyrrheniam* propagarunt.

Computus Euſebii à diluvio per ſequentes ætates.

Ex hoc computu patet clarè, *Latii* & *Hetruriæ* incolas ante *Pelaſgorum* adventum fuiſſe veros *Ianigenas*, id eſt, ex immediata ſtirpe filiorum *Sem*, *Cham* & *Iaphet* prognatos; cujuſmodi *Aborigines*, *Sicanos*, *Vmbros* ſuprà fuiſſe meminimus. Horum autem abnepotes fuiſſe *Oenotros* & *Pelaſgos*, à *Phaleg* filii *Hebri* ſtirpe deſcendentes, qui colonias novas quæſituri, in *Peloponneſum* delati, ibidem ſedem fixerunt; quorum poſteri cognomines alias & alias colonias indagaturi tandem in *Italiam* appulerunt, priſcorum *Ianigenum* poſteris familiis aſſociati, paulatim magnarum rerum fundamenta moliti ſunt. Sed hæc de computu ſufficiant.

Latii & Hetruriæ incolæ fuerunt veri Janigenæ ante Pelaſgos.

CAPUT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

CAPUT VI,

De Aequivocatione nominum, & Analogia geſtarum rerum à primis poſt diluvium Janigenis, *quæ poſteris poſteà populorum Ducibus applicata fuerunt.*

PLures fuiſſe *Ianos*, *Saturnos*, plures *Pelaſgos* & *Oenotros*, Hiſtorici nos docent, quæ tamen, ſi attenta analogiæ amuſſi adaptentur, ab uno quodam diverſis nominibus appellato, originem ſuam traxiſſe, ubi ſingula cum ſingulis ſcitè comparaverimus, reperiemus. Cum enim homines primævi, poſt diluvium & diſperſionem gentium *Hebræis* mixti, plurima de primorum parentum geſtis, de diluvio univerſali, de *Noëmo* ejuſque navigio, de Turris Babylonicæ fabrica, de ſtatu geſtiſque Patriarcharum ante diluvium, de *Enoch* mirabiliter tranſlato, de Gigantibus, de tyrannide *Nembrod*, *Chami* impietate, magiciſque miraculis, inaudiſſent; prætereáque omnes eos, qui vel virtute, ſcientia, rerum geſtarum gloria, aut rerum humano generi neceſſariarum inventione clarerent, ſummopere mirarentur; diverſæ regiones *diviſis* eos ſplendidiſſimorum nominum titulis cohoneſtarunt. Hinc primi urbium conditores, agrorum cultores, legiſlatores, artiumq; inventores, paſſim *Cæli*, *Oſirides Saturni*, *Iani*; uxores verò matres viventium, hominum propagatrices, Deorum matres, bonorum largitrices; filii verò ſimilibus nominibus inſigniti, filii Deorum, juſtitiam colentes, religioniſque propagatores appellati fuerunt. Cum verò primi omnium *Ægyptii* horum geſta miranda, veluti quidpiam, quod ordinem naturæ excederet, inſpicerent, nil facilius fuit, genti ad ſuperſtitiones proniſſimæ, eos apotheoſi quadam cohoneſtare, præſertim cum ut hoc facerent, magnum pondus in animis eorum habuerit egregia illa primorum parentum ſapientia & rerum naturalium, qua pollebant, cognitio, longæque vitæ productio, ſimiliaque, quæ ipſis fabularum condendarum occaſionem præbere poterant; quæ omnia confirmabantur incantationibus frequentibus, ac magicis illuſionibus, quas impia *Chami* progenies divinitatem datâ operâ affectans ubique paſſim magiſtro Sathana edebat, queis ita *Ægyptiorum* animi percellebantur, ut eos veluti cæleſtes Deos adorarent, ac tanquam rerum omnium moderatores ſanctè venerarentur; atque hinc prima illa Architecturæ Deorum fundamenta; Hinc origo *Cæli*, *Saturni*, *Iani*, *Iovis*, *Herculis*, *Æſculapii*, *Mercurii*, aliorumque Deorum; quæ omnia calculo ſuo comprobant *Lactantius Firmianus* & *Euſebius*; & *Xenophon de æquivocis*, quiſquis ille fuerit, ait, *Saturnos* dictos, qui Regum vetuſtiſſimi condiderunt urbes & populos, & proindè non unum, ſed plures fuiſſe *Saturnos*, quorum patres dicti *Cæli* ſeu *Iani*, filii verò eorum *Ioves*. Nomina igitur hæc fuerunt dignitatis & deitatis cujuſdam apud rudes priſcos ob nominum celebritatem inventa. Hinc *Saturnus Scythicus Noë*; *Nembrod Saturnus Babylonius*; *Cham Ægyptii Saturni* nomen habuit: & hoc pacto ad *Græcos*, & hinc ad *Italos* tranſlata mundum univerſum repleverunt. Hinc nata deploranda Hiſtoricorum confuſio, temporumque, quo quiſque gubernavit, indigeſta ratio; dum ex confuſa nominum æquivocatione atque geſtorum analogia, quælibet natio ſuos ſibi finxit *Ianos*, *Saturnos*, *Ioves*, *Hercules*, *Mercurios*. Patet & hæc rerum confuſio in hocce nobis propoſito argumento *Latii* antiquitatum, cujus confuſam primarum coloniarum in id introductionem, non niſi à primorum

Æquivocatio nominum.

Apotheoſis hominum unde traxerit originem.

Ægyptii maximè ſuperſtitioſi.

Quomodo fictio Deorum omnes paſſim gentes pervaſerit.

Nominum æquivocatio Hiſtoriarum confuſionem peperit.

C poſt

poſt diluvium *Noëmi* filiorum actis, ſive nomina ſpectes, ſive rerum geſtarum analogiam, hauſiſſe originem luculenter patebit. Et quamvis hæc in præcedentibus ubertim oſtenſa fuerint, hîc ea, non tamen niſi per anacephaleoſin quandam repetenda duxi, ut veritas tandem eluceſcat. Atque ut de *Pelaſgorum* prima expeditione ordiar: illam 700 ferè annis poſt diluvium contigiſſe, ex *præcedenti computu* patuit; quorum geſta comparata cum ſecundæ expeditionis geſtis, & cum tertia *Herculis*, & cum quarta *Aeneæ Trojani*, adeò ſimilia reperiuntur, apud veteres Romanarum rerum ſcriptores, ut ſi locorum diverſitatem excipias, hiſtoria prorſus eadem eſſe videatur.

Pelaſgorum *prima expeditio.*

Pelaſgos reliquias eſſe ſtirpis *Phaleg* ſuprà diximus, & à terrarum diviſione ipſis nomen ſemper manſiſſe. Hi duas expeditiones moverunt, teſte *Dionyſio ſupracitato*, unam 330 annis ante bellum Trojanum; ſecundam *Evandro* Duce factam juxta quoſdam 80 annis ante bellum Trojanum. Si jam *Æneæ* in *Italiam* adventus hiſtoriam penitiùs examines, eam iiſdem pœnè verbis compoſitam fuiſſe deprehendes, quibus *Pelaſgorum* ad *Italiam* appulſus ab Authoribus deſcribitur, adeòque pro *Ænea Evander*, pro *Trojanis Pelaſgi*, pro *Rutulis Siculi* facilè intelligantur. Quod etiam ſic demonſtro *Pelaſgos* primùm, *Dionyſio* & *Livio* teſtantibus, per varios errores in *Spineticum ſinum* appulſos ibidem urbem condidiſſe.

Analogia geſtorum, à Pelaſgis & Trojanis.

Trojani Ænea duce idem fecerunt, in *Latinorum* ſeu *Aboriginum* littore, quam & *Trojam* primò, poſteà *Lavinium* vocarunt.

2. *Pelaſgos* infeſto agmine *Aboriginum* petiiſſe regionem, ibique captivos in agris intercepiſſe.

Trojani idem feciſſe leguntur in *Laurentino agro* ad oram maritimam.

3. *Aboriginum* Urbem nobiliſſimam in *Agro Reatino* fuiſſe *Cutiliam*, in qua ſedes fixerunt *Pelaſgi*.

In littore *Aboriginum* nobiliſſimam fuiſſe urbem *Laurentum*, quam *Trojani* inhabitabant.

4. Apud *Dodonam* reſponſum datum fuiſſe *Pelaſgis* de Inſula fluctante in *Cutilienſi lacu*.

Æneæ Trojaniſque prædixiſſe idem *Dodonæum* oraculum de lacu ſalſo, & conſumptione menſæ.

5. *Aborigines Reatini* magnum exercitum duxerunt contra *Pelaſgos* advenas, *Dionyſio* & *Livio* teſtibus.

Aborigines Laurentini idem contra *Trojanos* feciſſe teſtantur.

6. Pelaſgi *Aboriginibus* ad vim contra ſe reprimendam occurrunt inermes, & ſupplices cum ramis olivæ.

Idem *Æneam* præſtitiſſe *Aboriginum* Regi *Latino*; Virgil. l. 7. docet:

> *Tum ſatus* Anchiſa *delectos ordine ab omni*
> *Centum Oratores auguſta ad mœnia Regis*
> *Ire jubet, ramis velatos* Palladis *omnes.*

Iterum, Partem tunc agrorum *Trojanis* aſſignaſſe *Latinum*, eò quod *Græca* adverſus *Rutulos* placeret ſocietas.

7. Ita *Aborigines Reatini* partem agrorum aſſignarunt *Pelaſgis*, eoſque contra finitimos *Siculos Umbroſque* in partem ſedium amicitiamque receperunt.

Rurſus fœdere pacto *Aborigines* inter & *Pelaſgos*, *Siculi* ſedibus ſuis expulſi ſunt.

Pari pacto ab *Ænea* fœdere inito cum *Aboriginum* Rege *Latino*, *Rutuli* devicti ſunt.

8. In Arcadica verò expeditione, quæcunque *Evandro* contigiſſe leguntur, ea *Æneæ* geſtis congruere reperiuntur.

9. *Evandrum* in uxorem accepiſſe Regis *Sabini* filiam.

Analogia geſtorum Evandri & Æneæ.

Æneam verò Regis *Latini* filiam in Uxorem accepiſſe *Laviniam*, ſuprà oſtenſum fuit.

10. Conjugio verò peracto dicitur *Evander* non procul à *Tiberi* oppidum condidiſſe, à *Pallante Arcadiæ* oppido *Pallantium* dictum.

Æneam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Æneam pariter non procul à *Tiberi* flumine in *agro Laurentino* urbem condidiſſe, quam *Trojam* primùm, deindè *Lavinium* appellari voluit.

11. *Æneam* in amicitiam receptum *Latinorum* commune in corpus tranſiſſe.

Evandrum pariter pulſis *Montis Valentini* Incolis, in commune *Aboriginum Latinorumque* corpus tranſiſſe, ſuprà oſtenſum fuit.

12. *Æneas* ſacra Penatium, *Evander* Panos inſtituit.

Iam altiora rerum exordia cum *Evandri* geſtis comparemus.

Analogia Saturni & Evandri.

13. *Saturnus* primus *Italiæ* ſive *Latii* cultor, uti ſuprà dictum fuit, nunc promiſcuè modò *Ianus*, nunc *Saturnus* dicitur, primus homines legere & ſcribere, agriculturamque docuit, mores agreſtes in civiles convertit, Virgilio teſte:

> *Is genus indocile ac diſperſum montibus altis*
> *Compoſuit, legeſque dedit.*

Evandrum & *Ianum* & *Saturnum* dictum, *Sext. Aurel. Victor.* teſtatur, qui illa, quæ priſco *Iano & Saturno* tribuebantur, *Evandro* juxta analogiam quandam dedit: Primus, inquit, *Evander Italos* legere & ſcribere docuit, idemque fruges in *Græcia* primùm inventas oſtendit, ſerendique uſum edocuit, boveſque agriculturæ neceſſarios junxit aratro. Quæ omnia *Tibullus Oſiri Saturno Ægyptio*, *Virgilius Saturno* attribuit; ſed & *Romulo* eadem fuiſſe applicata, infrà oſtendetur.

Evander literas & Agriculturam Italos docuit.

Ex hac analogia rerum Hiſtorici confuſi perplexique, quid ſentiant, aut determinent, non reperiunt, multique ex recentioribus Authoribus, inter quos *Cluverium* pono, exiſtimant, omnem de *Ænea*, *Albanorum* Regno, *Romulo* & *Remo*, uti & de primis ſeptem Regibus puram putam fabulam eſſe, ex *Pelaſgorum* geſtis confictam, cui tamen graviſſimorum Authorum *Dionyſii*, *Livii*, *Diodori* authoritate convictus ſubſcribere non poſſum. Cum analogia rerum à veteribus geſtarum veritati poſterorum non præjudicet, ſed magis confirmet, cum eadem magnis ſemper Heroibus, ad nominis perpetuandam memoriam, applicata fuerint, quæ glorioſè primus aliquis geſſit, ſive is *Ianus*, ſive *Saturnus*, ſive *Oſiris* fuerit.

Cluverii de Aenea ſententia non probatur.

CHRONOLOGIA

Regum Latinorum, *ſive* Albanorum, Romanorum, *Reipublicæ*, *&* *Imperatorum.*

	ab orbe condito	à Diluvio	Regimen.
I. *Æneas* poſt biennem navigationem, & ingentia exantlata pericula, tandem fatis urgentibus, appulit ad *Littus Laurentinum*, contractáque affinitate, cum *Latino* Rege *Aborigenum*, ibi vixit, quo mortuo in Regnum ſucceſſit, primus *Latinorum* Rex, multiſque cum *Hetruſcis* geſtis bellis, tandem ultimum *Hetruſcorum* Regem *Mezentium* confecit; diminutóque *Thuſcorum* imperio, ipſe rerum ſuarum ſatagens, Regnum *Latinorum* paulatim in eam amplitudinem evexit, quam poſteritas ſatis mirari nequit.	2787	1121	3

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

		ab orbe condito	à Diluvio	Regimen.
Sampſonis tempore.	II. *Aſcanius* filius *Æneæ* ex *Creuſa*, condito *Lavinio*, *Albæ Longæ* ædificationem molitus eſt. Primus *Albanorum* Rex,	2790	1134	38
	III. *Sylvius Poſthumus* frater *Aſcanii* ſucceſſit, quem repudiato filio ſuo *Iulio*, utpote ad Regnum inepto, *Aſcanius* Regno ſuffecit,	2827	1171	29
Heli. Saul.	IV. *Æneas Sylvius*, *Albanorum* Rex, filius *Sylvii poſthumi*,	2856	1200	31
David *Rex* Iſraël.	V. *Latinus Sylvius*, *Albanorum* Rex, filius *Æneæ Sylvii*, ſucceſſit in Regno,	2887	1231	50
	VI. *Alba Sylvius*, *Albanorum* Rex,	2938	1292	39
Reges Iſraël.	VII. *Capetus Sylvius*, *Albanorum* Rex,	2977	1321	24
	VIII. *Capys Sylvius*, filius *Capeti*, *Albanorum* Rex,	3000	1344	28
	IX. *Capetus Sylvius*, *Alb.* Rex,	3028	1372	15
	X. *Tiberius Sylvius*, *Alb.* Rex,	3043	1387	9
Joſaphat.	XI. *Agrippa Sylvius*, ...	3052	1396	40
	XII. *Aremulus Sylvius*, *Latinorum* & *Alban.* Dux, . .	3092	1436	19
Prophetæ.	XIII. *Aventinus Sylvius*, *Latin.* & *Alban.* Rex, . . .	3111	1455	35
	XIV. *Procas Sylvius*, *Latin.* & *Alban.* Rex, . . .	3146	1490	23
	Amulius Sylvius	3169	1513	10
Primo anno Joathan *Regis* Iſraël.	Ortus *Romuli* & *Remi*, 18 annis ante *Romam* conditam	3198	1542	18
Achaz *Rex* Iſraël.	I. *Romulus* & *Remus*, poſtquam *Amulio* interempto *Numitorem* reſtituiſſent, *Romanæ urbis* ædificationem moliti ſunt, 7 Olymp. extincto ſimul *Latinorum* Regno *Romanum* inſtituerunt, 427 annis poſt *Æneæ* in *Italiam* adventum; & *Remo* fratre conſorte Regni interempto, ipſe ſolus regnavit,	3216	1570	37
	Romulus poſtquam regnaſſet 37 annos, duos menſes, ad *Capream paludem* fulmine percuſſus obiit, & cum non comparuiſſet, à *Romanis* inter Deos tranſlatus creditus fuit, templis in honorem ejus erectis. Tempore *Romuli*, anno quinto, raptæ fuerunt *Sabinæ* Virgines. *Tatius* in ſocietatem Regni admiſſus, & quinto poſt anno occiſus. Sexto decimo conſtituit centum Patrum Senatum *Romulus*. Bella geſſit contra *Camerinos*, *Veientes*.			
	II. *Numa Pompilius*, natione *Sabinus*, uno poſt interregnum anno ſuſcepit Regni gubernacula; totius religionis Ethnicæ & cerimoniarum author, . . .	3254	1598	43
	III. *Tullus Hoſtilius*, degener à religione à *Numa* inſtitutâ, *Albam* deſtruxit, *Fidenates* ſubjugavit, . .	3297	1641	32
Pythagoras.	IV. *Ancus Martius*. *Sabini* & *Veientes* ſubjugati, . .	3329	1673	24
	V. *Tarquinius Priſcus* ſolemnitates inſtituit Theatricas, *Thuſcos* ſuperavit, Sabinis, Latiniſque, bellum intulit,	3353	1697	38
	VI. *Servius Tullius* *Romam* ampliavit, . . .	3391	1735	44
	VII. *Tarquinius Superbus* *Volſcos* captâ *Pometiâ* ſubjecit *Romano imperio*. *Latinos Sabinos*, *Hernicos bello domuit.*	3435	1779	25

Poſtquam

Poſtquam *Tarquinius Superbus* regnaſſet 25 annos, ſummumque apud omnes odium, ob morum aſperitatem & tyrannicas actiones incurriſſet, tum vel maximè odium ſummum incrementum accepiſſet, cum à filio ſuo *Sexto Lucretia*, *Tarquinii Collatini* Uxor, pudicitiæ laude conſpicua fœmina, violenter conſtuprata fuiſſet; poſtquam ſeptem Reges 244 annis Regiam dignitatem magno incremento, juxta ac emolumento ſuſtinuiſſent, expulſus, proſcriptuſque à populo, nunquam quicquam efficere potuit, ut denuò Regno, à quo exciderat, potiretur; atque adeò deleta *Tarquiniorum* domo, *Regnum Romanorum* in Reipublicæ formam redactum fuit. Cujus primi Conſules fuerunt *Brutus*, & *Lucius Tarquinius Collatinus*; quotannis aliis & aliis aſſumptis Conſulibus, quorum operâ paulatim tanta incrementa ſumpſit *Reſpublica Romana*, ut toti pœnè terrarum orbi dominata fuerit. Initium ejus fuit annus poſt Mundi Conditum, 3457. poſt diluvium 1801. & hoc pacto ſtetit uſque ad *Iulium Cæſarem*, qui poſt decimum tertium annum Triumviratus ſui, primus *Romanorum* Imperator à Senatu Populoque proclamatus, Monarchiam Mundi ſuſcepit, anno Mundi 3940. poſt Diluvium 2284. à *Roma* Condita 725. Olymp. 187. A quo deinceps ſeries Imperatorum *Romanorum* initium ſumpſit, quod & in hunc uſque diem continuata Cæſarum ſerie durat. Vltra hæc, cum paſſim nota ſint, non progredimur; ſed ad eas res, quæ non ita forſan omnibus obviæ ſunt, calamum convertimus.

Tarquinius ſuperbus *regno exactus.*

Reſpublica Roman *inſtituta.*

Jul. Cæſar *imperator* Rom.

CAPUT VII,

De Terminis Priſci Latii.

Iam ſupra oſtendimus, *Latium* priſcis temporibus latius fuiſſe, quàm poſt *Evandri* in *Italiam* adventum. Nam tempore *Ianigenarum*, non tantùm ille, qui Tiberi, mari, & montibus, tractus includitur, *Latium* dictum fuit, ſed & *Sabini*, *Vmbri*, *Hetruſci*, & quicquid tandem à Tiberi ad *mare* uſque Tyrrhe*num* populorum fuit, ſub *Latio* comprehenſi fuerunt, donec *Hetruſcis* Tyr*rhenis* dodecapolitano firmato regno, & ab *Aboriginibus* ſeparatis, diviſo imperio, quæque natio ſuos tutata eſt juriſdictionis terminos, natæque ſunt quatuor Dynaſtiæ: *Latina*, *Sabina*, *Vmbrorum*, & Tyrrhenorum. Nam uti ſuprà dictum fuit, *Pelaſgi* ad primam expeditionem in *Italiam* factam *Aboriginibus* juncti *Sicanos* ex *Sabina* & *Latio*, *Pelaſgi* verò Tyrrheno Duce *Vmbros*, qui & tum temporis *Hetruſci* ſive Thuſci dicebantur, expulerunt. Et *Aborigines* quidem *Sicanis* pulſis totum illud terrarum ſpatium, quod *Lirim* Tiberimque amnes interiacet, occuparunt, quas & ſedes deindè tenuit idem genus hominum, mutatis tantùm appellationibus, vetus *Aboriginum* nomen ſervantes uſque ad Trojani belli tempora: quandò à *Latino* Rege denominati ſunt *Latini*. *Pelaſgi Vmbros* adorti, expugnataque *Crotona* (quæ hodie dicitur *Cortona*) *Hetruſcorum* Urbe, totius *Thuſciæ* dominio ſucceſſu temporis potiti ſunt: ut Urbes *Cære*, olim *Agylla*, *Alſium*, aliæque ſat demonſtrant.

Latii *olim latitudo.*

IV Latii *Dynaſtiæ.*

Cortona, *olim* Crotona, Hetruſcorum *urbs.*

Antiqui itaque *Latii*, tempore *Latini* Regis & *Æneæ*, fines hi fuerunt: ab occaſu *Anio fluvius* à *Tibure* ad confluentem uſque *Tiberis*; hinc ipſe *Tiberis* ad oſtia uſque, relicto à meridie mari infero; à *Tiberis* oſtiis *Laurentum* & *Ardeam*; hinc ab ortu hyberno limes fuit, quo *Latinorum* includebantur oppida videlicet *Lavinium*, hodiè *Sancta Petronilla*; *Aricia*, modò *la Riccia*; *Lanuvium*, hodiè *Cività della vigna*; *Labici*, *Val montone*, & *Gabii* jam *Gallicano*; aut ut *Cluverius* vult, *Colonna*;

Latii *quondam fines.*

Urbium Latinarum *priſca ac moderna denominatio.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Præneſte denique, hodiè *Paleſtrina*; *Velitræ* tamen, vulgò *Beletri*, & *Cora Volſcorum* urbes fuere. A Septentrione *Æquorum* gens, veluti *cuneo* quodam, inter *Præneſte* & *Tybur* in *Latinorum agrum* ad *Tuſculanos* uſque *montes* ſeſe inſinuabat, oppido eorum prope *Tuſculum* ſito *Algido*, de quo ſuo loco. Tam arctis itaque fuere *Latinorum Agri* incluſi finibus, poſtquam eos *Sabini* è regione, *Nar* inter & *Anienem* fluvios ſita, expulerunt.

Latii *longitudo ac latitudo.* Longitudo itaque Veteris *Latii* à *Tybure* ad mare 35 millibus paſſuum eſt: latitudo à *Tybure* & *Roma* in *montem Albanum* 20 milliarum; vero tamen ſimile eſt, *Nomentum*, *Fidenas*, *Collatiam* in *Sabinorum* ditione ab *Aboriginibus* vel *Sicanis*, antequam à *Sabinis* ejicerentur, conditas, ac dein novis coloniis ab *Albanis* excultas fuiſſe: ſed de his fuſiùs in ſequentibus. *Sueſſam Pometiam Volſcorum* metropolim, *Coram*, *Bolam*, *Velitras*, extra *Latium* fuiſſe, atrocia bella, quibuſcum *Latini* & *Romani* conflixerunt, teſtantur, quæ tamen à *Tarquinio ſuperbo* ſeptimo *Romanorum* Rege ſubjugatæ, *Romanorum* juriſdictioni acceſſerunt. *Latii incrementa.* Undè *Latium* in eum paulatim ſtatum reductum eſt, quem primò *Siculorum* tempore, antequam ab *Aboriginibus* è *Latio* expellerentur, habebat reliquæ verò urbes, *Antium*, *Mons Circeius*, *Terracina* ſive *Anxur*, quas *Volſci* inhabitabant, *Sinueſſam* uſque, una cum *Hernicorum Æquorumque* regione ſucceſſu temporis ſubjugatæ *Latio* acceſſerunt, totum videlicet ſpacium illud, quod *Anienis* & *Liris* vicinis fontibus incipit, & amnibus *Aniene*, *Tiberi*, *mari Tyrrheno*, & *Liri* fluvio, quem hodiè *Garigliano* vocant, intercipitur, uti mappa docet.

His ita poſitis, jam ſecundum totius *Latii* loca celebriora diſcutiamus: & primò quidem omnia illa loca, Urbes, oppida, quæ *mari Tyrrheno* adjacent, aut non procul indè diſſita ſunt; deinde montanas urbes examinemus, *Hernicorum*, *Latinorum*, *Æquorum*; tertiò, loca mediterranea diſpiciamus. Et ut ſingula priſci *Latii* oppida luculentius intelligantur, oppida ſeu loca, quæ hodiè exſtant, παραλλήλως, id eſt ad invicem comparata ita ordinavimus; ut hoc pacto quicunque invenerit priſci loci oppidum, ſtatim, modernorum temporum oppida ignorare non poſſit.

Nomina oppidorum priſci Latii, *quæ* mari Tyrrheno *adjacebant, vel non procul indè diſtabant.*

Cum Nominibus locorum iis hodiè correſpondentium.

I. R*Omâ* per *Tiberim* deſcendentibus, occurrit ſeptem milliarium intervallo *Templum S. Cyriaci*, deindè novem milliaribus ultra, celeberrima quondam urbs *Oſtia* dicta, ad dextram oſtii *Tiberis*, ab Anco Martio quarto Rege *Romanorum* ibi condita, *Portus claudii.* cui *portus* Romanus ex altera parte fluminis à *Claudio Cæſare* factus eſt, de quo uti & de *Inſula ſacra*, (quem fluvii bicornis divaricatio facit, cujus ingens *Oſtia Tiberina.* balena, quæ in fluminis anguſtiis deprehenſa fuit tempore *Claudii*, originem dedit,) vide pluribus actum in *noſtra Hetruria.* Nobiliſſimis olim ædificiis ornata ſpectabatur *Oſtia*, hodiè eorum vix ullum reperitur veſtigium. Vide quæ de *Oſtiis* fuſius tractant *Dionyſius*, *Cornel. Tacit. Solinus*, *Ptolomæus*, *Strabo*. Mirum eſt hodiè adhuc in veterum ædificiorum ruderibus annulos reperiri, quibus naves alligabantur. *Cluverius* uti & geſta Regum *Romanorum* veluti fabulas improbat, ita & *Oſtiam* non ab *Anco Martio*, ſed ab *Evanoro* antiquiori origine conditam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

conditam vult; ſed tam incertum eſſe puto, quod ipſe vult, quàm certum illud, quod Authores de *Anco Martio* tradunt.

Corpus S. Monicæ.

Oſtia moderna conſtat *Eccleſia S. Aureæ* celebri morte, & *ſepulchro S. Monicæ*, matris divi *Auguſtini*, quæ poſteà *Romam* tranſlata in templo Auguſtinianorum requieſcit, & paucis domibus; malignitate aëris propè deſerta: neque niſi hyberno tempore habitare ibi quiſquam poteſt; olim alluebatur mari teſte *Strabone*: hodiè tribus ferè milliaribus à mari diſtat, limo, quem *Tiberis* continuò advehit, maris littore oppleto. Oſtenditur ibidem turris pervetuſtæ fragmentum, quam ſupra cratem, qua obeliſcum majorem, quem *Cajus Caligula* ex *Ægypto* tranſvectum in Campo Vaticano erexit, fundatam fuiſſe refert *Plinius l.* 38. à *Saracenis* divaſtatam urbem *Leo IV, Pont. Max*: inſtauratam *Corſicis* inhabitandam dedit; Turrim verò contra *Turcas Martinus V*, & *Iulius II*, tum ad portus, tum ad *Romanæ urbis* ſecuritatem ille exſtruxit, hic inſtruxit; peponum cæterorumque fructuum optimorum copia ibi provenit. Multùm verò redditus Cameræ Apoſtolicæ augent *Salinæ*, quæ ſunt areæ arte factæ foſſarum inſtar, intra quas, ubi exundante pelago impletæ fuerint, in ſalem æſtivi temporis calore concreſcunt; de quibus & mentio fit apud *Veteres Romanarum rerum ſcriptores*, qui tradunt *Ancum Martium* & *Oſtiæ* & *Salinarum* inſtitutorem, primum *Salinarum* vectigal ad uſum navium inſtituiſſe.

Oſtia olim mari adjacens. *Memorabile factum.* *Salinæ Oſtienſes.*

Laurentum.

II. Poſt *Oſtia Tiberina* Septem mill: paſſ. occurrit *Laurentum*, *Pici*, *Fauni*, & *Latini*, Regum *Aboriginum*, regia urbs & reſidentia, à qua *Latium Latinique* nomen, ſuum *meruerunt*, tum *Æneæ* primum in agrum Laurentinum exſcenſu, tum origine Romani Imperii apud omnes *ſcriptores* celeberrima, in littore *Aboriginum* ſita. Fuit & urbi juncta ſylva lauro conſita, ad quam ſuadentibus medicis *Commodum* Imperatorem ſe tempore ſævientis peſtilentiæ tranſtuliſſe *Herodianus l.* 1. narrat; *Vitellium* quoque tempore fulminum ſævientium illuc ſe contuliſſe, tanquam ſecurè habitaturum eas inter arbores, quæ fulmine non tangerentur. Sed de Laurente agro, de ſylva Laurentina, populiſque Laurentibus vide *inſcriptiones varias* apud *Gruterum*, *Authoreſque ſupracitatos*.

Sylva Lauro conſita, à Commodo & Vitellio Imperatoribus frequentata.

Laurentum deſertum.

Laurentum, quæ olim *Latinorum* metropolis erat, hodiè ita evanuiſſe videmus, ut vix ullum veſtigium appareat. Eodem tamen loco turris ſpectatur, ſeu ſpecula maris, quæ in hunc diem dicitur *Torre di S. Lorenzo*, profano nomine in ſacram mutato; non enim dubito, quin ab antiquo nomine apud poſteros ſuperſtite ita ſit appellata, cum tempore Romanorum Imperatorum adhuc ſatis abundante populo floruerit, teſte *Herodiano*, & ex inſcriptione in regione Tranſtyberina inventa ſatis liquet, quæ ita ſeſe habet:

Divo Antonino Auguſto
Senatus Populusque Laurens,
Quod privilegia eorum non modò
Cuſtodierit, ſed etiam ampliaverit,
Curatore Manio Sabinio Libone
C.V.
Curantibus. Ti. Iulio Nepotiano,
Et P. Æmilio Egnatiano præſſ:
Q. Q. Laurentium, Lavinatium.

Lavinium.

III. Sequitur poſt *Laurentum*, tribus à mari paſſuum millibus diſſitum *Lavinium*, ab *Ænea* conditum, poſtquam ab *Aboriginum* Rege Latino benignè exceptus, filiam ejus *Laviniam* in uxorem ſibi adoptaſſet, à qua & nomen obtinuit; quamvis alii à *Lavinio* fratre *Latini*, alii ab uxore *Æneæ* denominatam velint. Sed prior opinio jam authoritate ſcriptorum primas meritò inter cæteras ſibi præſcripſit. Cæterum uti olim, ita & hodiè *Campus Laurento-Lavinius* paludibus oppletus, vix tutam præbet adeuntibus viam. Vide *ſupracitatos Auctores* de his fuſè, & in ſequentibus de Romanæ Urbis origine.

Lavinium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Ubi hodie pagus ſeu Eccleſia S. Petronillæ *ſpectatur, ibi* Lavinium *fuiſſe putatur.*

Lavinium vetus conditum fuiſſe putatur in eo colle, in quo hodiè *Fanum S. Petronillæ* ſpectatur, ad fontem fluminis Numici, qui ſub ipſo colle ex antro quodam profluit, à mari diſſitum ter mille paſſibus. Eſt autem *Numicus* celebris ille fluvius, apud quem *Æneas* poſt devictum *Turnum Rutulorum*, *Mezentiumque Cæretanorum* Regem, poſt triennium regni ſui diſparuiſſe fertur, aliis inter Deos Indigetes, poſtquam ſubmerſus eſſet, tranſlatum; nonnullis in cælum fulminis fulgorumque vi tranſlatum ſuperſtitioſe opinantibus. Hodiè *Numicus* exiguus ſine nomine rivus eſt, qui ſuam originem haud dubiè ex *Lacu Aricino*, quem *ſpeculum Dianæ* vocant, per ſubterraneum meatum trahit.

Æneæ *in Numico amne interitus.*

Antium Caii Caligulæ *&* Neronis *patria.* Fortunæ fanum.

IV. Sequitur *Lavinium* proximè VIII mill. paſſ. diſſitum *Antium*, *Volſcorum* haud ignobile oppidum, ædificiis faniſque *Fortunæ*, *Veneris Aphrodiſiæ* & *Æſculapii* ſplendidum, *Claudii Neronis* patria. Ager terra marique, hic optimis & exquiſitis piſcibus; illa vino, frumento, omni denique fructuum genere uberrima eſt, tametſi indigenæ ad utramque venationem magis, quàm ad agrorum cultum afficiantur. Mari potentes fuiſſe Antiates, & multiplici navium apparatu inſtructiſſimos *Dionyſius* oſtendit.

Hodiè *Antium*, vulgò *Nettuno* ſive *Neptunium* dicitur, quod non eodem loco, quo olim, ſed ad nonnulla ſtadia remotius, ex ruinis tamen veteris *Antii* conditum, à quo promontorio, quo mare intus nonnihil incurvatur, etiamnum manet nomen *Capo d'Anzo*. Viſitur ex parte occidentali ingens adhuc ruderum ſtrues, inſignis olim vaſtitatis & magnificentiæ index. Afficiebatur quàm maximè hac urbe, ex qua & oriundum ferunt, *Cajus Caligula*; ubi & contigit admirabile illud de *Remora* navim, qua vehebatur, retinente; de quo vide *Plinium*, *Ælianum*, alioſque. Blondus mira narrat de *Coturnicum* inibi quotannis capi ſolitarum multitudine. *Sed ad* Neptunium, inquit, *piſcium quidem ſaxoſum, vel potius glareoſum, mare multorum ac optimorum habet venationem; ſicut alibi ampliſſimæ ſylvæ* apris capreiſque *abundantem præbent. Aucupium vero eſt duplex, cujus tempora ſunt diverſa. Nam cum ad prima veris ſigna* Hirundines, *& ſimul cum ipſis* coturnices, *nunc dictæ à ſono vocis* Qualeæ, *tranſmiſſo mari infero in* Italiam *redeunt, omnia* Antiatum *quondam littorum ſupercilia paſſuum quinque millia* Neptunienſes *contiguis retibus complent, ſedenſque unuſquiſque in fundi proprii & magno pretio comparati loco, ad particulum retium propriam, venientes noctu* coturnices *fiſtula illectat, & quum turmatim illæ retibus intricentur, ſi aliqua de longiſſimo volatu feſſa extra rete in ſabulum ceciderit, eam auceps manu percipit: fuiſſeque audivimus intra menſem unum, quo id continuatur aucupium, dies aliquot, in quorum ſingulis centies hujuſmodi avicularum millia ſint capta. De ipſis vero* coturnicibus *ſic habet* Plinius; Coturnices *ante ſemper veniunt quam* grues, *parva avis: & cum ad nos pervenit terreſtris potius quam ſublimis, advolat non ſine periculo navigantium, cum appropinquavere terris: quippe velis ſæpe incidunt, & hoc ſemper noctu, merguntque navigia. Auſtro non volant, humido ſcilicet & graviore vento, aura tamen vehi volunt propter pondus corporeum, vireſque parvas. Et infra: in* Campania *primum veris principio multiplicare conſpiciuntur, priuſquam veniſſe ſciantur. Aliud item in* Antiate *agro eſt aucupium per autumnum.* Palumbæ, *cum mari tranſvolato* Italiam *relictæ ſunt, aliquamdiu in nemoribus* Antiatum *commorantur. Quare peritiſſimi* Neptunienſes *retia quam maxima in id aucupii, magno parata impendio ſuſpendunt. Exinde* Palumbas, *quaſcunque longo tractu viderint congregatas in arboribus conſidere, jactu lapidis & clamore territas in aëra volare compellunt: dumque aves in magnum coactas numerum advolando, tenſis retium inſidiis viderint* ſuper-

Capo d'Anzo.

Admirabile de Remora *navim ſiſtente.*

Coturnicum ingens captura. Piſcatio, Venatio, & Aucupium ad Neptunium.

Plinius *de* Coturnicibus.

Idem *de* Palumbis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

ſupereminere, contorta funda parvum lapidem, vel naturaliter album, vel gypſo delinitum, maximo emittunt crepitu: quo territæ bombo palumbæ, *ut* accipitres Chiluones *à* Plinio *appellatos, quibus nunc* falconibus *eſt nomen, quos in lapide bomboque fundæ timent, declinando ſerventur, terræ quam poſſunt volatu rapidius appropinquant, ſicque amentes in retia ſe præcipitant.*

M. T. Ciceronis *ad* Asturam *obtruncatio.*

Non procul hinc occurrit *Stura*, ſeu *Aſtura*, fluvius & caſtrum, terminus Regni *Volſcorum* & *Latinorum*, vel ex hoc capite memorabile, quod hoc loco, dum *M. Antonii* triumviri perſecutionem fugeret, *M. Tullius Cicero*, à *Popilio*, ingratiſſimo homine, quem à morte non ita pridem, quâ pollebat, perſuadendi vi, liberârat, capite truncatus vitam glorioſè tranſactam infelici mortis genere concluſerit. Hoc eodem loco contigiſſe fertur tragica iſta hiſtoria *Conradini* filii *Henrici*, & Nepotis *Friderici II* Imperatoris, qui tranſmutato habitu fugiens hîc interceptus à *arolo Andegavenſi*, Rege *Siciliæ*, *Neapoli* humanæ viciſſitudinis exemplum reliquit capite plexus.

Conradini Suevorum *Ducis Tragicus obitus.*

Mons Circeius.

Poſt *Antium*, teſte *Strabone*, 36 millibus paſſuum in littore maris progredientibus occurrit *Mons Circeius*, teſte *Theophraſto* 10 mill. paſſ. in circuitu, hodiè *Monte Circello*, olim teſte *Plinio* & *Homero*, inſula mari circumdata, hodiè aggeſtu limi arenarumque in peninſulam evaſit; & úti in eo *Circe* filia *Solis* dominata fuiſſe dicitur, ita innumeris fabularum figmentis à nullo non Poëtarum celebratus à Mythologis, primum meritò inter celebres & fabuloſos montes locum obtinuit: in cujus vertice tempore *Strabonis* adhuc oppidum videbatur, *Ptolomæo Circeium*, unà cum *delubro Circe* ſacro, & obſcuris *Minervæ Cavernis*, ubi & ab indigenis *ſcyphus* oſtendebatur, è quo *Vlyſſem* in dicto monte unà cum *Circe* aliquandiù commorantem bibiſſe ferebant. Et uti mons omnigenis herbarum ſpeciebus refertus eſt, inde & Poëtæ de ſuccis ex herbis *Circes* pharmaceutriæ, quibuſcum homines in bruta transformare ſolebat, ſcribendi ſumpſerunt occaſionem. De quo Ubertus in Dictamondo ſic canit:

Mythologia Circes.

Scyphus Ulyſſis

Vedi quel monte, dove ſi digiuna
Circe piu volte far li ſuoi incantamenti,
A lume del ſole è della Luna.

Tumulum quoque hic alicubi ad montis radicem videri ferunt *Elpenoris*, unius ex *Vlyſſes* ſociis, ibi ſepulti. Primus in *Circeium* colonias duxiſſe fertur *Tarquinius Superbus*, uti teſtatur *Dionyſius*, *Livius* & alii. In hujus oppidi, ſucceſſu temporis devaſtati, locum Turris à Romanis Pontificibus exſtructa fuit, ut tempore tyrannicæ perſecutionis haberent, quò tutò ſe reciperent, uti de *Gelaſio Papa II* refert *Blondus* anno 1120. Hodiè præter dictam ſpeculam ſive turrim nobilitatur quoque oppidulo, cui *Sanctæ Felicitatis* nomen eſt, vulgò *S. Felicità*; quod natalibus ſuis clarum reddidit *Cæleſtinus II Papa*, uti *Petrarcha* & *Platina* memorant. hinc non procul *Nympheus*, quem alii cum *Aſtura* confundunt, fluvius ſe exonerans mari miſcetur. Sed cum de *Volſcorum* regione, *Pometia Volſcorum* metropoli, de campis & paludibus Pometinis, cæteriſque memorabilibus in *quarto Libro* uberiùs acturi ſimus, eò Lectorem remittimus.

Elpenoris *in* Circeio *ſepulcrum.*

Turris in Circeio Pontificum refugium.

A *Circeio* tendentibus occurrit locus, hodiè *Ferona* dictus, olim *Feronia*, quam *Lacedæmones* colonias quæſituri tempore *Lycurgi*, & in mari naufragi, ad hoc littus appellentes, voti ſolvendi cauſa in *agro Pometino*, unà cum *delubro Deæ Feroniæ* ſacro condiderunt; cujus frequentem mentionem faciunt *Dionyſius*, & *Tacitus l.* 19. Huic vicinus erat vicus *Satura* nomine, una cum fonte Deæ *Feroniæ*, à ferendis fructibus ſic dictæ, ſacro: quæ loca poſteà *Annibalem* irrito belli eventu *Româ reducem*, *Feroniæ* fani gazâ ablatâ, ſpoliaſſe, *Livius l.* 26 refert.

Feronia, *una cum templo Deæ* Feroniæ *ſacro.*

Feroniæ *etymon.*

Feronia *ab* Hannibale *exſpoliata.*

Sequitur modò Urbs *Terracina*,

D *Volſcis*

Terracina, *olim* Anxur.

Volſcis Anxur, id eſt, ſine novacula, eò quod *Servio* teſte ibi quondam in veneratione fuerit *Iuppiter Anxurius* ſub forma pueri raſi & imberbis, hoc enim *Volſcorum* lingua *Anxur* ſignificat; olim in ſalebroſi montis vertice urbs ſita erat, & undique circundata mari, quæ tamen invecto paulatim limo areniſque, ſucceſſu temporis continenti accrevit. *Fabius Maximus* Dictator *Hannibalis* hac *Romàm* verſus cum exercitu valido moventis iter impediturus, *Minutium* ad *Angiportum* quibuſcunque poterat modis muniendum miſiſſe, ita *Livius lib.* 21 narrat. Hodiè ei nomen manet *Terracina*, quamvis non eodem loco, quo olim condita ſit, ſed aliquantùm vicinior mari: cui rupes præcelſa & formidabilis imminet; militum prætereà inſtructa cuſtodiis, hoſtibus omnem ex Campania aditum intercludit, vulgò dicta *la Rocca*. Non procul indè *fons* ſpectabatur *Charonius*, cujus virulento halitu & homines & bruta conficiebantur, qui tamen à poſteris obſtructus ſaxiſque oppletus deſævire ceſſavit. Omnia circumſita loca antiquis ædificiorum ruderibus plena ſunt, & inter cætera ibidem in monte vicino juxta *monaſterium S. Angeli*, nobile theatrum ſe ſpectandum præbet, cui vix par *in* Italia facilè reperias. *Theodoricus* Rex *Gothorum* maximè hujus loci & ſitu & amœnitate gaudere viſus eſt; undè præter inſtauratam urbem, paludum quoque Pomtinarum exſiccationem hîc orſus eſt, de quo ſuo loco pluribus. Inter cæteras hujus urbis memorias cum primis celebris eſt, Martyrium S S. Virginum & Martyrum *Flaviæ* & *Domitillæ*, quæ exules in *Inſula Pontia*, indè extractæ, *Terracinæ* vitam glorioſo martyrii triumpho conſummarunt. *Angiportum* deindè *Terracinenſem* tranſeuntibus occurrunt celeberrimæ *Amyclæ* urbs valida à *Laconibus* ſociis *Caſtoris* & *Pollucis* condita; de quibus id memorabile narratur, quod juxta præſcriptas à *Pythagora* leges quibuſcunque tandem animalibus mortem inferre nefas putarent; unde locus hic cum infinitis ſerpentibus ſcateret, nec eſſet, qui eos occideret, eorum morſibus omnes paulatim interierunt; & cum ſtupidi cerebri gens eſſet, paſſim jocis cæteriſque vexationibus à vicinis impetebantur, undè cum nonnemo lepidioris ingenii iis narraſſet, inimicos adeſſe jamjam eos adorturos; eo nuncio territi, cum omnis conſilii inopes, quid agerent, neſcirent; at contrà nullum hoſtis adventantis veſtigium compareret, tandem detecto fuco & deceptione cognitâ, ſtolido ſanè conſilio legem tulerunt, ne quis impoſterum ſimiles rerum eventus ex ſuis annunciaret, ad quam cum omni rigore ſervandam etiam jurejurando ſe obſtrinxerunt. Non latuit hoſtes ſtolidæ legis ſanctio; ab his enim invaſi, cum nemo eſſet, qui aut loqui, aut hoſtium adventum nunciare, aut ad pugnandum alios animare auderet, ad unum omnes civitate deſtructa occubuerunt, & ſic *Amyclæ* tacendo perierunt. Unde Satyricus Lucilius, *Mihi neceſſè eſt loqui*, *nam ſcio* Amyclas *tacendo periiſſe*. Sed ut ad iter noſtrum revertamur;

Angiportus Terracinenſis.

Fons Charonius *lethalis*.

Theodoricus *Rex hujus amœnitate loci gaudebat*.

Martyrium SS. Flaviæ *&* Domitillæ.

Amyclarum *deſcriptio*.

Fatuitas indigenarum.

Proverbium, Amyclæ *tacendo perierunt*.

Sequitur poſt *Amyclas* Turris *S. Anaſtaſii*, & deindè *Caſtrum ſpeluncæ*, vulgò *ſperlinga*, à vetuſtiſſimis ruderum concavitatibus, quæ ibi ſpectantur, ſic appellatum, à quo intermedio ſinu maris duodecim millibus paſſuum diſtat *Cajeta*, à *Cajeta Æneæ* nutrice à nonnullis ſic dicta, juxta illud Virgilii,

Tu quoque littoribus noſtris Æneia
nutrix
Æternam moriens famam Cajeta
dediſti.

Alii alia de etymo hujus urbis fabulantur, ejuſque mentionem faciunt *Homerus*, *Silius*, *Ptolomæus*, *Dionyſius*, aliique; portum habet nobilem & contra tempeſtates undequaque munitum, quem deinde *Antoninus Pius* ſuperbis injectis ſaxorum ædiumque molibus inſtauravit; hodiè magno adhuc nobilitatis

Turris S. Anaſtaſii. Caſtrum ſpeluncæ.

Cajeta.

Portus Cajetanus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

litatis titulo ſplendet, tantâque à natura amœnitate dotata, omnique deliciarum genere referta ſuperbit, ut nullis *Italiæ* urbibus cedat.

Arx Cajetana.

Arce gaudet, uti rupibus inacceſſa, ita quoque commeatu rerum neceſſariarum inſtructa, hoſtibus omnem ad eam expugnandam ſpem eripit, à *Ferdinando Arragoniæ* Rege poſt expulſos è *Regno Neapolitano Gallos* exſtructa;

Cajeta *patria* Gelaſii II & Thomæ de Vio Cajetani.

celebribus viris ſemper claruit, *Gelaſio II* Pont: Max: & *Thoma de Vio Cajetano*, Ord:.præd. Generali, qui & poſteà ob eximia ſua merita in Eccleſiam, à *Leone X* in purpuratorum Patrum ſenatum aſſumptus, eà doctrinæ præſtantiâ eluxit, quam in libris ejus cum admiratione legimus. Obiit hoc clarum Eccleſiæ lumen *Romæ* 9 Auguſti 1534, ſepultuſque, juxta teſtamenti à ſe relicti leges, ſine ullo Cardinalitio apparatu, extra *Eccleſiam B. Virginis* ſupra *Minervam*, in ipſo aditu ad Eccleſiam, hoc verborum tenore: T*homas de Vio Cajetanus Cardinalis S. Xiſti, Ord. Prædicat.* Quod Epitaphium in hunc uſque diem magno humilitatis relicto ſui ſimilibus exemplo perſeverat.

Mons ſciſſus Cajetæ *tempore mortis* Chriſti.

Unum quod *Cajetæ* non ſine admiratione me vidiſſe memini, eſt rupes illa ingens mari adjacens, in qua hiantibus labris fiſſura rupti montis indicium luculentum præbet; conſtanti traditione, tempore Dominicæ paſſionis rupem ſciſſam fuiſſe, & ſacellum ibidem piâ fidelium curâ ædificatum, variis adductis inſcriptionum teſtimoniis hoc ita eſſe, ſcitè ſanè confirmat.

Sepulchrum Borbonii *ducis* Cæſarei.

Monſtratur & ibidem monumentum *Borbonii* Ducis, qui *Romam* expugnans, globo tormenti bellici impetitus, cum occubuiſſet huc tranſlatus, ſepulchrum invenit poſteritati omnibus ſeculis memorandum. Atque uti hîc terminum veteris *Latii* ſtatuimus, ita ultrà progredi aſſumptæ materiæ argumentum prohibet. Quarè T*erracinam* revertamur, ut illinc *Viam Appiam* ſecuti, interiora *Latii* pleniùs inveſtigemus.

Fundi *deſcriptio.*

Poſt *Terracinam* itaq; paludoſus occurrit campus, quem tamen paucis ante annis magno *Campaniæ* emolumento exſiccatum intelligo; olim cultiſſimum fuiſſe, ingentia ruderum, Templorum, arcuum, periſtyliorumque cadaveroſa monumenta teſtantur. Hunc tractum ubi tranſieris, eccè *Fundi* mox occurrunt, decem millibus paſſuum *Terracinâ* diſſita urbs, omnium Hiſtoricorum monumentis celeberrima, cujus officium erat, inter cætera *Viam Appiam* & defendere, & ſartam tectam conſervare.

Via Appiæ *cura* Fundanis *incubuit.*

Memorat pariter *Livius* l. 8, de ſeditione contra *Romanos* facta à *Viturbio Baccho Fundano*: qui aſſociatis ſibi *Privernatibus*, vicina *Romanorum* municipia infeſtare non ceſſabat; undè opus fuit mandare cum exercitu *Lucium Papyrium* conſulem, à quo *Priverno* occupata, occiſoque *Viturbio*, *Fundos* ſub *Plancio* conſule moverunt; qui ruinæ impendentis metu perterriti obviam ivêre *Romanis*, ſeditioni Viturbinæ minimè ſe conſenſiſſe, multis rationibus demonſtrantes. Tandem fide laudata, in confœderatione cum *Romanis* conſtanter permanſerunt.

Fundana vina.

Fundana vina magno in pretio fuiſſe *Plinius l. 6, c.* 14, oſtendit; quæ tamen uti multo tempore conſervari non poterant, ità immediatè poſt defæcationem peractam, uti guſtui ſapidiora, bibi ſolebant, ut Martialis his verbis teſtatur:

Hæc Fundana tulit felix autumnus Opimi:
Expreſſit muſtum conſul, & ipſe bibit.

Hodiè partim aëris malignitate, partim aliis calamitatibus oppreſſa, quas variis temporum revolutionibus perpeſſa fuit, ferè deſerta jacet:

Urbs Fundana *à* Corradino Barbaroſſa *claſſis Turcicæ duce everſa.*

maximo tamen damno affecta fuit à *Corradino Barbaroſſa Solimani Turcarum* Imperatoris maritimæ claſſis capitaneo, anno 1534. civibus omnibus, qui in eadem tunc reperiebantur in captivitatem abductis: & parum abfuit, quin hoc repentino aſſultu pariter capta fuiſſet *Iulia Gonzaga*, uxor *Veſpaſiani*, filii *Proſperi Colonnæ*, cui *Ferdinandus* Rex *Arragoniæ* & *Neapolis Fundanam urbem* unà cum

locis appertinentibus, ob ſingularia merita Regno præſtita, donaverat; ſed illa tempeſtivè ſubducta per avia & invia fugiens ſpem hoſtium eluſit. *Turcæ* prædâ deſperatâ, furorem ſuum converterunt in *ſepulchrum* Proſperi & *M. Antonii* è Colonnenſium familia, Ducum celeberrimorum; unà cum templo, ubi oſſa eorum condebantur, ablata omni pretioſa ſuppellectile, urbeque vaſtata diſceſſerunt.

Patria S. Soteris Papæ.

Hanc urbem cum primis celebrem reddidit *S. Soter* Pont: Max: Porrò ex utroque latere *Fundanæ urbis* progreſſis verſus Phormias, à ſiniſtris *Phormianum Caſtrum*, *Galbæ* Imperatoris natalibus clarum; à dextris *Fundanus lacus*, nobiliſſimus piſcibus, tum vel maximè anguillis teſte *Plinio* celebris.

Lacus Fundanus.

Hinc quinque millibus ultrà priſcæ urbis *Mamurræ* veſtigia ſpectantur, cujus & *Horatius* & *Catullus* frequenter mentionem faciunt.

Mamurra oppidum vetus.

Sequuntur mox *Phormiæ* celeberrima urbs, ubi hodiè *Mola* caſtellum, à molendinis ſic dictum, conſpicitur ad intimam *Sinus Caietani* oram ſitum, piſcibus omnique rerum humano generi neceſſariarum abundantia refertum, paradiſus *Romanorum* ob delicias terra marique paſſim obvias, de quibus ſæpè, uti & de *phormiana villa* ſua, mentionem facit *Cicero in epiſt: fam:* ubi & mortem oppetiiſſe creditur, quamvis alii ad *Caſtrum Aſturæ* id accidiſſe velint, uti ſuprà diximus; urbs antiquiſſima à *Laconibus* condita, cujus portus fuiſſe dicitur idem, qui hodiè *Caietæ* viſitur, quinque millibus paſſuum *Phormiis* diſſitus, dicitur & antiqua *Leſtrigonum* ſedes; totumque agrum populatiſſimum fuiſſe ingens ubique obvia ruderum multitudo ſat oſtendit;

Phormiæ, *eo loco ubi hodie* Mola *pagus ſitus eſt ad mare.*

Villa Phormiana ciceronis, *ubi etiam obtruncatus fertur.*

Leſtrigonum *ſedes.*

laudatur & vinum Cæcubum, quod ex oppoſita ripa ſinus *Caietani* in montibus provenit. Hinc ad *Minturnas* 9 millia paſſuum computantur; olim celeberrima urbs, cujus medium *Liris*, qui hodiè *Garigliano* dicitur, tranſibat, cujus etiamnum ingentes viſuntur in ſiniſtra maximè ripa, reliquiæ, quatuor millibus paſſuum à mari remotæ, in quibus præcipua ſunt, *Aquæductus*, Amphitheatrum, tum murorum turriumque magna rudera, præalti quidam fornices, aliaque ſplendidorum ædificiorum fundamenta ſolidiſſima.

Vinum Cæcubum.

Minturnæ.

Fit quoque apud Geographos *Maricæ lacus* mentio, intra quem *C. Marius*, *Sullæ* arma fugiens ſeſe oretenus abſconderat, à *Minturnenſibus* tamen ereptus ac navi impoſitus in *Africam* profugit. Hiſtoriam fuſe proſequuntur *Plutarchus*, *Cicero*, *Velleius*, *Seneca*, cæterique, quos conſule.

Maricæ lacus.

Non procul hinc ad novem millia paſſuum *Sinueſſa Auruncorum*, quæ hodie *Seſſa* dicitur, occurrit in monte ſita. Atque hic fuit *Latii* illius tempore Regum *Romanorum* ad *Lirim* uſque terminus, quod ſuprà ab *Aniene* ad *Lirim* uſque & *Sinueſſam* amplitudinis ſuæ terminos habuiſſe *Plinius* refert, & continebat ſub ſe *Latinos Volſcos*, *Auruncos*, *Hernicos*, *Æquos*.

Sinueſſa Auruncorum.

LATII

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

LATII VETERIS LIBER SECUNDUS,

De particularium Locorum deſcriptione.

PRÆFATIO.

PRæmiſſa locorum Latii *latè ſumpti* mari Tyrrheno *adjacentium deſcriptione, jam particularem locorum magis celebrium, tum in meditullio, tum in terminis ejus ſitorum deſcriptionem auſpicabimur. Et quamvis priſci* Latii *ambitus ab* Ænea, Albanorumque *Regum imperio, ad Regum* Romanorum *tempus uſque, oppidò ſtrictis anguſtiſque limitibus concluſum fuerit: (nam totum illud terrarum ſpatium, quod à ſeptentrione* montibus Præneſtinis, *ab occaſu* Aniene, *à meridie* Tiberi *&* mari Tyrrheno, *à* littore Aboriginum, Laurento, Lavinio *ad* Lanuvium *uſque* Nemuſque, *& hinc ab ortu* Albanis Tuſculaniſque montibus *comprehenſum, priſci* Latii, *uti diximus, amplitudo fuit) quia tamen à* Romulo *ad Rempublicam uſque ſemper novarum coloniarum ex finitimis* Latii *populis* Romanis *acceſſio facta eſt, adeò ut* Latii *nomen primò uſque ad* Montes Circeios, *deindè ulterius* Anxur, Formias, *& denique ad* Lirim *uſque protenſum, non* Latinorum *ſolummodò Agrum, ſed &* Sabinorum, Rutulorum, *ſed &* Volſcorum, Auruncorum, Hernicorum, Æquiculorumque *provincias circumquaque comprehenderit. Ideò hoc Libro amplioris* Latii *argumentum nobis propoſitum erit, in quo, quidquid conſideratione atque admiratione dignum, ſive abſtruſas antiquitatum naturaliumque rerum notitias, ſivè egregia & memorabilia hominum geſta ſpectes, ordine, ſuo quæque loco enodabuntur, modo nobis in Itineribus deſcribendis ſolito.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

PARS I,
AGER LATINUS
proprie dictus.

CAPUT I,
De Locis memorabilibus Albanum *inter &* Romam *in* via Appia *occurrentibus*.

VIarum omnium, quas Romana potentia in omnes Mundi partes extenſas ſilicibus ſtravit, illa cum primis omnium Authorum monimentis celeberrima eſt, quam

Via Appia.

Viam Appiam vocant; quam *Appius* conſul *Brunduſium* uſque ſilicibus ingentibus ſtratam, metiſque milliariis inſtructam continuato opere olim condiderat; ad quam ferè omnia *Latii* montani loca adeuntur. Per hanc ab urbe diſcedentibus primò occurrit à dextra, *Caracallæ* Cæſaris *Hippodromus*, circorum omnium integerrimus, & obeliſco olim ſpectabilis, qui deinde ab *Innocentio X*, Pont: Max: in Agonali foro ad urbis ornamentum erectus fuit anno 1650. E læva parte fons eſt, quem multi *Egeriæ* Nymphæ uxoris *Numæ Fontem* volunt eſſe, hodie *Gafarelli* vulgò vocatur; de quo & in ſequentibus; ad quem *Carolus V* Cæſar, antequam à Tunetana victoria *Romam* ingrederetur, prandium ſumpſiſſe fertur. Procedentibus deinde à dextris complura rudera occurrunt prætorianorum caſtrorum veſtigia, & *Ceciliæ Metelli* filii monumenta, vulgò *Capo di Bove*; è ſiniſtris campus ſpectatur ruderibus innumeris ſpectabilis, *Horatiorum Curiatiorumque* pugnâ memorabilis: de quo Livius l. 1. *Fortè evenit, ut* Agreſtes Romani *ex* Albano agro, Albani *ex* Romano *prædas invicem agerent. Imperitabat tunc* C. Cluilius Albæ. *Vtrimque legati ferè ſub idem tempus ad res expetendas miſſi.* Tullus *præceperat ſuis, ne quid prius quàm mandata agerent. ſatis ſciebat, negaturum* Cluilium, *ità piè bellum indici poſſe. Caſtra ab urbe haud plus quinque millia paſſuum locant, foſſâ circundant:* Foſſa Cluilia *à nomine Ducis per aliquot ſecula appellata eſt, donec cum re nomen quoque temporum vetuſtas abolevit. In his caſtris* Cluilius Albanus *rex moritur. Dictatorem* Albani Metium Suffetium *creant. Interim* Tullus *ferox præcipuè morte Regis, noctu præteritis Caſtris infeſto exercitu in* agrum Albanum *pergit. Ea res ab ſtativis excivit* Suffetium; *is ducit quàm proximè ad hoſtem poteſt. Convenit hinc inter utrumque de tergeminorum utrimque, à* Romanorum *parte* Horatiorum, Albanorum *verò* Curiatiorum *pugnâ, quæ inter bina caſtra conſerta, ubi omnes* Curiatii, Horatiorum *verò duo fratres ceciderunt. Ad ſepulturam indè ſuorum nequaquam paribus animis vertuntur; quippè imperio alteri aucti, alteri ditionis alienæ facti. Sepulchra extant, quo quiſque loco concidit; duo* Romana *uno loco propius* Albam, *tria* Albana, Romam *verſus, ſed diſtantia locis, ubi & pugnatum eſt.* Hæc Livius. *Monumentum* ergò illud ultra *Albanum* oppidum, quod & hodiè conicis pyramidibus inſigne inter *Albanum* & *Ariciam* ſpectatur, juxta *Livium* neque *Curiatiorum*, neque *Horatiorum* eſſe poteſt: primò, quia duobus *Horatiis*, quamvis uno loco, tamen duo diverſa, & inter ſe diſcreta poſita fuere: tribus verò *Curiatiis* ſingula ſingulis erecta, diſtantia locis, ubi pugnatum eſt, tum utraque inter *Romam* & *Albanum* fuêre, quum tamen illud apud *Albanum* oppidum ſitum putatur; niſi forſan dicere velimus, poſteros *Albanos* ad famam *Curiatiorum* fratrum apud poſteritatem ob inſignem animi forti-

Marginal notes: Via Appia. — Hippodromus Caracallæ. — Egeriæ fons. — Horatiorum Curiatiorumque *pugna*. — Foſſa Cluilia. — Monumentum Horatiorum *ubi ſitum ſit*.

fortitudinem, quam contra *Romanos* geſſerunt, concitandam, novo illo & inſolito ſepulchri genere in hunc uſque diem ſuperſtite, condecorare voluiſſe. Sed de hoc unicuique ſuum judicium relinquimus. *Cluilia foſſa*, quam *Livius* ſuprà abolitam fuiſſe aſſerit, *Dionyſius Halicarnaſſeus* ſuo tempore adhuc ſuperſtitem authoris nomen ſervaſſe narrat; putant rerum antiquarum periti, eam in *Via Appia* illo in loco fuiſſe, qui hodiè vocatur *Caſal ritondo*.

Foſſa Cluilia *ubi ſita*.

Aquiductus.

Porrò poſt *foſſam Cluiliam* tranſeuntur *Aquiductus*, qui primò ex *Lacu Lucrino*, aut, ut alii, *Cæruleo fonte* variis gyrorum ambagibus *Romam* ab *Appio Claudio Craſſo* deducti fuerunt. Is enim Cenſor *Frontino* teſte, anno ab urbe condita 441, poſt initium belli *Samnitum* anno 30, Coſſ. *M. Valerio Maximo* & *P. Lucio Murena*, hanc aquam in urbem deduxit, cujus venas primus detexiſſe fertur *C. Plancius Appii Claudii* collega. Hos poſteà *Claudius* Cæſar in ampliorem formam deductos auxit *Anienis fontis* aquâ, â quo & in hunc uſque diem aquæ *Claudiæ* vocantur, quos poſteà ruptos *Veſpaſianus*, & *Antoninus Pius* reſarciendos curavit: ita Inſcriptio docet ad Portam Exquilinam:

Aquæ Claudiæ.

TIB. CLAUDIUS. DRUSI. F. CÆSAR. AUGUSTUS.
GERMANICUS. PONTIF. MAXIM.
TRIBUNICIA. POTESTATE. III. COS. V. IMPERATOR. XXVII. PATER. PATRIÆ.
AQUAS. CLAUDIAS. EX. FONTIBUS. QUI. VOCABANTVR. COERVLEVS. ET. CVRTIVS. A. MILLIARIO. XXXI.
ITEM. ANIENEM. NOVAM. A. MILLIARIO. LXII.
SUA. IMPENSA. IN. URBEM. PERDUCENDAS. CVRAVIT.

Et alia dicta confirmat Inſcriptio:

IMP. CÆSAR. VESPASIANVS. AVGVSTVS. PONTIF. MAX. TRIB. POTEST. II. IMP. VI. COS. III. D.

Aquas Curtiam & *Cæruleam* perductas à Divo *Claudio*, & poſteà intermiſſas dilapſaſque per annos novem ſuâ impenſâ Urbi reſtituit; ſuntque majores illi Aquiductus, qui tum per *Tuſculanam*, tum per *Appiam viam* ad montana tendentibus occurrunt, uti & hoc loco. Sed de ſingulis in particulari. Vide *Frontinum in aureo lib. de Aquiductibus*.

Bovilla

Clodius *ubinam interfectus* à Milone.

Ultrà progredientibus & *Albano* approximantibus occurrunt à læva, rudera *Bovillæ* oppidi, quod *Villa boum* dicebatur, deindè *Villa Clodii*, & in medio *fani bonæ Deæ*, ubi in hoſpitio quodam à *Milone Clodius* interfectus fuit: à dextra varii tumuli & monumenta conſpiciuntur; quorum tamen fuerint, nè ſciremus, temporis edacitas nobis invidit; exceptis quinque pyramidibus in formam conorum aſſurgentibus, quarum duæ adhuc ferè integræ, reliquis corruptis, conſpiciuntur in via inter *Albanum* & *Ariciam*, & communi fama dicuntur *ſepulchra Curiatiorum*, de quibus jam in præcedentibus noſtram ſententiam expoſuimus. Sed jam locorum ſingulorum hujus montani *Latii* deſcriptionem ordiamur.

Antiquitatis monumenta.

In toto hoc ante *Albani* introitum ſpatio tanta monumentorum varietas occurrit, ut totum hunc tractum ſumtuoſiſſimis ædificiis, ſuperbis Mauſolæis, Amphitheatris, Circis, villiſque delicioſiſſimis cultum fuiſſe, ſepulchra magnificentiæ veteris ſigna abundè demonſtrant. Eſt inter cætera, moles ſaxea ad portam *Albanenſium* in eximiam altitudinem exſurgens, quam

Sepulcrum Aſcanii Albæ *conditoris*

Albanenſes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Albanenſes ex traditione certò ſibi perſuaſum habent, *ſepulchrum* fuiſſe *Aſcanii*, primi *Albæ* regis & conditoris. Sed hiſce paucis enucleatis jam ad *Albæ Longæ* deſcriptionem nos accingamus.

CAPVT II,

De Origine, Antiquitate, & Situ Albæ Longæ.

Aſcanius Albæ Longæ *conditor aſſeritur contra* Cluverium.

OMnium Hiſtoricorum conſenſu *Aſcanius Æneæ* ex *Creuſa* filius, cognomine *Iulus*, *Albæ Longæ* conditor decernitur, contra *Cluverium*, qui uti hiſtoriam de *Ænea*, Regibuſque Albanis, puram putam fabulam eſſe putat, ita *Albæ Longæ* multò quoque alium conditorem, quàm *Aſcanium* fuiſſe ſentit, longis ſcilicet ante *Aſcanium* temporibus à *Pelaſgis* aut *Evandro* conditam. Verùm cum is quàm dubiis incertiſque fundamentis in adducendis rationibus nititur, tam certis nos omnium *ſcriptorum Romanorum* authoritate fulti, id aſſerimus, quod huc uſque in dubium revocatum nemini fuit. *Albam* ita *Longam* ab *Aſcanio* conditam omnes exiſtimant. Tibull.

Ante oculos Laurens *Caſtrum*, *muruſque* Lavini *eſt*:
Albaque *ab* Aſcanio *condita* Longa *fuit*.

Cui ſubſcribit Solinus c. 8. *Conſtituta ab* Aſcanio Alba longa. Livius l. 1. Aſcanius *abundante* Lavinii *multitudine, florentem jam, ut tunc res erant, atque opulentam urbem, matri ſeu novercæ reliquit, novam ipſe aliam ſub* Albano monte *condidit, quæ à ſitu porrectæ in dorſo montis urbis* Longa Alba *appellata.* quibus conſentiunt *Dionyſius*, *Strabo*, *Plinius*, *Aurelius Victor*. Cujus condendæ occaſio ſic ſe habet: Aſcanius *completis in* Lavinio *triginta annis*, *recordatus novæ urbis condendæ tempus adveniſſe*, verba ſunt Aurelii Victoris, *ex numero porcorum, quos pepererat ſus alba, circumſpectis diligenter finitimis regionibus, ſpeculatus montem editum, qui nunc ab ea urbe, quæ in eo condita eſt*, Albanus *dicitur*, *civitatem communiit*, *eamque ex forma*, *quod ita in longum porrecta eſt*, Longam, *ex colore ſuis*, Albam *cognominavit*. Vndè Virgilius:

Origo Albæ longæ, *& etymon.*

Littoreis ingens inventa ſub ilicibus ſus
Triginta capitum fœtus enixa jacebat
Alba, *ſolo recubans*, *albi circa ubera nati.*
Hic locus Vrbis erit, *requies ea certa laborum*,
Ex quo ter denis Vrbem redeuntibus annis
Aſcanius *clari condet cognominis* Albam.

De conditore itaque hujus Vrbis *Aſcanio* nulli amplius dubium eſſe debet, niſi quis totam *Romanorum* hiſtoriam invertere attentet, quod in ſenſati & judicio pollentis Hiſtorici mentem cadere non poſſe, certè mihi perſuadeo. Hoc itaque poſito, jam de ſitu & loco fundatæ urbis agendum eſt, ut quiſnam ejus genuinus ſitus fuerit, luculenter pateat.

De Situ & Loco *Albæ Longæ*.

Plures in eo errore hucuſque perſtiterunt, putantes, *Albam Longam* ab *Aſcanio* eo in loco conditam fuiſſe, ubi in hodiernum uſque diem perſiſtit, & *Albanum* dicitur: imò ipſi incolæ *Albanenſes* ita ſemper hanc ſibi veritatem perſuaſam habuerunt, ut ſupra oppidi portam lapidem poſuerint, hujus rei teſtem, ſcropham videlicet triginta porcellis circumdatam, veluti primi ejus hoc loco ſitus & originis irrefragabile ſymbolum. Veruntamen qui *Dionyſii*, cæterorumque Scriptorum, hujus urbis topographiam exactius examinarit, is longè alium ei ſitum attribuere, ipſa verborum claritate convictus

Albanum *diſſidet ab* Albalonga.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

ctus cogetur. Verùm ut genuinum hujus tam omnibus ſeculis celebris urbis locum, omni qua fieri poteſt diligentia, quàm penitiſſimè examinarem, *Agrum Albanum* adii, ſingula loca inſpexi, ſingula quoque cum Authorum ſcriptis ritè combinando, tandem verum & genuinum locum detexi, quem jam minutim deſcribam. Primò ſiquidem *Montem Albanum*, in cujus dorſo *Albam Longam* conditam ſcribunt, 20 mill: paſſ: à *Roma* diſtitiſſe. Ita Strabo l. 9: Ἀσκάνιον Ἄλβαν κτίσαι ἐν τῷ Ἀλβανῷ Ὄρει, διέχοντι τῆς Ῥώμης τοσοῦτον, ὅσον καὶ ἡ Ἀρδέα. Aſcanium Albam *condidiſſe in* monte Albano, *qui tanto à* Roma, *quantò* Ardea *diſtat intervallo.* Cum itaque *Albanum* hodiè, uti & olim, non niſi 16 mill. paſſ: diſtet, certe *Albam Longam* in *Albano* minimè conditam fuiſſe, luculenter patet. examinemus verba Dionyſii, ſitum *Albæ Longæ* ità graphicè exprimentis, ut de eo impoſterum nulli dubium eſſe queat: Ἡνίκα δὲ ᾠκίζετο, πρὸς ὄρει καὶ λίμνῃ κατεσκευάσθη, καὶ μέσον ἀπέχουσα ἀμφοῖν. καὶ ἦν ὥσπερ τείχη τῆς πόλεως ταῦτα δυσάλωτον αὐτὴν ποιοῦντα. τότε γὰρ ὄρος ἐν τοῖς πάνυ ὀχυρὸν δή καὶ ὑψηλόν ἐστιν, ἥτε λίμνη βαθεῖα καὶ μεγάλη. καὶ αὐτὴν διὰ κλεισιάδων ἀνοιγομένων ὑποδέχεται τὸ πεδίον ταμιευομένην, ὁπόσα βούλονται. *Olim*, inquit, *cum ædificaretur apud montem & lacum exſtructa, ita ut medium inter utrumque occuparet ſpatium, ac veluti muri inter urbem tuebantur, nè facilè caperetur. Nam & mons admodum altus eſt, & naturâ munitus. Lacus quoque profundus & magnus, ex quo reductis clauſtris in ſubjectos campos aqua diſpenſatur, quantam ejus incolæ volunt.* Ita *Dionyſius.* Cum itaque etiamnum & mons & lacus ſuperſint, de ſitu urbis *Albæ* veteris vero nemo dubitare poteſt. Sed diſcutiamus ſingula verba *Dionyſii*: primò enim dicit, *Albam* apud montem & lacum exſtructam fuiſſe, quæ non ita intelligenda ſunt, quaſi è latere meridionali aut boreali condita ſit, ſed inter ipſum montem & lacum, *ita ut medium*, verba ſunt *Dionyſii*, *inter utrumque ſpacium obtineret*: & ut ſitum amplius & exactius determinet, addit, ita inter montem & lacum fuiſſe ædificatam, cui ex una parte mons omninò altus edituſque, ex altera parte lacus profundus & magnus murorum inſtar, vel ab ipſa natura probè munitorum forent: atque hoc pacto ab omni inſultantium hoſtiũ acceſſu, tutrice natura facilè defenderetur. Hæc ſanè deſcriptio in *Albanum* cadere minimè poteſt, cum & Lacus & mons ab eodẽ remotiores ſint, quàm ut *Dionyſii* verbis accommodari poſſint.

Verus Albæ Longæ ſitus detegitur ex Hiſtoriis.

Dionyſii teſtimonium graphicum de Alba Longa.

Dico itaque ſitum *Albæ Longæ* genuinum fuiſſe inter montem illum, quem vulgò *monte Cavo* vocant, & Lacum, hodie *Lago di Caſtro Gandolfo* vocitatum, eo in loco, quo hodie *Patrum S. Franciſci de Obſervantia Monaſterium* viſitur, quod villæ, quam vulgò *Palazzuolo* vocant, adjacet: hoc enim loco *mons Albanus*, id eſt, *Cavus*, editiſſimus ſane & perarduus aſcenſu ſaxea ſua mole uſque ad lacus dorſum, ſpacium fere planum, dimidii circiter milliaris Italici ſpacium in latitudine efficit; atque in hoc ſpatio, quod & montis & lacus dorſum eſt, *Albam* conditam fuiſſe, irrefragabili argumento ex *Dionyſio* colligitur.

Albæ Longæ *ſitus genuinus.*

Albam verò *Longam* dictam fuiſſe, eò quod ſupra dorſum montis, ipſumque lacus marginem, in circuitu à dicto *Palatiolo* uſque ad *caſtrum Gandolfinum*, continuata ædium ſerie diſpoſita fuerit, & dictus *Dionyſius*, & totus ille tractus, innumeris fanis ſemirutis, ædiumque parietinis tum primum teſtatus eſt, quandò *Alexander VII* Pont. Max. præteritis annis intra montis concham à *Caſtro Gandolfino* ad *Palatiolum* uſque viam ambulationi percommodam, nec non ſummæ amœnitatis, complanatis ſcopuloſis tractibus, remotiſque ruderibus virgultiſque aperuit; in qua

Alba *cur* Longa *cognominata.*

Via ab Alexandro VII *Pont: facta.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

etiamnum pavimenta lapidibus muſivo, ſeu teſſellato, opere inſertis eximiè exornata, vetuſtæ magnificentiæ luculentum ſymbolum, ſpectantur: ita ut non lacus tantùm quoad ſuperiorem marginis oram cultus, ſed & declivè profundi crateris ad lacus uſque ripam, fanorum ſtructuris, cæteriſque ædium fabricis, uti capitella, periſtylia, trabes, columnarum arcuumque paſſim obvia fragmenta teſtantur, quàm excultiſſimum fuiſſe cenſeri debeat.

Rudera Antiquitatis.

Albæ Longæ *ſitus Geometricis rationibus manifeſtatur.*

Et ut res tota luculentiùs pateret, totum ſpacium à radice *montis Albani* eo in loco, ubi in dorſi planitiem extenditur, uſque ad marginem lacus, ad quem *Monaſterium Patrum S. Franciſci*, & *Palatiolum* Colonnenſium Principum ſitum eſt, ſumma cura dimenſum, 400 paſſuum communium, quorum unus 2 pedes facit, id eſt 800 pedum, ſeu 1200 pal. inveni, intra quod ſpacium, quoad latitudinem, *Albæ Longæ* fuiſſe ſitum, ex verbis *Dionyſii* conjicio. Deindè lacus quoque profunditatem eodem in loco dimenſus, declivem ejus deſcenſum uſque ad littus aquæ ſecundum rectam lineam 460 paſſus, id eſt 920 ped. inveni; ex quibus deindè juxta trigonometricas leges profunditatem crateris perpendicularem 237 palmorum, baſis verò, à lacu uſque ad normalem lineam, 105 palmorum latitudinem comperi. Sed ut ad inſtituti noſtri tramitem revertamur, dico *Albam Longam* totum illud ſpatium, quod eſt inter dictum *Monaſterium Patrum S. Franciſci* uſque ad *cœnobium Patrum Cappuccinorum*, & ultra in margine crateris lacûs, ſi ruderibus, quæ paſſim ibi à fodientibus reperiuntur, credendum eſt, occupaſſe. Dum hiſce indagandis deſtinarer, dicti Patres Ord. S. Franciſci me introduxerunt in Cryptam quandam ſubterraneam alto fornice conſtructam, in qua ex præduro lapide ingentis molis monumentum oſtenderunt, quod Antiquariæ rei periti ſepulchrum *Anci Martii* IV *Romanorum* Regis credebant fuiſſe; ego

Sepulcrum Tulli Hoſtilii, *quod alii putant* Anci Marci.

verò veriſimilius ipſius *Tulli Hoſtilii* fuiſſe, ex Authoribus colligo. Nam ut *Dionyſius* ait, *Tullus* avitum *M. Horatium*, qui unus è tergeminis ſupererat, cum equitatu peditumque lectiſſimis, mittit *Albam*, juſſum quamprimum ut amicus receptus eſſet, intra mœnia, civibus in poteſtatem redactis, urbem funditùs evertere, nec ulli vel privato vel publico ædificio parcere, fanis exceptis: quem ſæpius, tum ut *Albæ* à ſe deſtructæ veſtigia contemplaretur, tum ut venationibus corpus exerceret, eò ſe contuliſſe, non infimæ notæ Authores aſſerunt, ubi & morbo infeſtatum fatis ceſſiſſe, ajunt, ibidemque reconditum; & colligunt ex iis *Dionyſii* verbis: *Fanis exceptis*: in quorum unum poſtmodum conditus fuerit; perpetuâ ſui apud poſteros, qui ea viſitaturi erant, relictâ memoriâ. Atque hæc fuit celeberrima illa *Alba Longa*, tot ſcriptorum celebrata monumentis, ab *Aſcanio*, ex *Ænea Anchiſæ* filio & *Creuſa Priami* filia prognato, teſte *Dionyſio* condita, *Romani* imperii origo, cum per 500 poſt ædificationem annos, tredecim exceptis, ſtetiſſet, eoque temporis ſpatio populi frequentiâ opibuſque, & cætera felicitate plurimum aucta fuiſſet, triginta oppidorum *Latinorum* mater, & gentis toto eo tempore princeps, à noviſſima ſua colonia ſolo æquata, hodiè quoque deſerta manet. Cui ſubſcribit Livius. *Egreſſis autem Vrbem* Albanis, Romanus *paſſim publica privataque ædificia adæquat ſolo, unaque hora quadringentorum annorum opus, quibus* Alba *ſteterat, excidio & ruinis dedit. templis tamen* Deûm, *ita enim edictum fuerat à Rege, temperatum eſt*: ita *Livius*. Vbi *Dionyſius* quoad tempus, quo ſtetit Alba, à *Livii* traditione differt; ille enim 500 annis, demptis tredecim ſtetiſſe ait; hic quadringentos tantùm. Sed cum *Livius* tantum abſolutè centenarios annorum cæteris omiſſis poſuerit, *Dionyſius* verò quingentos poſuerit, tredecim exemptis, quæ faciunt 487 annos,

Alba 30 *oppidorum mater*, Romani *imperii origo.*

Albæ *deſtructio.*

Concordia annorum fundationis Albæ, *quis* Livius *&* Dionyſius *differunt.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

annos, facilè hoc pacto concordari poterunt. Sed hæc de *Albæ* ſitu ſufficiunt; jam ad *Albani montis* ſitum ſcrutandum progrediamur.

CAPUT III,

De Monte Albano, *ejus ſitu, natura, proprietate.*

De Montis Albani *ſitu controverſiæ.*

Situs *montis Albani* non minus, quàm *Albæ* in eo conditæ apud nonnullos controverſus fuit. Quidam *montem Albanum* pro *Algido* ſumpſerunt, qui quantum hallucinati ſint, in ſequentibus docebitur. Alii montem hunc poſuerunt eo in loco, ubi modò *Monaſterium Cappuccinorum* exſtat; ſed cum is non mons, ſed clivus ſeu colliculus ſit, *mons* autem *Albanus*, prǽterquam quod præcelſus, ſalebroſus & difficilis quoque aſcenſu ſit, ſtatim vel ipſis *Dionyſii* verbis refelluntur. Dico itaque *montem Albanum*, alium non eſſe, quàm, quem hodiè *monte Cavo* vocant; quod ſi *Dionyſii* deſcriptionem attentè legamus, adeò verum eſt, ut inſenſatæ mentis eſſe videatur, qui ei contradicere audeat. Dicitur & Livio, *Iugum Albæ Longæ*, eo quod ſub ipſo condita ſit *Alba*, uti Chorographia docet. Præcelſum & ſublimi vertice per totum *Latium* ſpectabilem fuiſſe, jam ante ex *Dionyſio* patuit; quod verò *Poëtæ* eum nunc tumulum, nunc collem vocent, id metri cauſſâ factum eſſe puto: cum revera, uti ex dimenſione ejus paulò poſt patebit, editiſſimus ſit, & maximis *Latii* montibus non immeritò annumerandus. Nam in eum & *Romanos* ruſticandi cauſa progreſſos, & tum maris tum terrarum longepatentium proſpectu delectatos fuiſſe, Martialis hiſce ſignificat:

Situs *montis Albani.*

> *Hoc tibi*, Palladiæ *ſeu collibus uteris Albæ*,
> Cæſar, *& hinc* Triviam, *proſpicis*, *inde* Thetin.

Et Statius l. 4:

> Dardaniæ *quamvis ſub collibus* Albæ
> *Rus proprium*, *magnique Ducis mihi munere currens*
> *Vnda, domi curas mulcere, æſtusque levare*
> *Sufficerent.*

Vocat & hunc *Livius*, aliique, *montem Iovis Latiarii*; in hoc ferias *Latinas*, de quibus poſteà, inſtitutas; in vertice templum fuiſſe percelebre, tum *Iovis*, tum *Iunonis Monetæ* Livius memorat: *In* Albano, inquit, monte *tacta de cœlo erant ſignum* Iovis, *arborque templo propinqua.* Et l. 42: *In conſulatu* Poſthumii Albani *&* M. Popilii Lænatis, *anno urbis conditæ*, 578 ſcribit, *eo anno* C. Cicerejum *Prætorem in* Corſica *ſignis collatis pugnaſſe*, *ſeptem millibus* Corſorum *cæſis*, *captis* 1700, *è victoriâ peractâ voviſſe*, *in* Albano monte *ædem* Junoni Monetæ, *quam quinquennio poſt*, *ſub conſulatu* Q. Ælii Pæti, *&* M. Junii Pennii, *voto perſoluto exſtruxit.* Cujus & mentionem fecit Dionyſius. *In* Albano monte Iunonis *exigua ædes ſupra menſam quandam dedicata, quæ dum Orientem ſolem ſpectaret, ad ſeptentrionem converſa eſt*; prodigium ſanè ſat celebre: uti & illud, quod *Livius* narrat, *viſos ſibi nonnullos audire vocem ingentem ex ſummi cacuminis* Albani montis *luco*, *quo præcipiebatur*, *ut patrio ritu ſacra* Albani *facerent.* *Poſt* Albam *quoque à* Tullio *dirutam*, Sabinoſque *devictos*, *in* Albano monte *lapidibus pluiſſe*, Livius l. 1. *aſſerit.* Quantæ verò religionis fuerit hic mons, & nemora circumſita, Cicero in oratione pro Milone, ubi de *Clodii* occiſione agit, ſat monſtrat. *Non*, inquit, *eſt humano conſilio*, *ne mediocri quidem*, *Iudices*; *Deorum immortalium curâ res illa perfecta. Religiones me hercule ipſæ*, *quæ illam Belluam cadere viderunt*, *commoviſſe ſe videntur*, *& jus in illo ſuum retinuiſſe. Vos enim* Albani *tumuli atque luci*, *vos*, *inquam*, *imploro atque obteſtor*, *voſque* Albanorum *obrutæ aræ*, *ſacrorum*

Mons Jovis Latialis.

Origo Templi Junonis Monetæ.

Prodigium *ſimulacri* Junonis Monetæ.

Prodigia, *quæ contigerunt in* monte Albano.

Mons Albanus *ſummæ fuit* Religionis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Populi Romani *ſociæ* & *æquales, quas il-le præceps amentia*, *cæſis proſtratiſque ſanctiſſimis lucis*, *ſubſtructionum inſanis molibus oppreſſerat; veſtræ tum aræ, veſtræ religiones viguerunt, veſtra vis valuit, quam ipſe omni ſcelere polluerat. Tuque ex edito* Monte *Sancte* Latialis Iuppiter, *cujus ille lacus, nemora, fineſque ſæpè omni nefario ſtupro & ſcelere maculârat, aliquandò ad eum puniendum oculos aperuiſti.* &c. Ubi apertè monſtrat, locum aris, fanis, lucis, delubris Deorum refertum fuiſſe, quorum rudera etiamnum in ipſo verticè montis ſæpius me ſpectaſſe memini: maximè verò *Dianæ Templum* ibidem fuiſſe celebre, cum de *Nemore Aricino* agemus, declarabitur.

Authorum de Albæ ſitu ſententiæ conciliantur.

Ex quibus patet, quomodò Authores conciliandi ſint, quorum aliqui *Albam Longam* infra montem, alii in monte fundatam fuiſſe dicunt. Infra montem enim ſitam fuiſſe dicunt, in quantum infra jugum altioris montis fundata fuit; in monte verò poſitam fuiſſe, rectè quoque dicunt, cum lacus crater, ſeu dorſum verè & propriè, circa quem *Alba Longa* diſpoſita fuit, mons ſit, cujus radices vel uſque ad ipſam *Albani Campi* planitiem ſeſe extendant. Sed jam nonnihil de feriis *Latinis* in hoc monte inſtitutis agamus, nè tam celebria feſta præterijſſe videamur.

Feriæ Latinæ, earumque origo.

Montem Albanum maximè *Feriæ Latinæ* apud poſteros celebrem fecerunt, quæ poſt *Albam* dirutam à totius Latii populis in eo celebrari ſolebant. Ita Stephani Epitomator: λέγεται καὶ Ἀλβανὸς ἐν Ἰταλίᾳ τόπος, ἐν ᾧ ἱεροποιΐαι ἐγίνοντο. *Dicitur* & Albanus *in* Italia *locus, in quo ſacrificia fiebant*. ubi haud dubiè in textu mendum intervenit, dum loco ὄρος, τόπος, pro monte locum poſuerunt: atq; ita vertam, *eſt* & Albanus *in* Italia *mons*. Et Strabo; *In* Albano monte *totius Imperii coacto concilio*, Romanos *cum* Latinis Iovi *ſacrificaſſe* ſcribit. Sed præ omnibus aliis graphicè ſanè Latiaria iſta feſta (ita enim *Ferias Latinas* nominabant à *Iove Latiari*, cui conſecrabantur) deſcribit *Dionyſius*.

Origo feriarum Latinarum.

Origo eorum ita ſeſe habet: *Tarquinius Superbus* harum inſtitutor, *Latinæ gentis* imperio potitus, cum refractarios *Volſcos*, *Hernicos*, *Sabinos*, *Æquos*, cæteroſque, in politicam *Latinorum* unionem cogere non poſſet, non alio, niſi politica quadam aſtutia & calliditate uſus, id, quod jam dudum unicè deſiderabatur, tandem confecit. Legatos itaque miſit ad *Volſcos* & *Hernicos*, eorum quoque amicitiam & ſocietatem expetens: *Volſcorum* duæ tantum gentes conſenſerunt, *Echetrani* & *Antiates*; *Hernicis* poſt longas preces univerſis ſocietatem decernentibus. Ut autem perpetua fœderis pactione firmius ſtabilirentur, ſolitâ aſtutiâ uſus hunc modum invenit: commune templum *Romanorum Latinorumque*, *Hernicorum* quoque & *Volſcorum*, qui ſociorum confœderatorum numerò adſcripti eſſent, deſignavit, ut quotannis ibi ſolemnem cœtum agitantes epularentur unà, & communia ſacra participarent; & uti, cum de epulis & convivijs tractatur, nemini diſplicere poſſe videbat, ita quoque feſti jucunditate tracti in invitationem æquis animis acceptarunt omnes. Locus itaque conventui conſtitutus fuit in meditullio fermè harum gentium, *mons* excelſus *Albæ* imminens, ubi ſingulis annis feriæ celebrarentur, atque hiſce durantibus ab omni vi, hoſtilique inſultu temperarent omnes, ſacraque *Iovi Latiari* facerent epuliſque vacarent; conſtituto quoque, quid quiſque populus in ea ſacra contribuere, quamque portionem recipere deberent. Fuerunt autem, *Dionyſio* teſte, harum feriarum ejuſque ſacrificii participes civitates 47, conferebantque in eas ferias populi, alii agnos, alii caſeos, quidam lactis certum modum, quidam conſimile liborum genus: communis omnium victima erat taurus unus, de quo cuique populo portio tribuebatur. Sacrificabant autem pro univerſis; eique ſacrificio præerant *Romani.*

Tarquinii Superbi *in adjungendis ſibi populis aſtuta ſolertia.*

In Feriarum Latinarum *celebrationem commune populorum ſtudium.*

La Fiera unde nomen ſuum ſortita?

Romani. Latinæ itaque *feriæ* (à quibus in hunc uſque diem (*la Fiera*) nomen, quo nundinas appellare ſolent, *Italis* manſit) Varrone teſte, *dies conceptivus dictus à* Latinis populis, *quibus in* Albano monte *ex ſacris carnem petere fuit jus cum* Romanis, *à quibus* Latinis Latinæ *dictæ ſunt*; quod confirmat *Plinius l.* 3. *c.* 5. Carnem autem, *Servio* teſte, *Latini Viſcerationem* vocabant; atque adeò avide carnis hujuſmodi portionem ambibant, ut, cum jam nonnihil bellorum intervenientium turbine deſiiſſent, pontificum decreto denuò inſtauratæ ſint, eò quod legati ab *Ardea* in ſenatu queſti erant, in *Monte Albano* ſibi Latinis carnem more ſolitò datam non fuiſſe.

Quo in loco montis feriæ celebratæ ſint?

Ubinam verò, & in quo montis loco celebrarentur dicta Latiaria feſta, ſeu *feriæ Latinæ*, controverſum eſt apud Authores: omnes in *Albano monte* celebratas fuiſſe ajunt; quod de vertice montis dici minimè poteſt, cum vertex minorem planitiem, quàm quæ tantos populos contineret, habeat; neque in declivi montis celebrari potuerunt, cum ſcopulis virgultiſque impeditus locum præbere non potuerit. Examinatis itaque à me non ſemel totius montis tractibus, concluſi tandem, locum feriis conſtitutum alium non potuiſſe eſſe, quàm quem hodiè *Campum Hannibalis* vocant, eò quod *Hannibal Romam* adoriturus, cum univerſo ſuo exercitu in ipſo ſubſtiterit; itaque ad milites ſuos animandos, *Romam* in prædam præmiumque, ſi generoſè ſe gererent, monſtraverit. Eſt hic campus in ambitu facilè trium milliarium capax, nundinis celebrandis, ob magnam lignorum frondiumque, ad tentoria conſtruenda, copiam, ſanè aptiſſimus, nec non ob magnam ſcaturientis aquæ abundantiam, pratorumque viridantium amœnitatem, perquam delicioſus. Rectè itaque in monte dicuntur celebratæ, non in vertice, ſed paulò infrà, ubi mons in ingentem planitiem expanſus, hunc campum efficit,

Campus Hannibalis.

ex quo deindè per ſalebroſas vias ad lacum uſque per ſeſquimilliare ferè deſcenditur; adeòque vere & proprie hic campus in monte eoque editiſſimo conſtitutus dici debeat, cum ad radicem hujus montis *Albam* conditam fuiſſe ſuprà oſtenderimus. Ex *Alba* verò ad Lacum uſque alius non minor deſcenſus, quàm ex dicto campo aut monte ad *Albam* deprehendatur. Una reſtat difficultas de *Foro populi*, quod oppidum in *monte Albano* poſitum fuiſſe, Authores conſentiunt; ſed ſitum ejus non determinant. Ego, ut & hanc difficultatem deplanarem, ex Authorum combinatis relationibus tandem inveni, alium ſitum non habuiſſe, quam quem hodie oppidum, quod vulgò *Rocca di papa* vocant, obtinet, ſcopuloſo montis lateri adnexum. Et nominis ratio ſtatim ſe prodit: cum enim populi, qui feriis quotannis celebrari ſolitis intererant, non omnes ſuis gauderent territoriis, occaſione tantorum populorum ad ferias confluentium, vicinum oppidum conſtructum fuiſſe, veriſimile eſt, quod à *Feriis populorum Latinis*, *Forum populi* appellarunt. Plinius l. 5, c. 5, ubi civitates *Latii* enumerat, *In Monte*, inquit, *ſunt* Foro-populenſes. Dionyſius l. 54 ait, *in* Foro populi *domum publicam fuiſſe, in quam conſules ſacrificaturi deverterent, eamque, dum ibidem quodam tempore convenirent, fulmine fuiſſe percuſſam.* Fuiſſe autem non tam oppidum, quàm vicum, ſive congeriem caſarum ſine ordine coacervatarum, prout & locus & ſpacium unicuique permittebat ædificare. Vnde *Ovid. l.* 3 *faſtor*: Indigenas, ſive *Foro-populenſes*, *turbam forenſem* vocat, civilitatis expertem. Sed ut ad montem revertamur; is hodie vulgò *Monte Cavo* dicitur, qui continuato vertice in circuitum, alium montem, priori altitudine non cedentem, conſtituit, quem ego *Algidum* eſſe aſſero, uti in ſequentibus oſtendetur; atque inter duos hoſce montes, veluti intra concham quandam, amœnus plane & delicioſus

Forum populi *quis locus fuerit?*

Deſcriptio loci Feriarum.

licioſus *Hannibalis Campus*, paſcuis uberrimus exiſtit, trium fere milliarium in circuitu capax, cui ex occidua parte in ſalebroſo montis deſcenſu caſtellum adnexum eſt, quod à captivitate cujuſdam Pontificis, etiamnum vulgò *Rocca di Papa* dicta, Colonnenſium Principum juriſdictioni ſubjicitur. Totus hic tractus ſylvoſus ac vaſtiſſimis caſtaneis undiquaque, magno oppiduli emolumento, refertus eſt. Sunt, qui hoc caſtellum *Algidum* putant, ſed uti paulò ante dictum eſt, valde hallucinantur, quemadmodum ſuo loco demonſtrabimus, ubi genuinum ſitum *Algidi* decernemus. Ab hoc oppidulo fit introitus in *Campum Hannibalis*, & hinc per declive montis prægrandibus ſtrata ſilicibus via dabatur uſque ad montis verticem, quorum in hunc uſque diem adhuc remanent veſtigia. Ex ipſo vertice jucundiſſimus undiquaque proſpectus ſe aperit, quo univerſum *Latium*, & mare longe lateque patulum, *Pontiam*, cæteraſque mari inſitas inſulas, *Circeios montes*, *Cajetam* uſque, unico aſpectu facile comprehendas, quo *Volſcos*, *Sabinos*, utrumque lacum, quo totam licet æſtimare *Romam*. Sed hæc de *Monte Albano* ſatis dicta ſint.

Rocca di Papa.

Campus Hannibalis *paſcuis fontibuſque amœniſſimus.*

Via ſtrata ſilicibus ad verticem uſque montis Albani.

CAPUT IV,

Lacus Albanus, *ejuſque origo, & mirabilia.*

LAcus *Albanus*, uti in præcedentibus oſtenſum fuit, ſitum habet ſub *Alba Longa*, profundiſſimum, inſtar conchæ aut crateris, intra quem margine undiquaque protuberante conditus eſt; cujus declive latus, uti olim, ita in hodiernum uſque diem, villis, monaſteriis, lucis, ſylvoſiſque receſſibus, nec non vineis ex ea parte, qua ſeptentrionem reſpicit, conſitum eſt; & de antiquis quidem habitationibus ſat fusè in præcedentibus dictum fuit: jam de moderno ejus ſitu nonnihil producamus.

Habet hic *lacus* in circuitu octo ferè millia paſſuum, marginemque crateris habet modò altiorem, modò depreſſiorem; ubi hodiè *Monaſterium S. Franciſci* juxta *Palatiolum*, vulgò *Palazzuolo*, infra *Albani montis* radices, exiſtit, ibi altiſſimus eſt, ubi ſylvam marinam attingit, humillimus; profunditas perpendicularis maxima uſque ad ſuperficiem lacus, 485 pedum, minima verò, 292 pedum à me comperta fuit. Tribus in margine crateris ſplendeſcit *Cœnobiis*: primum eſt *Patrum Franciſcanorum* propè *Palatiolum*; inter hoc vero & *lacum Eremitorium* in declivi montis coſta exſtructum; magno Eromicolæ evolumento ab advenis frequentatur. Alterum *Patrum Cappuccinorum*, quo in *agro Romano* quicquam delicioſius ſpectari nequit: viridariis, ſylva, ambulacris, fontibus, nec non ſeptem ſtationum ſacellis, ornatiſſimum; in cujus ſuprema horti parte, hinc mare, inde *lacus*, & univerſus *Latii*, ſeu *agri Romani*, diſtrictus in apertum prodit. Tertium *cœnobium* eſt, alterius *ordinis S. Franciſci*, non procul à *cœnobio Cappuccinorum* diſſitum; quod paulò poſt ſequitur oppidum, *Caſtrum Gandolfi*, vel hoc nomine celebre, quod Pontificiæ ruſticationis ſedem ſortitum ſit, cui *Alexander VII* Pont. opt. max. ultimam magnificentiæ coronidem impoſuit, dum palatium in ampliorem formam extendit, Baſilicam tholo xyſtoque ſuperbam, nec non meliorum hujus temporis pictorum monumentis ſpectabilem ex fundamento erexit; viam omni amœnitate refertam, *Palatiolum* uſque, rupibus ruderumque ſemiſepultis ruinis deplanatis, ſtravit; dignum ſanè Pontificiæ Majeſtatis opus. Sed margine montis luſtrato, jam ad *Lacûs* inveſtigationem paulatim deſcendamus: ubi primò obvia fit domus

Quantitas lacus.

Caſtrum Gandolphi *ab A*lex. VII *ſumma magnificentia excultum,* mentium *Pontificiarum relaxationi, ob amœnitatem mirè opportunum.*

Lacus Albani *inveſtigatio.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

mus piſcatoria, lintribus, ſcaphiſque tum ad piſcandum, (piſcibus enim optimis, præſertim anguillis, abundat) tum ad navigandum relaxandi animi gratia, probè inſtructa. *Lacus*, uti bolide mihi exploranti compertum eſt, fundum habet oppidò inæqualem, in nonnullis locis depreſſiorem, in quibuſdam profundiſſimum, in uno etiam nulla bolide explorabilem, maximè è regione *palatioli* ſive *Eremitorii*, de quo paulò ante, quod in declivi crateris ſibi quidam Dei ſervus ſolitariæ vitæ amore exſtruxit, ubi aſperiori vitæ delicias quoque hortenſes jungens, complures ad ſe viſitandum amœnitate loci probè ſanè exculti, allexit. Sub hujus igitur Eremi ſcopuloſo tractu, *Lacûs* profunditas inexplorabilis eſt, comperique, aquam ex intimis *Albani montis* viſceribus magno ſeſe impetu adinſtar fluminis evolvere; argumento luculentiſſimo, intra montem ingens quoddam hydrophylacium latere, quod uti ex mari continuo fluxu impletur, ita non huic tantùm, ſed & *Nemorenſi*, quem *ſpeculum Dianæ* vocant, per ſubterraneos inciles, uberrimas aquas ſuppeditat; quod verò fundus attingi non poſſit bolide, cauſam reor eſſe, quod vehementia currentis aquæ bolidem ſecum abripiat; atque ita eſſe experientia me docuit: nunquam enim chorda, cui alligabatur bolis κατὰ τὰς ὀρθὰς, ſive ad perpendiculum deorſum vergebat, ſed obliquo quodam motu jam verſus *montem*, modò verſus *lacus* aperti planitiem nonnihil declinabat; quo clarè fluxus quidam & refluxus aquæ deſignabatur: undè mihi clarè patuit, quomodò olim ingens illud prodigium exundantis lacus accidere potuerit. Verùm cum hic caſus omnibus ſeculis memorabilis fuerit, hîc eum paucis deſcribendum duxi.

Profunditas Lacûs.

Prodigium exuberantis Lacus.

Medio belli ardore, quo *Romani* cum *Vejentibus* de rerum ſumma decertarent, *res*, ait Plutarchus in Camillo, Lacui Albano *accidit*, *cum quovis rariſſimo miraculo conferenda, quæ, quia vulgari cauſa & ratione ex rerum natura ducta carebat, pavorem incuſſit. Æſtas erat extrema & præceps, nec cœleſtibus aucta aquis, nec ventis admodum turbulenta auſtrinis;* Lacus *autem, & amnes, rivique ac fontes, quos habet* Italia *frequentes, jam planè exaruerant, partim exiguam, partim tenuem trahentes undam, fluviique per æſtatem, ut ſemper fit, humili & depreſſo alveo ferebantur. Quum eccè* Lacus Albanus, *qui neque aliundè ducit originem, neque aliò ſeſe effundit, fertilibus cinctus collibus, nulla de cauſa, niſi ſiqua divina, inflatus, manifeſtò intumuit, ita ut pertingeret ad dorſa montium, & ſummos undique æquaret tumulos: ſine æſtu tamen aut commotiori aliquo fluctu. Id paſtoribus primùm erat bubulciſque miraculo: ubi verò dorſi repagulo, quo veluti iſthmo ſeu aggere à ſubjectis campis arcetur, refracto, per ſata atque plantas magno cum impetu in mare defluxit; tum non* Romanis *tantùm terrorem incuſſit, verùm etiam toti* Italiæ *viſus eſt magnum quid portendere.* Valerius Maximus *l.* 1. *c.* 6. *Quum bello acri & diuturno* Vejentes *à* Romanis *intra mœniâ compulſi capi non poſſent, eaque mora non minus obſidentibus quàm obſeſſis intolerabilis videretur, exoptatæ victoriæ iter miro prodigio Dii immortales patefecerunt; ſubitò enim* Albanus lacus, *neque cœleſtibus imbribus auctus, neque ulla inundatione ullius amnis adjutus, ſolitum ſtagni modum exceſſit. Cujus rei explorandæ gratia Legati ad* Delphicum Oraculum *miſſi retulerunt, præcipi ab eo, ut aquam* Lacus *ejus emiſſam per agros diffunderent: ſic enim* Vejos *in poteſtatem populi* Romani *venturos; quod priuſquam Legati renunciarent, Aruſpex* Vejentium *à milite noſtro raptus, & in caſtra perlatus, futurum dixerat;* id eſt, ut *Livius* dicit, *Aruſpex his verbis vaticinantis in modum cecinit: Priuſquam ex* Lacu Albano *emiſſa foret, nunquam potiturum* Vejis Romanum, *ſic libris fatalibus, ſic diſciplina Hetruſca traditum eſſe. Iamque* Romani *deſperatione humana fata Deoſque ſpectabant: cum eccè Legati à* Del-

Vaticinia de Lacu.

à Delphis *veniunt*, *ſortem oraculi adferentes congruentem reſponſo captivi vatis*, cujus hæc ſumma erat: Romane, *aquam* Albanam *cave* lacu *contineri*; *cave in mare manare ſuo flumine ſinas*; *emiſſam per agros rigabis*, *diſſipatamque rivis extingues*. Vide de hiſce *Ciceronem l.1 Divin.* fuſius tractantem. Atque hac occaſione *Romani Hetruſci* vatis dicta ſecuti, perfoſſo monte, admirabili ſanè artificio, aquam per canalem in *campos Romanos* deduxerunt; victique *Vejentes*, civitas everſa, relicta in prædam militibus; *Furius Camillus* Dictator triumphans parta victoria *Romam* ingreſſus eſt, anno ab urbe condita 360, curru equis candidis invectus, quod ante eum nemo fecerat. Sed jam canalis deſcriptionem ordiamur.

Vejentium *Urbs quomodo à* Romanis *capta?*

Eſt hic *Canalis* in hunc uſque diem ſuperſtes, cujus ſitum longitudinem, latitudinemque à me ſummo ſtudio exploratam ſubdo. Sub *Caſtello Gandolfino* declivi montis 600 ferè pedibus ad *lacum* occurrit magna conſtipatarum arborum multitudo, quæ efficit, quo minus orificium *Canalis* ſine perito duce inveniri poſſit; haſce arbores intra *lacum* proclives ſcaphâ ſubeuntibus, ingens occurrit arcus quadris lapidibus ingenti mole adinſtar prægrandis portæ conſtructus, quam ubi ſubieris, tum ecce *Canalis* latitudinis ſeptem palmorum ſe ſpectandum præbet. Altitudo pro diverſa terrenarum partium conditione varia eſt, jam depreſſior, modò altior, ubi maxima eſt, decem palmorum deprehenditur. Tranſit hic *Canalis* ſub ipſo *Caſtro Gandolfino* trecentorum ferè pedum profunditate, & continuata 1500 ferè paſſuum longitudine per varios anfractus & diverticula, tandem in *agro Albano* exitum ſortitur, prope molendinum quoddam, cui ad conterendum frumentum rota molaris lapidis verſatione ſervit; & ex hinc ad *aquas Sylvias* feſtinans paulò poſt *Tiberi* miſcetur. Aqua *Canalis* quinque palmorum profunditatem habet; quamvis non dubitem, pro cæterorum conſtitutione annorum, nunc altiorem, nunc depreſſiorem comperiri. hoc enim anno 1662 ſiccioris conſtitutionis vix 2 palmorum profunditatem habebat.

Canalis, *quo aqua lacus exoneratur, à* Romana Rep. *extructus.*

Duo nobis hîc dubia à nonnullis mihi propoſita ſolvenda ſunt. *Primum* eſt, utrum prodigioſa illa *Lacus* exundatio vi naturæ acciderit, & quonam inſtigante, tum Aruſpicis *Hetruſci*, tum *Delphici* oraculi vaticinio tam certum futuræ rei eventum ſortita ſit? *Alterum* eſt, cum teſtimonio Authorum ſupracitatorum *lacus* primò non habuerit exitum, neque alterius fluminis introitum, quomodo, aut qua ratione, qua naturæ efficacia præter inſolitum modum intumuerit, præſertim æſtate ſicca, & nullis imbribus obnoxia.

Dubia ſolvuntur, de prodigioſa lacus *exuberatione.*

Ad *primum* reſpondeo: Cum toto Gentilitatis tempore, nullo non tempore hujuſmodi prodigia viſa ſint; ut cum poſt conditam *Albam*, dum Patrios Deos ſive Penates ex *Lavinio* in recentis *urbis Albæ* delubrum deportarent, poſtero die illi denuò *Lavinii* reperti ſunt; cum *Iunonis* facies in *Montis Albani* templo, quæ occidentem ſpectabat, altero die orientem ſpectare viſa ſit: cum ſimulacra Deorum ſanguinem ſudare viſa ſunt; voces auditæ animalium de ſucceſſu rerum monentium: pluviæ lapidum, lactis, ſanguinis; ſimiliaque, quibus Hiſtoricorum monumenta referta ſunt: & ut paucis me expediam, Dico, illa nulla ratione vel divina virtute, aut Agathangelorum opera contigiſſe; cum enim ea omnia ad idololatriam ſuperſtitioneſque in animis gentilium propagandam ordinata fuerint, ſi à Divina aut angelica virtute accidiſſent, Deus & angeli ad malum & deteſtanda peccata, quæ paſſim in ſacrificiis committebantur, aliquo modo cooperati videri poſſent, quod Divinæ naturæ prorſus repugnat: quarè omninò cum *S. Auguſtino l. de Civit: Dei* dicendum eſt, pleraque hujuſmodi, quæ malum ſpectabant, humani generis hoſtis effectus fuiſſe;

Prodigia à dæmonibus exhibita.

fuiſſe;qui uti à principio divinitatis ambitione laboravit, ita nihil non egit, ut illam mirandorum effectuum exhibitione, juſto Dei judicio ſic permittente, in cœcæ gentilitatis animis propagaret; in prodigiis tamen, non niſi puris naturæ effectibus ad eandem ſuperſtitionem in lumine fidei deſtitutis hominibus implantandam, uſum fuiſſe, is ſolus inficiabitur, qui mille artes, mille illuſionum technas cacodæmonum non novit: vide quæ uberrimè de prodigiorum naturalium origine, tum in *Mundo ſubterraneo*, tum in *opuſculo de prodigioſis crucibus in veſtibus hominum anno* 1661. *Neapoli viſis*, ſcripſimus. Et hæc quoad primum dubium ſufficiant.

2 Dubium. Ad *alterum* quod attinet: nego planè *Dionyſii* cæterorum aſſertionem: *Lacum* ante perfoſſum montem exitum non habuiſſe, nec aliunde aquam recepiſſe. Nam ut in *Mundo ſubterraneo*, & *Hetruriæ deſcriptione* ample deduco, exercent ſinguli ſimiles *Lacus* occulta ſua cum ſubterraneis meatibus commercia, quibus implentur deplenturque. *Subterranei Lacuum meatus.* Si enim *Lacus Albanus* aliunde non implebatur, certe contra omnia naturæ principia, cum in tam immodicam altitudinem intumuiſſe, dici debet: & conſequenter novam aquam in eodem loco divinitus productam fuiſſe fatendum eſt, vel dæmonum ope craterem repletu fuiſſe, quod admitti nec poteſt, nec debet; cum non ſolùm Deus Opt: Max: ſed & ipſe dæmon puris naturæ legibus utantur ad hujuſmodi effectus præſtandos. Quomodò itaque id fieri potuerit, explicandum duxi.

Occulti canales lacus Albani, per quos ſe exonerat aqua. Et primò quidem certum eſt, *Lacum* hunc non ſolùm per ſubterraneos meatus *montiſque Albani* hydrophylacium aquam ex mari, uti ſuprà innuimus, recipere, ſed & receptam per abditos terræ canales extra diffundere; quod experientia me docuit in *Lacus* hujus exploratione: ſiquidem bolidis ope inveni, intra *cœnobium Cappucinorum* & *Palatiolum*, locum, ubi bolis omninò intra abditos montis receſſus abripitur, manifeſto ſigno, ibi canalem quendam abditum eſſe, quo *Lacus* ſeſe intra *Lacum Nemorenſem* exoneret; & ipſe *Nemetini* uti & *Genzani* olim *Cynthiani* incolæ teſtantur, ad ſeptentrionalem *Lacus* ripam, locum ſpectari, continuis ebullitionibus ferventem, quo vel ipſi hujus opinionis ſunt, vel ex *monte Albano*, vel ex ejus *lacu* aquam eo in loco exonerari, quorum utrumque dici poteſt; ſed de *Lacu Nemorenſi* non niſi mille paſſibus ab *Albano lacu* diſſito, in ſequentibus pluribus dicemus. Alter meatus *Lacûs* ſubterraneus reſpicit *Tuſculanum agrum*, ubi paſſim innumeri rivi, fontiumque ſcaturigines ſpectantur, quorum confluxus & Maræनam fluvium, & aquam ſcabram ſeu tepulam cauſari nemo ignorat; quæ quidem aliundè, quàm ex *lacu* ipſo, aut montis hydrophylacio originem ſuam non trahunt. Monte itaque nondum aperto, lacus per duos hoſce indicatos canales, occulta negotiantis naturæ induſtria exonerabatur. Quomodò vero tunc temporis *Lacus* in tantam altitudinem, uſque ad ipſam exundationem intumeſcere potuerit, explicandum reſtat.

Dico, itaque quod incrementum *lacûs* immodicum, minime, uti paulò ante quoque inſinuavi, aut aruſpicis *Hetruſci* divino quodam afflatu agitati vaticinationi, aut *Delphici oraculi* virtuti adſcribendum ſit, ſed dæmonum inſpirationi, qui uti intra abdita *lacûs* penetralia magnum quidpiam eo anno ex molientis naturæ occupatione non ignorabant, ita præoccupatis *Romanorum* per *Vejentis* aruſpicis vaticinationem animis de futuro *Lacus* incremento atque eluvie effecerunt, ut dum omnium curæ & cogitationes in tantum prodigium converterentur, atque omni ſpe humana exuti, quid agerent, neſcirent, ad id confugerent tandem, quod ſolitarum ſuperſtitionum aſylum erat, *Delphicum* inquam *oraculum*, adeoque ad Deorum Dearumque cultum proſequendum ferventius animarentur: undè iſtiuſmodi incrementum, purum *Dæmonũ technæ ad ſtabiliendam idololatriam.*

naturæ opus (quo ad ſuperſtitioſis pectoribus ſub prætextu miraculoſi eventus facilius imponendum dæmones utebantur) fuiſſe ſic oſtendo.

Lacus incrementum investigatur.

Cum enim teſte *Dionyſio*, *Livio*, aliiſque, illo anno æſtas torrida & nullis imbribus obnoxia fuerit, fonteſque & flumina pleraque exaruerint, id haud dubiè indicio fuit vehementioris & inſolitæ alicujus in ſubterreſtri Oeconomia factæ mutationis, quâ, vel terræ motibus præviis, vel à ſubterraneis ignibus deſtructis canalibus, aquæ alios canales quærere coactæ fuerint, quos cum non reperirent, per hos exoneratas tantum lacus incrementum cauſaſſe dico. Accedit plurimum ſubterraneorum ventorum furor, quorum vi factum eſt, ut per fundum maris eruentes, aquarum confluxum vehementius in altum uſque ad inundationem urgerent; neque ſimilium inſolitarum inundationum exempla hodierna die deſunt. *Lacus Vadimonis*, uti *in Hetruria noſtra* tradidimus, certo annorum intervallo ita intumeſcit, ut marginem tranſgreſſus omnia eluvie inundet; quod uti olim, *Plinio* teſte, ita & hodiè accidit. Quod idem in *Lacu Nurſino*, accidere à fide dignis audivimus, & tanquam prodigioſum Naturæ ſpectaculum fuſè deſcribit *in ſua Italia Albertus Leander*. Eſt & in *Carniola* non procul *Labaco* campus, qui quotannis ita, etiam ſiccis temporibus inundatur, ut qui prius ſationi & venationi leporum, jam piſcium capturæ aptus ſit. Qui hujuſmodi Naturæ prodigiorum cauſas & rationes exactius ſcire deſiderat, is conſulat *Mundum noſtrum Subterraneum*, ubi *de fluminum lacuumque exortu*, quicquid deſiderari poterit, deſcriptum reperiet.

Lacuum incrementa.

CAPUT V,

De Vrbe hodiè Albano *nuncupato, ejuſque Territorio.*

Albani moderni ſitus à veteri diſſitus.

Complures crediderunt, *Albanum* eodem in loco ſitum, quo olim *Alba Longa*; in quo plurimum hallucinantur, uti ſuprà demonſtratum fuit. Conſtat enim ex Authoribus, hanc poſt dirutam *Albam* veterem multis ſeculis, primùm villis conſulum, principumque *Romanorum* coli cœptam, ſucceſſu temporis in urbem evaſiſſe, & expreſſè docent *veterum Itineraria*, quæ ad *montem Albanum*, ſub cujus jugo *Albam Longam* conditam fuiſſe diximus, XX M. paſſuum, ad *Albanum* verò oppidum non niſi XII M. ut paſſuum numerant, ex *Antonini tabula* patet; id verum eſſe, hodierna diſtantia veteri congrua ſat indicat. Inter cætera verò monumenta ab Hiſtoricis recenſentur: *Villa Cn. Pompeji*, quod & *Albanum Pompeji* dicitur, quaſi diceres, *ſuburbanum* ſive *prædium Pompeji*; deindè *Albanum P. Clodii*, quorum utrumque uti inſigni magnificentia exſtructum fuit, ita poſt eorum obitum in delicioſos receſſus Romanis Imperatoribus ceſſit. *Albanum Pompeji* eundem prorſus locum, quem hodiè *Albanum oppidum* tenuiſſe, ex *Ciceronis Orat. pro Milone* patet, qui expreſſè dicit *Clodium Bovillas* primum oppidum decimo ab Urbe lapide, indè in *Albanum oppidum* III M. paſſuum indè diſſitum in *Via Appia* deflexiſſe, tandem in villa ſua *Milonem* exſpectaſſe; cum enim ſciret iter ſolenne, legitimum & neceſſarium, ante diem 13 Kal. Feb. *Miloni* eſſe *Lanuvium* ad *Flaminem* prodendum; (erat enim *Milo* Dictator *Lanuvii*) ipſe *Româ* ſubitò pridie profectus eſt, ut ante ſuum fundum, *Miloni* inſidias collocaret; fit obvius *Clodio Milo* ante fundum ejus hora fere nona; ſtatim complures cum telis in hunc faciunt de loco ſuperiore impetum, at irrito niſu, *Milone* fugâ ſibi conſulente. Sed non deſtitit hoc negotium: refert enim *Aſconius Pædianus*, *Milonem* injuſtè invaſum cum ſervis amplius trecentis armatis *Clodio Aricia* redeunti, (ubi de *Milonis* reditu apud decuriones Aricinos ſeſe informârat) in *Albanum Pompei* obviam contendiſſe, & ſupra

Villa Pompeji.

Villa P. Clodii.

P. Clodii *cædes ad Bovillas.*

& ſupra *Bovillas* inopinantem in itinere aggreſſum; *Clodiumque* tribus vulneribus acceptis, *Bovillas* tranſlatum, tabernamque, in quam profugerat, expugnatam à *Milone*, ſemianimem *Clodium* extractum in *Via Appia* occiſum eſſe. Ex hac relatione luculenter patet locorum genuina deſcriptio; videlicet *Albanum prædium Cn. Pompei* tribus millibus paſſuum ultra *Bovillas*, aliud non fuiſſe, quàm hodiernum *Albanum*, uti compluribus circum locis vaſtiſſima rudera indicant: ſiquidem *Antonini tabulæ*, ut paulò ante diximus, *Bovillas* ad nonum, vel ut alii ad decimum lapidem, ultra quas *Albanum* ad tertium, & hinc *Aretiam* ad unum diſtitiſſe lapidem, oſtendunt. De *Albano* ſeu *Villa Clodii* major difficultas eſt, non tamen tanta, quin ex contextu ſcriptorum ſuperari queat. Nam plerique ultra *Albanum* in altiori loco fuiſſe aſſerunt dorſo *Lacûs* impoſitam, eo ferè in loco, ubi modò *Monaſterium Patrum Franciſcanorum* in citeriori lacus parte ſitum eſt, aut vicino veteris *Albæ* ruderibus loco. Nam ultra *Albanum* è ſuperiori loco prædii ſui *Milonem* fuiſſe impetitum à *Clodio*, *Cicero* expreſſè docet, cum ferè poſt *Albanum* altior locus non ſit, quàm dorſum ſive Margo *Lacûs*. in eo *Villam Clodii* fuiſſe certum eſt; fuiſſe autem ſummâ magnificentiâ exſtructam à *Clodio*, Cicero his verbis indicat: *Vos Albanorum obrutæ aræ, ſacrorum* Populi Romani *ſociæ & æquales, quas* Clodius *præceps amentiâ cæſis proſtratiſque ſanctiſſimis lucis, inſanis ſubſtructionum molibus oppreſſerat, &c.* quæ ſatis prædium inſignis magnificentiæ monſtrant. Ubinam verò fuerit *Fanum Bonæ Deæ*, circa quod *Clodium* occiſum fuiſſe narrat *Cicero*, dubium eſt; ego, quantum ex contextu verborum colligere licet, dico fuiſſe in loco aliquo medio inter *Albanum* & *Caſtrum Gandolfinum* infra *Villam Clodii* extra *Viam Appiam*: Nam *Clodium Bovillas* tranſlatum, ibi ex vulneribus acceptis obiiſſe, paulò ante dictum fuit. *Bovillæ* itaque proximè ad *Viam Appiam* è latere *Albano* fuerunt, vicinæ *prædio Clodii*; intra hoc & *Bovillas Fanum Bonæ Deæ* fuiſſe, clarum eſt, uti ex *Mappa* patet; & uti totus hic campus immenſarum molium ruderibus confertus eſt, ita quoque confuſa nobis verum & genuinum locum difficulter determinant, exceptis *Amphitheatro*, cujus adhuc infra *Caſtrum Gandolfinum* veſtigia exſtant, cum quinque illis conis ſepulchralibus, qui *Ariciam* inter & *Albanum* ſpectantur, quorum medius cæteris altius eminet; quos plerique ex hiſtoriarum inſcitia trium Curiatiorum ſepulchrum exiſtimant; verùm cum id in præcedentibus confutaverimus, & hiſtoricæ fidei repugnet, ea hîc repetere ſupervacaneum duxi. Exſtat & hodie immenſa ſaxea moles, & altitudinis præcelſæ, ad introitum *Albani*, quam *Aſcanii ſepulchrum* dicunt; de quo tamen cum nil certi mihi conſtet, in antiquitatis ſuæ chao relinquo. *Amphitheatrum* verò à *Domitiano* conſtructum, urgentibus ſane rationibus convincor: nam, ut Dionyſius refert l. 66: ὁ δὲ Δομιτιανὸς φοβηθεὶς τὸν πατέρα, πρὸς τῷ Ἀλβανῷ τῷ ὄρει τὰ πολλὰ διέτελεσεν. Domitianus, inquit, *patrem timens, apud* Albanum montem *plurimum agebat; ubi verò Imperium adeptus fuit, tunc* Minervam *præcipuè ex omnibus Diis coluit, atque eam ob cauſam Quinquatria magnificè celebravit; in quibus certamina Poëtarum, oratorumque, & gladiatorum quotannis ferè exhibebat in* Albano. *Nam eum locum ſub* Albano monte, *undè is locus nomen habet, tanquam arcem aliquam elegerat.* Hæc *Dionyſius*, cui ſubſcribit *Suetonius*; eumque ludis & venationibus ita deditum fuiſſe, ut centenas varii generis feras ſæpè in *Albano* ſeceſſu conficientem ſpectarint plerique. Vides igitur à nullo alio iſtiusmodi *Amphitheatrum* exſtructum, quàm à *Domitiano*, cum enim perpetuis ludis, ſceniciſque ſpectaculis, nec non gladiatoriis certaminibus deditus eſſet, locum neceſſariò, in quo dicta exhiberentur, parari conſentaneum videba-

Pompeii Villa *ubi fuerit, ex topographica hiſtoriarum relatione patet.*

Tabula Itineraria Antonini.

Villæ Clodii *Situs.*

Fanum Bonæ Deæ.

Amphitheatrum.

Aſcanii ſepulchrum.

Amphitheatrum Domitiani.

videbatur, præſertim cum jam prædeceſſores Cæſares tum *Romæ*, tum alibi, magnificentiſſimis exſtructis theatris circiſque exemplo præiviſſent. *Amphitheatrum*, uti rudera ejus monſtrant, inter *Caſtrum Gandolfinum* & *Albanum* conſtitit, & vulgò ab indigenis *Coloſſeum*, ab *Amphitheatro Romano*, dicitur.

Bovillæ *ubi?*

Sed redeo ad *Bovillas*, cujus hodiè inter nonum & decimum lapidem ab Urbe utrimque *Albanum* tendentibus, rudera cernuntur: & antiquiſſimum oppidum fuiſſe, teſtatur *Florus l. 1, c. 11;* qui inter alia oppida, quæ *Romani* poſt exactos Reges expugnata inter municipia numerarunt, *Bovillarum* quoque meminit, ita ut jam ad principium conſulum *Romanorum*, & ſub ipſis Regibus maximè floruerit; quamvis, ut eſt rerum humanarum inſtabilis conditio, civilium bellorum turbinibus plurimùm, ipſo *Cicerone* teſtante, defecerit: ejuſque omnes ferè *Romanarum rerum ſcriptores* frequentem mentionem faciunt; plurimum paſſum fuiſſe bello civili *Marium* inter & *Octavium*, *Craſſum*, *Metellumque*, exorto: quorum illum unà cum *Cinna Ariciam* inter *Albanumque Pompei*, hos ad *montem Albanum* caſtra poſuiſſe, *Appianus l. 1. bell. civil.* refert. Cæterum totum hoc territorium à *foſſa Cluilia Albanum* conſtipatorum ruderum multitudine & copia ita refertum eſt, ut nemo ſine admiratione tanti veterum ſplendoris & magnificentiæ monumenta intueri valeat. Inter cætera memoranda *Ioannes Garzenius* apud *Albertum Leandrum* refert, inter memorata rudera ſuo tempore ſepulchrum detectum fuiſſe, in quo corpus femineum miro quodam & pretioſo liquore perfuſum extendebatur, quod uti adhuc incorruptum erat, ita ſummæ pulchritudinis puellam fuiſſe notabatur, capillis decorabatur aureis & prælongis, caput diadema aureum ornabat, lucernâ pedibus impoſitâ adhuc ardente, quæ tamen mox ac apertum fuit monumentum, exſtincta reperiebatur; à primo verò ſepulturæ die uſque ad reperti corporis tempus, 1300 annos, ex tumbæ epigrapha collegerunt. Undè multi *Tulliolæ Ciceronis* filiæ corpus fuiſſe crediderunt. Sublatum deindè cadaver populi *Romani* Conſulibus, quos Conſervatores vocant, tanquam rarum quidpiam & inſolitum oblatum fuit; verùm nè curioſa *Romanorum* ingenia ſuperſtitioſo cultu ſpuriis hujuſmodi reliquiis inficerentur, *Alexandri VI.* Summi Pontificis juſſu in *Tiberim* projectum fuit; mihi ſanè uti de hujus rei veritate nil certi comperire licuit, ita quoque fides ſit penes Authorem.

Antiquitatis Monumenta.

Sepulchrum Tulliolæ filiæ Cicer.

Albanum *poſteris temporibus.*

Albani *reſtauratio.*

Albanum à quo primò ex ruderibus *Villæ Pompeii* reſtauratum ſit, non invenio; veriſimile tamen eſt, quod uti id cætera *Latii* loca tum amœnitate, abundantia rerum, optimorumque vinorum feracitate, tum delicioſis lucis viridariiſque ſuperaret, ita frequenti Cæſarum Principumque *Romanorum* ruſticatione, paulatim in Urbem evaſiſſe, dum quiſque aut villam, prædiumve, aut ædes ſeceſſibus ſuburbanis aptas, in ſolo delicioſo exſtruere contenderet: ſæpè tamen Civilium bellorum furore concuſſa ingentes ruinas ſuſtinuit. *Romani* armata manu illud invadentes, eò quod *Albani Friderici Barbaroſſæ* Cæſaris factionibus nimium in præjudicium Romani Pontificis, rerum ad bellicum apparatum neceſſariarum adminiſtratione faverent, prorſus deſtruxerunt. Nomine tamen Urbis olim, & quidem *Italiæ* metropoli triumphaſſe, ex *Socrate* & *Sozomeno* colligimus: nam in concilio Mediolanenſi ſub *Conſtantino Magno*, *Athanaſii* condemnationi ſeſe oppoſuiſſe Epiſcopos *Paulinum Trevirenſem*, *Dionyſium Albanenſem*, *Vercellenſem in Liguria Euſebium*: verba ejus ſunt: Παυλῖνος ὁ ἐν Γαλλίᾳ Τριβέρεως, Διονύσιος ὁ Ἄλβας τῆς

Albanum *vaſtatum à* Barbaroſſæ *Cæſaris hoſtibus.*

Epiſcopatus Albanenſis.

τῶν

τῶν Ἰταλῶν μητροπόλεως καὶ Εὐσέβιος ὁ Βερκέλλων τῆς Λιγυρείας. In *vita* quoque *Sylveſtri* Pontificis ſub *Conſtantino* Imperatore, *Anaſtaſius in vitis Pontificum*, expreſſè ait, *Sylveſtrum* poſt *Conſtantini Magni* converſionem in *Albanenſi civitate Baſilicam S. Ioannis Baptiſtæ* exſtruxiſſe, eamque magnis poſſeſſionibus, tum in Agro, tum circa *Lacum Albanum* aſſignatis cumulaſſe. In *vita Innocentii Pontificis*, qui anno Chriſti 400 Eccleſiæ præerat, hunc patriâ *Albanenſem* fuiſſe legimus. In vita quoque *Leonis II*, qui Eccleſiæ præſidebat anno 683, fit mentio *Eccleſiæ Albanenſis*; præterea circa annum 800, *Beati Petri Baſilicam* in *Albano* ſitam, memorat præfatus *Anaſtaſius*; & in *vita Benedicti III*, anno Chriſti 855, *Oſtiæ* & *Albanorum* Antiſtitum fit commemoratio; quin & *Martyrologium Romanum* meminit hujus, ſequentibus verbis: *Sexto Kal: Octobris* Albani *S. Senatoris*. Ut proindè ab illis temporibus uſque ad hanc noſtram ætatem, Al*banenſem urbem* Epiſcopali dignitate claram fuiſſe pateat. Imò & hodiè Al*banenſis* Epiſcopus inter ſex Eccleſiæ Rom. Epiſcopos unus, titulus non niſi uni ex ſenioribus Cardinalibus attribui ſolitus. Sed de his pluribus *in Sabinorum regione*.

Baſilica S. Joan. Baptiſtæ à Sylveſtro *exſtructæ*.

Innocentius *Papa* Albanenſis.

De fertilitate hujus Al*bani* A*gri*, cum veterum Scriptorũ monumenta eâ plena ſint, non attinet dicere: ſufficit Dionyſii teſtimonium: *Subjecti ſunt*, inquit, urbi Albanenſi, *campi amœnitate admirandi, omnis generis frugum fertiliſſimi, nec ulli cedentes* Italiæ *agro*, *præcipuè bonitate vini ſuaviſſimi, quod* Albanum *vocant, præcellens omnibus reliquis, ſi Falernum excipias*. *Plinius l.* 14, *c.* 6, Divum A*uguſtum* vinum Setinum cunctis prætuliſſe ait, ceu vina urbi vicina, prædulcia & rara in auſtero; cui *Strabo* ſubſcribit *l.* 5, *c.* 10. Dioſcorides: *Inter Italica vina ſecundum locum obtinet* Albanum. Columella l. 3, c. 8: *Neque enim, ait, dubium eſt*, Maſſici, Surrentinique, Albani, Cœcubique *omnium, quæ terra ſuſtinet, in nobilitate vini principis eſſe*; neque ea diſplicuiſſe Horatio, ex ſequentibus verbis patet:

Deliciæ campi Albani.

Albana Vina.

> *Eſt mihi nonum ſuperantis annum*
> *plenus* Albani *cadus*.

Et hodiè adhuc in magna apud omnes æſtimatione eſt, quamvis ipſum non ejuſdem, cujus olim, bonitatis reperiatur. Spectatur porrò verſus maritimam plagam ab *Albano* duobus ferè millibus paſſuum diſſitum *Caſtellum*, quod vulgò *Savelli* dicitur, quam ego veterem *Camærenam* eſſe conjicio ex Authorum ſcriptis, quæ eam non procul *Albano* ſitam aſſerunt, fundatam ab *Aboriginibus* & priſcis *Vmbris*, Dionyſio teſte: quam *Romulum* primum Regem *Romanorum* ſubjugaſſe idem oſtendit ex *Catone de Originibus*; è cujus ruderibus deindè à quodam Duce ex *Sabella* nobiliſſima *Romanorum* familia, quam inde originem ſuam ducere multi non inveriſimilibus conjecturis aſſerunt, inſtaurata fuerit; hodiè tamen ob maligni aëris vitium planè deſerta jacet. Satis tamen hoc loco mirari non poſſum *Blondum*, qui veterem *Albam Longam* hoc loco, nullo prorſus fundamento, imò opinione ab omnibus ſcriptoribus diſſentiente, exſtructam fuiſſe ſentit. Sed hæc de *Albano agro* dicta ſufficiant.

Caſtrum Savelli.

CAPUT VI,

De Aricia, *&* Nemore, *ejuſque Territorio*.

Ariciæ *deſcriptio*.

ARiciam, vulgò *la Riccia*, unam ex antiquiſſimis *Latii* urbibus fuiſſe, *Strabo*, *Appianus*, & *Cornelius Tacitus* referunt; conditorem ejus *Archilochum*, vetuſtiſſimorum *Siculorum* Ducem, *Solinus* refert, ab eodemque *Erminam* vocitatam, quæ & à nullis non veterum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Scriptorum monumentis ob inſignem antiquitatem celebrata fuit: undè *Cicero Philip*: III, eam non immeritò municipium vetuſtate antiquiſſimum, jure fœderatum, propinquitate pœnè finitimum, ſplendore honeſtiſſimum vocat; de qua *Dionyſius* & *Livius*, dum *caſtra Marii* & *Cinnæ Ariciam* inter & *Albanum* poſita deſcribunt, fusè agunt, quos conſule. Fuiſſe autem olim non eodem loco, ubi modò exiſtit, ſed paulò remotiorem ad *viam Appiam*, innumera ibi paſſim obvia monumenta oſtendunt, à *Siculis*, uti diximus, antequam ab *Aboriginibus* & *Pelaſgis* pellerentur, quingentis ferè ante bellum Trojanum annis conditam; vel ex hoc capite memorandam, quod duos eximios Heroës Mundo protulerit, *Octavianum Auguſtum* Cæſarem ex Accia Aricina natum, & *Turnum Herdonium*, virum rerum geſtarum gloria, nec non mira facundia clarum. De Cæſare Auguſto, Virgilius l. 7:

Octavianus Auguſtus, & Turnus Herdonius Ariciâ *oriundi.*

> *Ibat &* Hippolyti *proles pulcherrima bello*
> *Virbius, inſignem quem mater* Aricia *miſit.*

Memorabilia quæ Ariciæ *contigerunt.*

Hanc claram quoque reddidit obſidio facta ab *Arunte*, filio *Porſenæ* Regis *Hetruſcorum*, quem *Aricinos* adſcitis in auxiliares copias *Cumanis Ariſtodemo* duce fuſo exercitu interfeciſſe *Dionyſius* narrat *l.* 7. *Philoſtratus* quoque narrat *Apollonium Thyanæum* hoc loco, cum in *Philotium Cittienſem* incidiſſet, multis philoſophatum fuiſſe. Nonnulli quoque, *Simonem* poſt certamen cum S. *Petro Romæ* initum, à ſuis diſcipulis, membris jam mutilum *Ariciam* delatum, ibidem exſpiraſſe exiſtimant. *Vitellium* Imperatorem hujus *nemoreæ Ariciæ* receſſu vehementer delectatum fuiſſe, author eſt *Cornelius Tacitus l.* 19. De ſtatua verò ab *Oreſte* in hoc *nemore Dianæ Scythicæ* juſſu oraculi erecta, lege *Ovid. Dionyſ.* cæteroſque Authores ſuprà nominatos. Magnas calamitates variis bellorum diſcriminibus paſſa, poſteris tandem temporibus nobiliſſimæ *Sabellorum* familiæ, uti & *Albanum* acceſſit; eodem verò, quo hæc ſcribo, anno 1661, à *Sabellis* in juriſdictionem *Ghiſiorum* familiæ tranſijt, ſub *Alexandro VII* Pont. Max. Oppidum ſanè abundantia rerum, nec non amœnitate ſylvarum præditum eſt. Porros & braſſicam melioris notæ, uti olim, ita modò producit: undè Columella eam matrem porri vocat.

Simonis magi *mors.*

Aricia *ſpectat ad Savellos.*

> Brutia *quæ tellus, & mater* Aricia *porri.*

Martialis l. 13 Epig: 19.

> *Mittit præcipuos* Nemoralis Aricia *porros,*
> *In niveo virides ſtipite cerne comas.*

Habuit hoc oppidum olim ſub radice montis in ima valle lacum, cujus ſuprà mentionem faciunt Authores, qui hodie evaneſcentibus aquis in agrum fæcundiſſimum evaſit; habuiſſe autem hunc Lacum originem ſuam ex *Lacu Nemorenſi*, teſtatur copioſus rivus, qui ex collis vicini latebris profluens molas impetu ſuo convertit; & in hunc uſque diem canalis in *lacu Nemorenſi* ſpectatur, quem propriis oculis detexi hoc, quo hæc ſcribo, anno. Miraculum verò, quod Plinius narrat: *Si carbo in* agri Aricini *glebam inciderit, continuò ardere.* hodiè non comperitur; & ne, quod optimum in toto hoc tractu cernere eſt, tranſijſſe videar, exſtat uno circiter milliari ab *Aricia* nobile *templum Deiparæ* conſecratum, vulgò la *Madonna della Riccia*, miraculorum gloriâ celeberrimum, nec non votivis undiquaque confluentium hominum utriuſque ſexus peregrinationibus frequentiſſimum, utique ea divinæ providentiæ diſpoſitione hoc in loco extructum, ut ubi olim nefaria *Dianæ* ſacra dæmonum inſtinctu celebrarentur, ſuo tempore depulſis dæmonum execrandis idololatriis verus in Deipara Dei cultus unicè propagaretur; quod ita eſſe, Miraculorum multitudo, quæ hoc loco nullo non tempore pientiſſimæ matris beneficio accidunt, ſat ſuperque indicant. *Alexander* deinde *VII*, P. M. pro eximia ſua in Deiparam

Lacus Aricienſis *evanuit.*

Templum Virginis Deiparæ *miraculis clarum.*

param devotione aliud templum ejus honori dicatum in *oppidi Aricini* meditullio quam magnificentiſſimè exſtruxit, quod uti ad ſimilitudinem & ſymmetriam *Panthei Romani* erectum fuit, ita quoque *Pantheon Marianum* vocari juſſit.

CAPUT VII,

De Nemore Aricino, *&* Lacu Dianæ.

Dianæ cultus ac locus ſacer.

NEmus itaque *Aricinum*, ſive *Nemus Dianæ Tauricæ* ſeu *Scythicæ*, duobus millibus paſſuum ultra *Ariciam* ſitum, nemini ex reliquis celebritate nominis cedit. In hoc nemore memorabilis ille *Lacus* ſpectatur, quem nonnulli *ſpeculum Dianæ*, quidam *Artemiſium*, aut *Lacum nemoroſum Dianæ*, alii aliis nominibus inſigniunt; hodiè à duobus ſupernè imminentibus oppidis, vulgò *il Lago di Genſano*, & *di Neme* dicitur, retento ab antiquo *Nemore*, nomine. *Dianam* vero hoc loco ſingulariter cultam ex inſcriptione quadam patet, quæ in *Palatio* ducis *Frangipanii* abaco inciſa legitur; referuntque ſtatuam *Dianæ*, veluti artis ſculptoriæ ſpecimen, Regi *Galliæ* tranſmiſſam fuiſſe. Verum cum hunc *Nemorenſem diſtrictum* ſatis curioſo ratiocinio deſcribat Strabo; ejus hic verba adducam, quibus quæcunque memoratu digna de hoc loco *lacuque* dici poſſunt, comprehendit. *Poſt* Albanum, inquit, montem *in* Via Appia *eſt oppidum* Aricia, *ultra hoc*, Romanorum *oppidum*, Lanuvium *eſt in dextro* viæ Appiæ *latere, unde & mare &* Antium *conſpici poſſunt;* Dianæ *autem quod vocant* nemus *à ſiniſtra* viæ *parte eſt, qua ab* Aricia Lanuvium *verſus aſcenditur;* Templum *in eo ad* Aricinos *pertinet; ajunt* Dianæ Tauricæ *ſacrorum ſimilia ibi eſſe conſtituta; Nam* Barbaricus *quoque atque* Scythicus *mos apud id* templum *obtinet: profugus quippe conſtituitur ſacerdos, qui priorem ſacerdotem ſua trucidaverit manu, ſtrictoque ſemper gladio paratus ad inſultus propulſandos circumſpicit.* Fanum *in* nemore *eſt, ante id* lacus *eſt, mari æmulus ſupercilium montanum continens atque excelſū circumcirca in loco cavo & profundo includit* Lacum *&* fanum. *At fontes quidam conſpicui ſunt, undè* lacus *impletur; ex quibus unus vocatur* Egeria, *communi Numinis cujuſdam nomine. Effluxus autem intus quidem occulti, at foris cernuntur è longinquo conſpicui; Cæterum his locis vicinus eſt* Albanus mons *longè ſublimior* Dianæ nemore *& ejus ſuperciliis, licet excelſis & ſatis rectis: is quoque* lacum *habet longè majorem eo, qui eſt ad* Dianæ montem. Hæc Strabo. A *fani* itaque *Dianæ*, cujus meminit *Strabo*, frequentia & celebritate, jam olim oppidum ortum eſt, cui à ſitu inditum fuit nomen *Nemus*, hodiè *Nemi*. Ad *templum* ſeu *fanum* quod attinet, fuit id in ipſa *Lacus* ripa, cum, uti ex moderna loci conſtitutione patet, nulla ſit inter lacum & montanum hoc *Nemoris* ſupercilium planities, niſi ea quæ *Nemori* ſubjicitur *Lacus* patet, multis objectis collibus; ad quod alluſiſſe videtur Lucr. l. III:

Strabonis deſcriptio Nemoris.

> *Qua ſublime* Nemus, Scythiæ *qua regna* Dianæ.

Regna appellat, quia ſacerdos ſacrorum *Dianæ* præſes rex dictus: unde & *Suetonius in Caligula* eum *Regem Nemorenſem* vocat; undè emerſit fabula de *Oreſte* & *Pylade*, à ſacerdote Rege eos in honorem *Dianæ* ſimulacro ſacrificaturo, niſi rapto Dianæ ſimulachro clam aufugiſſent. Vide totam fabulam graphicè deſcriptam ab *Ovidio l.3 Ponticorum, eleg. II;* & *lib.4 Triſtium, eleg. IV.* Quæ quidē omnia in *Nemore Aricino* contigiſſe narrant, quæ tamen à primis *Latinis*, quorum gentem ex *Aboriginibus* & *Pelaſgis* conflatam fuiſſe ſuprà diximus, è *Græcia*

Fabula de Oreſte & Pylade.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

è *Græcia* huc tranſlata, atque *Nemori Aricino* applicata fuiſſe, nemo dubitare debet, qui *Græcorum* in propagandis fabularum commentis pruritum perſpectum habuerit; Ubi & videre eſt de *Hippolyto* à *Diana* ad vitam revocato fabulam ſane celebrem. Nam *Diana Hippolytum* à *Phocis* diſcerptum ab inferis ad vitam revocatum in *Aricino*, uti *Servius* refert, *Nemore* Nymphæ commendavit *Egeriæ*, eumque *Virbium* quaſi bis virum, juſſit vocari; unde Cornuto teſte, *Quatuordecim millibus ab urbe eſt* Virbii clivus, *qua iter eſt ad* Ariciam *&* Nemus Dianæ: locum vide in mappa. Quænam autem fuerit *Egeria* illa Nympha, & quis fons ejus, varii variè tradunt; ſunt qui eam *Numæ Pompilii* uxorem dicant; alii unam ex *Muſis* eſſe volunt, alii alia comminiſcuntur. *Dionyſius Halicarnaſſ.* ait, *Numam* nocturnos cum *Egeria* Nympha congreſſus finxiſſe, ut hac religione devincti leges ab eo veluti authoritate Deorum latas libentius ſuſciperent; quotidiè enim ad eum ventitaſſe *Egeriam* Nympham, eumque ſapientiam edocuiſſe. Ad fontem autem habitaſſe ferunt, qui & *fons Egeriæ* dictus fuit, uti ſuprà ex *Strabone* patuit; fontis hujus limpidiſſimi tam copioſæ hodiè ſub *Nemorenſi* oppido ex antro profluunt aquæ, uti ſupra meminimus, ut molas flumine ſuo ſtatim convolvant; & hunc *Egeriæ* conſecratum *Statius Syl. l.* 5, *Car.* III, teſtatur; reliqui verò fontes ſub *Cynthiano* ſive *Genzano* oppido *Muſarum* ſive *Camœnarum* habiti ſunt fontes. Livius, *Erat, quem medium ex opaco ſpecus fons perenni rigabat aqua; quo quia ſe perſæpè* Numa *ſine arbritris veluti ad congreſſum deæ inferebat*, Camœnis *eum lucum ſacravit, quod earum ſibi conſilia cum conjuge ſua* Egeria *eſſent*. Ovidius.

Hippolyti *fabula.*

Virbius *quis, ejuſque origo & etymon.*

Egeria *Nympha.*

Numæ *fabula.*

Muſarum *fontes.*

Nympha mone, nemori ſtagnoque *operata* Dianæ,
Nympha Numæ *conjunx*, *ad tua facta veni.*
Vallis Aricinæ *ſylva præcinctus opaca*
Eſt lacus, *antiqua relligione ſacer.*
Hic latet Hippolytus *loris diſcerptus equorum*,
Vnde nemus *nullis illud aditur equis.*
Defluit incerto lapidoſus murmure rivus.
Sæpè ſed exiguis hauſtibus inde bibe.
Egeria *eſt*, *quæ præbet aquas*, *Dea grata* Camænis,
Illa Numæ *conjunx conſiliumque fuit.*

Alii putant, *Lucum fontemque Egeriæ* fuiſſe *Romæ* ad portam *Capenam*, colliguntque id ex Satyra Sulpiciæ, quam de Reipub. ſtatu, temporibus *Domitiani* compoſuit, cum ille edicto philoſophos ex Urbe exegiſſet, ubi *Calliopen Muſam* fingit, ita ſibi reſpondentem:

Pone metus æquos, *cultrix mea*, *ſumma Tyranno*
Hæc inſtant odia, *& noſtro periturus honore eſt.*
Nam Laureta Numæ *fonteſque habitamus eoſdem*,
Et comite Egeria *ridemus inania cœpta.*

Sed uti *Romanis* moris fuit, potuit ad ſimilitudinem *Aricini Luci fontiſque* alius & *Romæ* eidem Deæ conſecrari. uti de fonte & Virbii clivo egerant.

Lacus hodiè vocatur *il lago di Nemi*, oppidum in dorſo *lacus* ſitum, *Frangipaniorum* juriſdictioni ſubeſt, cui ex oppoſito reſpondet *Genzanum*, olim *Cynthianum*, cum arce Ducis *Cæſarini*, loci poſſeſſoris. *Fons* verò, quem *Egeriæ* olim dicebant, hodiè quoque ſpectatur ex antro tanto impetu prolabi, ut immediatè molas frumentarias volvat; Antrum verò canali ſuo facilè oſtendit, *lacum* hunc commune ſub *Albano monte* hydrophylacium, ex quo impletur, habere: nam *Lacum Albanum* certo certius per occultum meatum in *Nemorenſem lacum* ſeſe exonerare, ſuprà diximus, & hunc per alios occultos canales tum in agros infra *Ariciam*, tum ad *S. Petronillam*, veteris *Lavinii* locum, ſeſe cum exonerat, *Numico* flumini originem dare. *Lacum* quoque *Dianæ ſpeculum* dictum, eò quod *Diana* ex *monte Albano*, in quo

Nemus.

Cynthianum.

Dianæ lacus ſpeculum dictum.

lacus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Lacus inſtar ſpeculi rotundi & ſplendidiſſimi comparet, ſeipſam contuitam fuiſſe fabulantur. Quicquid ſit, locus eſt amœnitate plenus. *Nemus*, hodiè oppidulum ſupercilio montis impoſitum, palatio nobiliſſimo adornatur, proſpectu prorſus delicioſo, ſylviſque venationibus aptiſſimis circumdatus. Ab *Aricia Genzanum* uſque via patet ad integrum milliare & amplius, quintuplici arborum diſcrimine ita digeſta, ut nihil hiſce locis amœnius ſpectari queat; huic è regione *Monaſterium Patrum Cappucinorum* in clivo eminet; quem ego *clivum Virbii* fuiſſe, ex Authoribus haud inveriſimiliter conijcio.

Veruntamen hæc omnia, ut, num vera eſſent, & an nonnulla dictorum locorum veſtigia adhuc ſupereſſent, reperirem, anno quo hæc ſcribo 1662, 10 die Octobris, totius *Nemorenſis lacus* explorationem auſpicatus ſum; in qua quæcunque obſervavimus, hic oculis curioſi Lectoris ſupponam; *Lacus* eſt in circuitu 4 millium paſſuum; crater verò fere ſex millia paſſuum facile comprehendit; olim ex omni parte habitatus, præſertim ad illam oram, quæ meridianam plagam reſpicit, in quo vix ad decem paſſus procedas, ubi non vetuſta ruderum veſtigia occurrant, quæ quidem non comparent, niſi per occultos meatus interiora penetraveris; tum enim hinc ſubſtructiones mirabiles, illinc rarâ magnificentiâ fana, ambulacra longiſſima continuato ordine deteguntur. Spectantur & *Cæſaris Auguſti* ſemiſepulta magnificentiſſimi palatii veſtigia non procul à canali, quo aqua in *lacum Aricinum* deducebatur, magna ſanè quadratorum lapidum mole conſtructo; quoniam verò, ſive datâ operâ, ſive labantis materiæ caſu, ſucceſſu temporis canalis obſtructus eſt, ita quoque *lacus Aricinus* aquarum allapſu deſtitutus in campum, quem *Concham* vocant, fertilitate inſignem evaſit. Aqua verò canalis ſemiruti per diverticula hinc inde elapſa,

Lacus Nemorenſis deſcriptio.

Rudera Antiquitatis.

molis verſandis ſummo indigenarum emolumento adhuc ſervit. Ex hoc *lacu* pariter ſuam famoſus ille *fluviolus Numicius* originem trahit, qui prope *Patricam*, hodie corrupto nomine *Prattica*, vel potius ad *S. Petronellam*, vetus *Lavinium*, olim interitu *Aeneæ* celebrem locum, ex rupe in ingentem fontem erumpit, & hinc in mare trium milliarium ferè ſpatio diſſitum evolvitur. Crater lacus verſus orientalem partem tribus ingentibus aquarum fontibus irrigatur, quorum principalis eſt infra *Arcem Frangipaniorum* ex ingenti rupe emergens, tres molas verſat. Alter *Aricia* verſus *Cynthianum* tendentibus occurrit. Tertius ad *Monaſterium Franciſcanorum*; ſinguli limpiditate, ſalubritate, nec non nivea quadam frigiditate pollentes. Eſt in rupe eminenti ſitum oppidum à *Nemore*, *Nemi* nomen in hunc uſque diem retinens, quod maximè magnificum ſanè & peramplum *palatium Frangipaniorum* illuſtrat, eo in loco, ubi quondam *templum Dianæ* conſiſtebat ab omnibus ſcriptoribus celebratum, unà cum turri, quam *turrim Dianæ* vocant, ad altitudinem 120 pedum faſtigium erigens, formâ rotunda & cylindracea, cujus interior diameter 25, exterior 30, craſſitudo murorum 5 pedum invenitur: ſpectabile ſanè opus & conſideratione digniſſimum. figuram ejus in appoſita mappa contemplare. Supra ſolidam rupem fundumq; ſaxoſum exſtructum, ſub quo ampliſſima Crypta fontibus irrigua reperitur, quam ego *Egeriæ* olim *antrum* fuiſſe ex Auctorum ſupra memoratorum ſcriptis coniicio; & in hunc uſque diem locus vulgo *Gerulo* vocatur, nomine ab *Egeria* non procul remoto. Planities non exigua infra hanc expanditur, mira porrorum cæparumque, uti olim, ita & in hunc uſque diem feracitate celeberrima: cæterum hodie totus crater ad *Lacum* uſque ſylvoſa arborum condenſatione perplexus eſt; exceptâ eâ parte, quâ Auſtrum Eurumque ſpectat,

Numicius amnis *Æneæ interitu famoſus.*

Frangipaniorum Palatium.

Turris Dianæ.

Antrum Egeriæ.

G vineis

vineis abundante. Hinc ut expeditius *Cynthiano Nemus* iter haberetur,

Via Frangipaniorum.

Dux *Frangipanius*, exſectis cautibus trium ferè milliarium viam undique denſiſſimis arboribus inumbratam magnis ſanè impenſis intra craterem montis ad latus Auſtrale deplanari juſſit, quo nil amœnius delicioſiusque videri poteſt. E regione *Nemoris* diametraliter oppoſita

Cynthianum.

Cynthianum, vulgo *Genzano* ſitum eſt, de quo ſupra: nobile & dives oppidum *Cæſarini* Ducis juriſdictioni ſubjacet; infra quod

Arbor famoſæ vetuſtatis ac vaſtitatis.

ad ipſum *lacum* arborem vidi tantæ magnitudinis, ut integra familia 25 perſonarum facile concavitatem inhabitare queat. Incolæ certo ſibi perſuaſum habent, arborem hanc *ab Cæſare Auguſto* inibi plantatam, ſucceſſu temporis in tantam molem excreviſſe. Sed ſinamus indigenis plus æquò credulis plebejam hanc perſuaſionem.

Lacûs Nemorenſis deſcriptio.

Lacus cæteroquin piſcium abundantiâ refertus eſt: ubi profundiſſimus, triginta ulnarum longitudinem non excedit. In æquilibrio cum *lacu Albano*, cui per occultum canalem communicat, conſiſtit, omnemque ex *Albani montis* hydrophylacio aquarum copiam recipit. Utriuſque lacûs crateres non niſi mille ducentis paſſibus diſſident, ita ut intermedium illud ſpatium terreſtrè, optimo jure pons quidam utrumque lacum jungens dici poſſit.

Porro à *Cynthiano* ſive *Genzano* oppido *Ariciam* verſùs, uti olim *via Appia* tendebatur; ita hodie nobiliſſimis ac planè regiis ambulacris ad integrum

Via Cæſarini.

milliare ab Excellentiſſimo Duce *Cæſarino*, quadruplici arborum ordine conſitis inſtructa eſt, ut in toto *Latio*, ſive magnificentiam ſive raram amœnitatem ſpectes, quicquam pulchrius delicioſiuſque non occurrat. Et non ita pridem in amœniſſimo *Cappucinorum monaſterio* detecti ſunt veterum *Romanorum* aquæductus, magno ſanè *Cynthianorum* emolumento futuri; ſi *Nemorenſes* inter *Cynthianoſque* de juriſdictione exortum diſſidium illud non impediſſet. Certè à primis Cæſaribus *Auguſto* & *Tiberio* hoc in *lacu* undiquaque delicioſiſſimo naumachiam

Naumachia priſcorum Cæſarum.

inſtitutam, naves in fundo *lacus* à piſcatoribus detectæ, quas tempore *Martini V* Pontificis *Proſper Columna* Cardinalis magnis expenſis machinarumque apparatu extrahi juſſit, ſatis teſtantur; quarum artificioſa & nunquam aliàs illis ſimilis viſa ſtructura navis, ſatis arguit, ipſas in medio *lacu* fixas, continuoque habitatas fuiſſe; idque ex bicubitalibus canalibus plumbeis, quorum unus alteri ſtrictim inſerebatur, ex fundo extractis colligunt; Architecti verò iis exactè exploratis, præter inſcriptionem *Tiberii Cæſaris* nomine inſignitam, ex magna quoque illa fontis ſcaturigine, quam molas infra *arcem Frangipaniam* verſare diximus, ad navium uſque habitationem in medio lacu conſtitutarum, ne quicquam deliciarum deeſſet, aquas frigidiſſimas deductas aſſeruerunt. Verùm ne quicquam proprio ſenſu aſſeruiſſe videar, hic Blondi verba adducam, ex quibus fabrica fuſè & copioſè deſcripta luculenter patebit.

Blondi verba, quomodo naves demerſæ fuerint extractæ.

Quantum autem, inquit, lacus *ipſe majoribus fuerit gratus magnum hoc tempore apparuit argumentum.* Proſper Columna *Cardinalis, Patritiuſque Romanus, cum* Nemorenſe *illud* Cynthianumque Caſtellum *paterna poſſideat hæreditate, aliquando audivit* Nemorenſes *dicere naves ſuo in* Lacu *binas eſſe ſubmerſas, quæ nec adeo putres ſint, ut laceratæ funiculos de induſtria alligatos, nec retia caſu implicita tractæ ſequantur: nec integræ ſuis ipſorum omnium incolarum viribus queant extrahi. Quare vir ipſe bonarum artium ſtudiis & inprimis Hiſtoriæ deditiſſimus, nec minus vetuſtatis indagator curioſiſſimus, quid magnæ naves parvo & altiſſimis undique circumdato montibus in* lacu *ſibi voluerint noſſe animum adjecit, noſterque* Leo Baptiſta Albertus *Geometra noſtri temporis egregius, qui de re ædificatoria elegantiſſimos*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Lacus Aricini Priſca Conſtitutio
una cum fabrica in medio lacus extructa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

compoſuit libros, ad id operis eſt vocatus. Qui vaſa vinaria multos colligata in ordines ea ratione in lacu diſpoſuit, ut de ipſis tanquam pontibus hinc inde penderent machinæ, quibus harpagone ferreo denſioribus appenſo rudentibus captam mordicus navem, fabri peritiores lignarii attraherent, & à Genua urbe maritima mercede conducti aderant, piſcibus quàm hominibus ſimiliores nonnulli, quorum partes fuerunt in Lacûs profundiora natando deſcendere, & quanta eſſet navis, quamque integra ſentire, & demiſſos funibus harpagones in morſum capturamque applicare. tandem capta ligataque ad proram navis, cum integra non ſequeretur, fracta eſt, & ejus particula trahentes harpagones eſt ſecuta. Spectaculo fuit omnibus Romanæ Curiæ nobilioris ingenii viris particula navis, quam hac ratione fabricatam fuiſſe apparet.

Navis deſcriptio.

Navis tota larice, ligno, aſſeribus trium digitorum craſſitudine compacta, bitumine extrinſecus delibuta fuit. Quod bitumen, ut etiam nunc apparet, croceum purpureumve contexuit continuitque velamen, & plumbeis deſuper chartis ſuperficies tota ab aquis imbribuſque navem bitumenque defenſura obtecta eſt, quas quidem chartas claviculi non, ut aſſolet, ferrei, ſed ænei frequentes infixi ita compreſſerunt, ut omnis humor perpetuò arceretur. Interior navis pars non ab imbribus magis & humore, quàm ab igne & ferro fortiſſimam habuit defenſionem;

Antiquorum in rebus ſolidè ſtruendis ſtudium.

nam cum argilla & creta quidquid ligneæ ſoliditatis navem intus compegerat, ad digiti unius craſſitudinem tectum delibutumque eſſet, ferrum vehementi igne concoctum, liquefactumque ſuperinfuderunt, quoad digiti unius & alicubi duorum craſſitudinem ſenſim dilatatum. tantundem magnitudinis ferrea, ut ita dicam, habuit navis, quantum laricea prius habuerat, & ferro inſuper alia argillæ & creatæ bituminatio, vel ut olim in ædificiis appellabatur, complaſtratio ſuperinfuſa eſt; obſervatumque fuiſſe videmus, ut concocto liquefactoque ferro, priuſquam refrixiſſet, argilla cretaque, & ipſa eodem decoquenda calore, ſuperinducerentur, quo & ſubſtrata & ſuperius deducta argilla unum, ſicut etiam nunc ſunt, commixtum ex lateritio & ferro bitumen efficerentur. Dumque huic expiſcandæ navi omnis undique inſudat multitudo, fiſtulæ in fundo lacus inventæ ſunt plumbeæ, bicubitales longitudine, firmiſſima craſſitudine, quas mutuo morſu ac compagine combaſiantes in quantumvis maximam longitudinem producere licuit:

Canales plumbei.

earum verò ſingulis elegantes inſculptæ ſunt litteræ, authorem, ut conjicimus navis, ſuum Tiberium Cæſarem Auguſtum indicantes; cenſuitque Leo Baptiſta, fontis copioſiſſimi lucidiſſimique ad Nemorenſe oppidum ſcatentis aquas, nunc molas convolventes, multo ipſarum fiſtularum ordine ad medium uſque lacum fuiſſe perductas, quæ ædibus inſervirent ampliſſimis latiſſimiſque, quas navibus prædictis ſuperimpoſitas fuiſſe tenemus.

Clavi ænei.

Pulchrum autem & penè mirum eſt, videre clavos majores æneos, quibus bicubitalibus navis conſtructa erat, ita integros, ita politos, ut nuper à fabri ferrarii incudibus exiiſſe videantur. Hucuſque Blondus. Certè in Muſæo Gualdino unum ex hiſce clavis æneis ſumma cum voluptate me vidiſſe memini: ut proinde ex hiſce magnificentiam veterum in inventionibus rerum ſatis mirari non queam.

Rerum hucuſque enarratarum typum in ſequenti ichnographia Lector contempletur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

CAPUT VIII,

De Lanuvio, *vulgò* Cività de la vigna.

VLtra *Ariciam*, & dictum *Dianæ Nemus*, ad *Viam Appiam*, vetus conſtituitur *Lanuvium*, quod & hodiè *Cività de la vignà* dicitur, ſub juriſdictione familiæ *Cæſarinorum*, colli impoſitum oppidum, quæ Patria fuit *Antonini Pii* Cæſaris 8 milliaribus à mari diſſitum. Confunditur hoc oppidum paſſim ab Authoribus cum *Lavinio* prope *Laurentum* & *Ardeam*, ob nominum forſan anagrammaticam ſimilitudinem deceptis; perperam. *Lavinium* enim primum in *Latio* oppidum fuit, quod *Æneas*, dum è *Græcia* profugus ad *Thyrrheni maris* littora appuliſſet, juxta *Laurentum* condidit, à conjuge ſua *Lavinia* nomine ei indito; putaturque ſub eo clivo, ubi hodie *templum S. Petronillæ* viſitur, ſitum fuiſſe ad *flumen* videlicet *Numicium*, ad quod *fanum* ſub *Iovis indigetis* nomine, *Æneæ* hoc in flumine ſubmerſo & inter indigetes Deos tranſlato, conſecratum fuit; uti ex ſupracitatis Authoribus patuit. *Lanuvium* verò *Romanorum* municipium fuit in *agro Solonio*, ſupra ultimam *Albani montis*, qua mare reſpicit, radicem conditum, in clivo, ex quo mare, uti dixi, *Antium* & *Circejum* ſpectantur, *Antonini Pii*, uti paulo ante relatum fuit, Cæſaris, *Milonis*, *Muræenarum*, aliorumque virorum conſulari dignitate conſpicuorum ortu cumprimis celebre. Atque hic eſt ultimus Montani *Latii* mediterranei terminus. In quo uti innumera antiquitatum veſtigia etiamnum reperiuntur, ita illa quoque magno ſtudio inveſtigata hîc apponenda duxi, unà cum epiſtola, quam *Valentinus Stebærus*, tunc temporis in *Caſtro Gandulfino* Medicus, doctrina & eruditione eximius, de *Lanuvinis*, *Albaniſque*, antiquitatibus, ad me miſit; ita autem res ſeſe habet.

Admodum Reverende in Chriſto Pater,

Iuſſis tuis obtemperaturus, Reverende Pater, haudquaquam ſuperſedendum cenſui, quin vicinas haſce vineas antiquitatum inveſtigandarum cauſa obirem. Imprimis rudera Coloſſei *ſeu* Amphitheatheatri, *quod* Caſtri Gandulphini *inter &* Albani *vineta ferè immediatè infra* Capucinos *ſitum eſt, ac planè contiguum horto* S. Pauli Monachos S. Hieronymi Ordinis *concernenti, hodie videre eſt, & ego aliàs cupidiſſimus ſemper obſequendi S. Ræ. non duntaxat perquàm accuratè ſingula intuitus ſum; verùm etiam non fiſus propriâ ſcientiâ convenire putavi R. D. Archipreſbyterum Albanenſium, virum haud vulgari doctrinâ inſignitum, & antiquitatis præcipuum indagatorem, amantiſſimum mei; qui inter cætera mihi retulit, illud verè eſſe* Amphitheatrum, *ubi antiquitus Reges* Latini, *varia ſpectacula, ludos gladiatorios, taurorum aprorumque venationes, caballos curulibus vehendis conjugatos, aliaque Athletica exercitia publicitùs exhiberi jubebant, atque unde poſtmodum veteres* Romanos, *exemplar condendi* Coloſſei *intra* montem Cælium *ſumpſiſſe memoriæ proditum eſt; nunc plurima ex parte ſuis jacet ruinis ſepultum ac grandiuſculis ſaxis orbatum ac nonniſi hodie multarum glebarum in altum elatarum ſaxorumque ſurſùm deorſùm volutatorum indiſcriminatim aggeribus undique refertum, quæ propter vim vegetativam eis inexiſtentem, illud valde inæquale, & anguſtius ſolito injuriâ temporis reddere apta nata fuere. Hiſce ita perſpectis iter tetendi quoque ad* Lanuvinas *oras, quas inter &* Cynthianas Palatium Evandri *extitiſſe perhibetur, cujus rudera vepretis hodie ac dumetis undique ſubadnaſcentibus òbſita carioſè obivi ac circumivi: quæ tametſi memoratu*

Amphitheatri Albanenſis *ruderá.*

Palatii Evandrini *veſtigia.*

ratu

ratu digniſſima exſtent propter variegatos fornices affabrè concinnatos & plurima adnexa fana (veluti priſcæ Latinæ *gentis ſuperſtitionibus addictæ mos erat) curioſis tamen inveſtigatoribus haud ita facilem permittunt acceſſum, utpotè undique circum amicta ſpinis: aſſeruntque* Canonici Lavinates, *iſthoc in loco verè conditum ſtetiſſe* Lanuvium, *unde* Lavinia *conjunx, timore belli illius horrendi* Turnum *inter &* Æneam *acti perculſa, ſubter terra clam aufugerit ad proximiorem collem, unde adhuc hodieque ſemidirutarum turrium rudera eminùs conſpiciuntur atque, ubi nunc* Lavinia *eſt, ſupernam partem, ſeu* arcem *potius,* Laviniæ *exſtitiſſe, quemadmodum ex machinis & fragmentis ingentium murorum non procul à porta verſus mare apparentium, nunc olivetis oleribuſque undique ſupernaſcentibus oppletorum, videre licet, & veterem* Laviniam *urbem versùs mare* Tyrrhenum *protendiſſe, unde apud Maronem,* Lavinaque littora: *De quibus omnibus ac plurimis aliis rebus in hiſce finitimis plagis, præcipuè* Nemorenſibus, Aricinis, *&* Albæ longæ, *obſervatu condignis, exactiorem communicabo ſuæ Ræ. intra perbrevem temporis intercapedinem notitiam, quam à præmemorato Archipreſbytero Albani habuero, qui multa præclara hac ſuper re ſedulò olim abs ſe animadverſa, & in commentariolum redacta, cuidam Religioſo* Vallis Imbroſæ *apud* Deiparam Aricinam *degenti ſe conceſſiſſe effatus eſt, & pollicitus ſe mihi omnia, ubi ea repetere potuerit, mutua daturum, vel ſaltem Latiali ſermone dictaturum, ad hoc, ut ſua Ra. quod melius atque obſervabilius inde judicaverit, ſibi id ipſum depromat: efficiam verò, ut circa hoc quantocyùs ei ſatisfiat. Interim haſce inſertas inſcriptiones, qualeſcunque ſint, meliori modo & ſtudio, quo valui, in foro* Lavino *à me adnotatas tranſmitto, etſi vetuſtate temporis propemodum obliteratas, atque ſcurrarum petulanti inſultu adulteratas, plurimiſque characteribus expunctis deſtitutas, quas tamen intellexi à Senioribus loci Excellentiſſimam Ducem* Cæſarinam *paucis ab hinc annis eaſdem, utpote tum magis legibiles exiſtentes, à quodam Grammateo tranſſcribi, & ſummo Pontifici* Alexandro Septimo, *eas ipſas poſtulanti amandari feciſse, à quibus fortaſſe nunc exorari poſſent, quando præſentes S. Ræ. non arriderent.*

Lanuvii veteris ſitus.

Inſcriptiones hæ ſunt.

Inſcriptiones antiquæ in foro Lavinienſi.

Inſcriptio lapidis, quæ muris Eccleſiæ, que forum ſpectat, inſerta conſpicitur.

M. AUREL. AUG. LIB. AGILLO. SEPTENTRIONI. PANTOMIMO. SUI. TEMPORIS. PRIMO. SACERDOTI. SYNHODI. APOLLINIS. PARASITO. ALUMNO. . . . .

AB IMP. M. AUR. COMMODO. ANTONINO. PIO. FELICE. ORNAMENTIS. DECURIONAT. DECRETO. ORDINIS. EXORNATO. ET. ALLECTO. INTER. JUVENES.

S. P. Q. LANUVINUS.

Ibidem alia inſcriptio Lapidis muris inſerti in veſtibulo Domûs Canonicorum.

T. AURELIO. AUG. LIBER. APHRODISIO. PROCONS. AVG. S. P. Q. L. DEDIC. Q. VARINIO. Q. F. MARCI ÆVIANO. ÆD.

Alia inſcriptio lapidis in foro;

CN. EVIO. C. F. DONATO. JUNIANO. CONSULI.
ERO. CONSULI. SICIL. ÆR. PROVINC. PR.
ÆDILI. QUÆSTORI. SICILIÆ. PROVINCIÆ.
ET CURET. CIVITATIVM ....AB IMPER.
...CN. FE. LIC. AVG.

Cæteræ voces obſoleſcentes prorſus ſunt, & obterratæ attritione catenarum, quibus vinciuntur fures, aliique delinquentes.

Valeat, ſuoque patrocinio verè paterno deinceps me complecti ne gravetur. Dabam apud Caſtrum Gandulphi, *die* 24 *Ianuarii, Anno à partu Virgineo* 1663.

Suæ adm. Rdæ. Patis.

Obſtrictiſſimus atque Obſervantiſſimus ſervus,

Valentinus Steboerius,
Jatrophyſicus C. Gandi.

PARS

PARS II,
AGER TUSCULANUS, & Circumjacentia loca.

CAPUT I,
De Veteri Tuſco, *&* Montibus, Tuſculanis.

Tuſculi *origo & ſitus.*

TVſculum in jugo montis conſtituta civitas nulli *Latinarum* urbium antiquitate cedit. A *Telegono Circes* & *Vlyſſis* filio conditam fuiſſe, omnes ferè ſcriptores conveniunt, id eſt, ab *Aboriginibus*, & *Pelaſgis*, poſt pulſos *Siculos*, ante bellum Trojanum tribus fermè ſeculis. hinc Ovidius l. IV Faſtorum:

Et jam Telegoni, *jam mœnia* Tiburis udi
Stabant, *agricolæ quæ poſuere manus.*

Et lib. 3 Faſt.

Inter Aricinos, Albanaque *tempora, conſtat*
Factaque Telegoni *mœnia celſa manu.*

De ſitu hujus urbis nullam prorſus controverſiam apud Authores reperio, cum in nullo alio loco conſtiterit, quam in ultimo ſupremoque *Tuſculani montis* jugo, prout rudera ingentia, quæ paſſim illuc tendentibus obvia fiunt, luculenter demonſtrant. Fuiſſe autem ſplendidum oppidum, amphitheatri, fanorumque veſtigia, quæ adhuc nonnulla ſuperſunt, abundè teſtantur. *Amphitheatrum*, cujus pars nulla, niſi muri in circuitu, adhuc ſupereſt, diametrum habet 120 palmorum: cætera arundineta, dumi, vepreſque occupant. *Mons*, qua *Viam Latinam Albanumque* reſpicit, ob ſalebroſum aſcenſum difficilis aditu eſt; undè hoſtium adventantium aſſultus facilè eluſit; qua de cauſa *Tarquinius ſuperbus* à republica exactus, rerum ſuarum ſatagens, filiam ſuam in matrimonium cum *Octavio Mamilio Tuſculano*, *Latinorum* nobiliſſimo potentiſſimoque

Amphitheatri Tuſculani reliquiæ.

Tarquinius ſuperbus *ex Rexſe* Tuſci

principe, conjunxit, ea ſpe fretus futurum, ut tum potentiâ generi, tum munitiſſimi loci præſidio tutiùs *Romanis* bellum indicere poſſet, & hoc pacto ereptum ſibi regnum recuperare. Quæ Livius hiſce verbis refert: Tarquinius *autem reputans ſecum, vi, non jure partam potentiam opus habere non ſolum domeſtico, verùm etiam externo præſidio, nobiliſſimum* Latinorum *& potentiſſimum ſibi junxit neceſſitudine, data ei in matrimonium filia; is videbatur* Octavius Mamilius, *genuſque referebat ad* Telegonum Vlyſſis *&* Circes *filium; habitabat autem* Tuſculi. Feſtus de Conditore oppidi hujus agens. Mamiliorum inquit, *familia progenita fuit à* Mamilia Telegoni *filia, quam procreaverat* Tuſculi, *quandò id oppidum ipſe condidiſſet.* *M. Porcium Catonem* quoque municipio *Tuſculo* ortum refert. Fuit autem *municipium* nihil aliud, *Feſto Pompejo* teſte, quàm id genus hominum, qui cum *Romam* veniſſent, neque *cives Romani* eſſent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum unà cum *Romanis civibus*, præterquam de ſuffragio ferendo, aut magiſtratu capiendo; ſicuti fuerunt *Fundani*, *Formiani*, *Lanuvini*, *Tuſculani*, qui poſt annos aliquot *cives Romani* effecti ſunt. *Cn. Plancium Tuſculanum* fuiſſe, *Cicero* dicit *in Orat. pro Cn. Plancio*: Tu es ex antiquiſſimo *municipio Tuſculano.* Inter fortunatos quoque rerum eventus narratur ille de *L. Furio*, conſule *Tuſculano*, qui rebelli *Tuſculo* relicto ad *Romanos* profugus conſulatum adeptus eſt, atque adeò uno & eodem anno *Romanis* &

recepit ad Oct. Mamilium, *Principem loci, affinem ſuum.*

Mamiliorum *familia* à Mamilia Telegoni *filia.*

Patria catoris Tuſcum.

Municipium Tuſculanum *quale?*

L. Furii *memorabilis fortuna.*

Tuſculanus

Tuſculanus inſignibus partis victoriis triumphum duxit de ſubjectis *Tuſculanis*, & de victoribus *Romanis*. Sed jam genuinam *Tuſculani agri* montiumque deſcriptionem ordiamur, ut ex hac delineatione Lector, quæ de circumſitis oppidis locisque allaturi ſumus, ſingulorum ſitum luculentius percipiat.

Tuſculi *deſcriptio.*

In T*uſculano monte* T*uſculum* ſitum fuiſſe, paulò ante oſtendimus, qui *mons Albano monti* adeò vicinus eſt, ut ex *Hannibalis* campo jaculo impeti poſſe videatur, adeoque ἀποσπασμάτιόν τι καὶ ἀποῤῥὼξ, id eſt, *pars quædam avulſa* Albani montis *videri queat*, *via Latina* in valle inter utrumque conſtituta. In ultimo itaque jugo *montis* T*uſculani Tuſcum*, ſive T*uſculum*, priſcum conſtitutum fuiſſe, ſuprà diximus, ea amplitudine, quam rudera paſſim obvia indicant. Longitudo urbis uſque ad dorſum montis 220 paſſuum fuiſſe ἀυτομετρίᾳ comperi; Latitudinem montis variam, nunc majorem, nunc minorem, ubi maxima 500 pedum, ubi minima 200 pedum deprehendi: ex qua menſura amplam ſanè pro iſtorum temporum conditione urbem, nec non ædificiis villiſque ſplendidam fuiſſe conſtat. In ultimo *montis* jugo *Algidum* reſpicit, de quo paulò poſt uberius ratiocinabimur; in deſcenſu verò verſus inferiorem montis partem, ſive dorſum, in parvam quandam eandemque ob proſpectum peramœnam terminatur planitiem, ubi etiamnum rudera ſpectantur, quæ delicioſum locum fuiſſe oſtendunt, cryptis, periſtyliis, exedriſque ſpectabilem; quamvis hodiè arboribus, pratis, virgultiſque obſitus locus vix ullam priſtinæ dignitatis ſpeciem exhibeat: atque hoc in loco veluti receſſu quodam, ab omni ſtrepitu populari longè remotiſſimo, *Ciceronem* domum ædificaſſe volunt, uti Muſis conſecratam, ita parœdriis aptam, xyſtiſque inſignem; in qua veluti literaria quadam palæſtra auditoribus ſuis eas *quæſtiones*, quas *Tuſculanas* vocavit, tradidiſſe credunt omnes Antiquitatum notitiæ periti ſcriptores.

Tuſculi *amplitudo olim, ex modernis ruderibus colligitur.*

Ciceronis *Academicus locus.*

Spectantur, uti dixi, etiamnum rudera, murique, exedræque in eo, quem dixi, loco, dorſo videlicet *Tuſculani* jugi, in quo *civitas* olim *Tuſculana* terminabatur, paulò ſupra palatium, ſeu *villam Cardinalis Sachetti*, quæ hanc planitiem Ciceronianam pomœrii ſui ambitu includit. Ex hac enim alter deſcenſus per duplicem vallem, *Fraſcatium* uſque (quod *Tuſculum novum* dicimus) uti olim ædificiis, palatiis, villis, hortis, fontium aquarumque amœnitate, dorſis montis grata lucorum obſcuritate peramœnis jucundum fuit, ita & hodie quoque per dorſum montis deſcenſus datur priſcæ jucunditatis prorſus æmulus, de qua paulò poſt. A *Tuſculo* verò hoc *novo*, ſeu *Fraſcatio*, alius deſcenſus datur in omnem partem longè latèque extenſus uſque ad agri *Romani* planitiem: ex ortu *Marinum*, *Albanum*; ex ſeptentrione *Gabios*, *Lavicos*, *Tibur*, *Præneſtinoſque montes*; ex meridie *Romam*, totamque *Sabinorum* regionem reſpicit; ex occaſu totam maritimam oram ad *Circejos* uſque *montes* & *inſulam Pontiam* adſpectat. Atque in hoc declivi montis ſitu olim *Luculli* delicioſas *villas*, aliorumque Principum *Romanorum* fuiſſe, ex ruderibus ſuperſtitibus paulò poſt oſtendemus. Et ut undè diſceſſimus revertamur: *Tuſculum* priſcum tum potentia, tum munitione loci clariſſimum fuiſſe, bella maxima cum *Romanis* geſta declarant; quorum primum inter *Octavium Mamilium*, *Latinorum* principem, *Tuſculanum*, & *Romanos* exortum fuit, eo qui ſequitur modo: *Tuſculani* viribus ſuis confiſi, & potentiâ *Octavii Mamilii*, & *Tarquinii* à republica jam exacti, ſeſe de *Romanis* vindicaturi, ſummâ ferociâ eos infeſtare non ceſſabant; unde hi comparato ingenti exercitu, exercitui T*uſculanorum* reſtituri ad *lacum Rigillum* ſibi occurrerunt, ubi dato ab *Aulo Poſtumio*, Dictatore *Romanorum*, duce prælii, ſigno,

Tuſculum *novum Fraſcatium.*

Luculli villæ *ubi ſitæ fuerit?*

Prælium Romanorum *cum* Tuſculanis *ad* Lacum Rigillum.

à duobus



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

à duobus concurrentibus furioſè exercitibus diù dubio Marte tam acriter pugnatum fuit, ut ad iſtud tempus, prælium iſthoc acrius & atrocius contigiſſe non memorent Scriptores, adeòque vel ipſos Deos *Caſtorem* & *Pollucem*, uti *Florus* refert, huic interfuiſſe ſpectaculo fama tradiderit. *Romani* tandem fortuna favente ſuperiores facti, totum *Tuſculanorum Latinorum* exercitum fuſum ad internecionem deleverunt, reliquoſque fugitivos *Tuſculum* uſque proſecuti, portis interceptis, ſpoliatam urbem funditus unà cum tota *Mamiliorum* familia deſtruxerunt. Vide de hoc bello apud *Ciceronem*, *Dionyſium*, *Livium*, *Valerium Maximum*, *Florum*, aliosque fusè actum; & quamvis *Lacus Rigilli* omnes meminerint, loci tamen, ubi is ſitus fuerit, nullus mentionem fecit: eam procul dubio ob cauſam, quod eo *lacu* in *agro Romano* nihil celebrius, notiuſque eſſet; eſtque abſque ulla controverſia *lacus* ille, quem hodiè, *Lacum S. Praxedis*, aut modo etiam, *il lago di Caſtiglione*, aliqui *S. Severæ* vocant, qui uti continuata tumulorum corona crateris ad inſtar ambitur, ita quoque inſtar *amphitheatri* concavum ſitum obtinet, figura rotundus; tenetque ferè 50 paſſuum millia in ambitu; piſcibus abundat, præſertim tincis, & anguillis; arundinibus junciſque paluſtribus magna parte oppletus, rivum quoque à ſe dimittit, quem hodiè *Oſam* vocant, Pedumque urbem olim præterfluebat, de quo in ſequentibus amplius. *Tuſculo* diſtat ſeptem, *Roma* duodecim, *Tibure* octo milliaribus ad *montium Tuſculanorum* radices: & cum alius lacus in planitie *Latii* præter hunc non occurrat, certò concludi poteſt, hunc dictum lacum eſſe eum, apud quem memorabilis ille *Romanis* contra *Tuſculanos* victoria acciderit. Sed jam *Tuſculani* deſcriptionis occeptam telam proſequamur.

Lacus Regillus.

Lacus S. Praxedis, ſive, il lago di Caſtiglione.

Tuſculum itaque à *Romanis* deſtructum, identidem aliis aliiſque temporibus reſtauratum fuit; adeò quidem ut inter delicioſiſſimas *Latii* urbes ſemper ſit habita, totuſque ille *montis Tuſculani* tractus, à *Monte Portio Marinum* uſque, innumeris villis, iiſque magnificentiſſimis à *Romanis* nullo non tempore cultus fuerit, tanta fabricarum coacervatione, ut ingentis & continuatæ urbis imaginem exprimere videretur, uti jam videbimus, *villa Ciceronis* celeberrima initium ducturi.

Tuſculi *reſtauratio.*

CAPUT II,

CRYPTA FERRATA,

ſeu,

Villa Ciceronis.

Quæ eo in loco olim ſituata, ubi modò *cœnobium Monachorum Baſilianorum*, vulgò *la Crotta Ferrata*, in *Agro Tuſculano* ſitum ſpectatur.

SEquens argumentum, cum in *Tuſculano agro* verſarer, mihi communicatum fuit à R^mo. P. Abbate *Jacobo Garbio*: quod ubi mihi viſum fuit eximia eruditione, & luculentiſſimis teſtimoniis, ibidem olim *Ciceronis villam* fuiſſe, abundare, ita quoque hiſce inſerendum duxi.

„ Anno 1000 ſalutis noſtræ, cum *Agarens Arabes* tota *Calabria* in ſuam poteſtatem redacta gravi perſecutione „ in *Chriſtianos*, & potiſſimum in *Monaſtici ordinis Religioſos* ſævirent; *Bartholomæus Nileus*, *S. Nili* diſcipulus, „ poſtea ſanctorum numero adſcriptus, „ *Ordinis S. Baſilii Monachus*, ſelectis 60 „ ſui ordinis *Græci* ritûs *Monachis*, fugâ arreptâ

Cryptæ Ferratæ *initia* à S. Nilo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

„ arreptâ in *Latium* ſe contulit, condu-
„ cibilius exiſtimans in peregrino ſolo
„ quietam, & Deo devotam vitam,
„ quam inter *Barbaros*, & atrocitate im-
„ manes, cum ſalutis periculo degere.
„ Hic itaq; cum ad *Tuſculani* oppidi ra-
„ dices perveniſſet, divino quodam du-
„ ctu *cryptam*, intra quàm ſe cum ſuis
„ reciperet, eodem in loco, in quo mo-
„ do *Abbatia Cryptæ Ferratæ* ſita cerni-
„ tur, invenit. In hac *crypta* nocte in-
„ tempeſta dormientibus reliquis illi
„ multo ſplendore coruſca Dei Mater
„ apparuit, ſuadens illi, ut eo in loco
„ moraretur, velle enim ſe ibidem ex-
„ ſtrui Eccleſiam ſuo cultui dicatam; &
„ in ſignum veritatis dictorum, au-
„ reum illi pomum præbuit, quod pro
„ petra fundamentali Eccleſiæ ponere-
„ tur. Dominabantur tunc temporis
„ & *Romæ*, & *Principatui Tuſculano*,
„ undecim Comites *Tuſculani*, & vi-
ribus & armis potentiſſimi, quibus in ſomno Deipara apparens impoſuit, ut ſummo mane *cryptam* memoratam inviſerent; futurum enim, ut ibi extraneos ſacerdotes & religioſos reperirent, qui in ſignum veritatis, ipſis pomum aureum monſtrarent; velle enim ſe, ut ſubminiſtratis ſumptibus, omnibuſque rebus, ad fundandam in honorem ſuum ibidem Eccleſiam ſe accingerent. Divino itaque monitu Principes *Tuſculani* fabricam non duntaxat ordiri fuerunt; ſed & adeo amplis & copioſis redditibus ditarunt, ut ad centenos Monachos ibidem facile ali poſſent, ſub *S. Bartholomeo*, primo hujus *Abbatiæ*, ſub nomine *Cryptæ Ferratæ*, Archimandrita, & fundatore. Redditus annui, uti acta teſtantur Archivi, ad ſexaginta millia ſcutorum pertigiſſe feruntur, unà cum 21 Eccleſiis, magnis Pontificum, Imperatorumque privilegiis ditatis, ipſi ſubjectis, unà cum Bibliotheca manuſcripta locupletiſſima, quæ poſtea *Sixti V*, & *Pauli V*, Pontificum juſſu *Vaticanæ Bibliothecæ* ceſſit, anno 1614. Tenebant tunc temporis in oppido *Tuſculano* Comites *Tuſculani* ſub magna veneratione imaginem, atteſtatione majorum à *S. Luca Evangeliſta* depictam, quam ad majorem nominis celebritatem huic loco comparandam *Gregorius* Pontifex O. M. ex comitum familia, deſtructa *civitate Tuſculana* anno 1110 à *Romanis* inde ereptam, Eccleſiæ à majoribus ſuis fundatæ inferri juſſit: eademque imago eſſe dicitur, quæ ſummâ advenarum devotione, in hanc uſque diem, ſubducto velo, in eadem Eccleſia demonſtrari ſolet. Porro interveniente *Græcæ* cum *Romana Eccleſia* ſchiſmate, numerus *Monachorum* paulatim diminutus, ſæcularibus Principibus tantos redditus ad ſe derivandi occaſionem præbuit, donec à *Pio II*, anno 1462, 28 Aug. in formam Commendæ reductus bonorum ſtatus fuit commiſſus adminiſtrationi *Beſſarionis Card.* dicti *ordinis Monachi*, qui recuperatis pluribus poſſeſſionibus injuſtè ablatis, *Monaſterium* priſtino vigori, quantum licuit, reſtituit. Hodie ſubſtat protectioni & uſufructuario *Franciſci Cardinalis Barbarini*, ſub forma Commendæ, juxta verſus, quos in ejus memoriam poſuit Julius Antonius Rodulphus.

Crypta Ferrata originem traxit à miraculo.

Tuſculi Principes.

Cryptæ Ferratæ redditus annui, privilegia, bibliotheca MSS.

Imago à S. Luca depicta.

Cryptæ Ferratæ decrementa.

Cryptam *me duram* Ferratam *nomine dicunt,*
Quod ſemper ferrum hic ars operoſa domet.
Nil tamen horroris præfert mea florida villa,
Quæ requies olim Beſſarionis *erat.*
Sed, Franciſce, *tui pietas ſi pectoris optat,*
Gratior ut fiam, nomen amabilius;
Ipſe veni huc Princeps: vel ſi Reſpublica tardat,
Præmittantur apes in tua jura tuæ.

Hæc de fundatione *Cryptæ Ferratæ* ſufficiant.

Reſtat, quod nobis propoſitum erat, ut hunc locum olim *villam Ciceronis* fuiſſe, & *Academiam*, æſtivis menſibus, magno doctorum virorum confluxu frequentatam, demonſtremus; ubi

Villæ Ciceronianæ verus ſitus demonſtratur.

magno

magno diſputantium fervore agitabantur quæſtiones, quas in *Tuſculanis quæſtionibus* cum admiratione legimus, *de contemnenda morte*, *de tollerandis adverſæ fortunæ ictibus*, *de propulſandis animi perturbationibus*, *de vita beata*, & ſimilibus. Hunc verò locum *villam Ciceronis* fuiſſe, non puto melius demonſtrari poſſe, quam ipſis *Ciceronis ſcriptis*; quibus adſtipulantur *Alphonſus Ciacconius in vita Eugenii IV*, *Leander in deſcriptione Italiæ*, *Franciſcus Quadus*, & *Ferdinandus Hugellus in ſacra ſua Italia*. Sed ſupponamus, ad veritatem demonſtrandam ſequentes conſiderationes.

1 Abacus marmoreus Ciceronis.

Prima noſtræ aſſertionis ratio eſt *ara*, ſive *abacus marmoreus*, forma rotundus, viginti circiter palmorum in circumferentia, cui ſubtili artificio ex exititio opere inſculpta cernebantur ſimulacra Deorum, id eſt, *Marcis*, *Mercurii*, *Veneris*, *Saturni*, aliorumque; qui *abacus* à *monachis* anno 1600, in horto juxta fontem, vulgo *Maſcarone* dictum, primo detectus fuit; qui deinde cum multis aliis variarum antiquitatum monumentis, à Principe *Pamphilio*, nepote *Innocentii X* Pontificis, è *cryptæ Ferratæ horto* ablatus *villæ* ſuæ *Pancratianæ*, ubi in hanc uſque diem ſpectatur, illatus fuit. Præterea ſupra hunc *Abacum tabula*, ſive *menſa* rotunda, ad *abacum* in dupla proportione ad altitudinem quinque palmorum erigebatur, quam ſtatuæ Deorum affabrè elaboratæ ſuſtentabant. Cujuſmodi monumentum, uti apprime *in una ſuarum epiſtolarum ad M. Fabium Gallum* deſcribit, ita quoque luculentiſſimum indicium præbet non alio, quàm dicto loco *Villam Ciceronis* exſtitiſſe. Vocat autem jam deſcriptum monumentum τραπεζοφόρον id eſt, *menſiferum*. Poſtquam enim *Arpino Volſcorum* urbe diſcederet ad *Fab. Gall. Anxure*, id eſt, *Terracinæ*, tunc commorantem, amicum ſingularem, *epiſtolam* dabat, in qua ſummum ſuum exprimit deſiderium, exornandi tum

Trapezophorum Ciceronis.

Gymnaſium, tum *Bibliothecam* ſuam *Tuſculanam*, picturis ſimulachriſque, quæ ipſi quovis pretio emenda committit. Dolet præterea picturas à Sacerdotiſſa *Bacchi* coëmtas, non eſſe congruas ſuæ profeſſioni ſtudiorum; & tandem quoque menſalis monumenti, ſive trapezophori, mentionem facit hiſce verbis: *Quod tibi deſtinaras* trapezophorum, *ſi te delectat*, *habebis*; *ſin autem ſententiam mutaſti*, *ego habebo*. Meminit quoque novorum quorundam Exedriorum, quæ variis tabulis picturiſque exornare deſiderabat. Verba ejus ſunt. Exedria *quædam mihi nova ſunt inſtituta in particula* Tuſculani, *ea volebam tabellis exornare*. Ubi per particulam *Tuſculani* intelligit illum locum in editioris *montis Tuſci* extremitate ſitum, qui uti locus eſt amœniſſimus, & magnam *Latii* partem oculis ſubjicit, ita quoque illuc cum diſcipulis æſtivis temporibus adibat, ubi de variis argumentis diſceptabatur, uti *liber de Tuſculanis quæſtionibus* inſcriptus docet; & in hanc uſque diem *exedria* illa, quæ deſcribit, etſi ſemidiruta, unà cum porticûs pilis ſpectantur, uti in figura patet.

Tuſculanarum quæſtionum origo.

Facit pariter mentionem ſtatuæ, quæ *Hermaphroditam* mentiebatur, ſive, quod idem eſt, *Hermathenam*, ex *Mercurio* & *Minerva* confectam, quam ex *Formiano* in *Tuſculanam villam* tranſportari curavit, uti ſcribit in epiſtola quadam ad Pomponium Atticum; quæ 2da eſt lib. 1, epiſtolarum: *Quod ad me de* Hermathena *ſcribis*, *per mihi gratum eſt; ornamentum* Academiæ *proprium eſt*, *quod &* Hermes *commune omnium*, *&* Minervæ *ſingulare eſt inſigne ejus gymnaſii*: *quare velim*, *uti ſcribis*, *cæteris quoque rebus quamplurimis eum locum ornes; quæ antea mihi ſigna miſiſti*, *ea nondum vidi*; *in* Formiano *ſunt*, *quo ego jam proficiſci cogitabam; ea omnia in* Tuſculanum *deportabo*. & in 3^a^ epiſtola citati libri: *Quæ tibi mandavi*, *ut quæ tu intelligis convenire noſtro* Tuſculano, *velim*, *uti ſcribis*, *cures*. Hujuſmodi

2 *Hermathena*, ſeu *Hermaphrodita Ciceronis*.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

ſimulacrum, quod *Cicero* dicit ex *Mercurio* & *Minerva* compoſitum, quod & *Hermathenam* vocat, ex *Formiano* in *villam Tuſculanam* tranſportatum, vitio temporum corruptum, à *monachis* inde detectum diu ibidem ſtetit, donec à Principe *Camillo Pamphilio* in *Villam* ſuam *Pancratianam* tranſlatum, ibidem in hunc uſque diem ſpectatur. Erat autem ſtatua juſtæ magnitudinis, ex candido marmore, facie, cæteriſque membris fœminam, mentula verò virum mentitur. Ex quibus clarè patet hanc ſtatuam, quam *Cicero* deſcribit in *Tuſculanum* tranſportatam quamque tot ſæculis inter *Cryptæ Ferratæ* rudera latitantem tandem detectam fuiſſe diximus, ibidem quoque *villam* exſtitiſſe *Ciceronis* luculenter docet.

3 Columnæ Tuſculi. Meminit præterea *Cicero* nonnullarum *columnarum* in lib. 3, ad Quintum Fratrem ſuum, hiſce verbis. Villa *in* Arcano, (quod idem eſt ac Tuſculanum) *mihi valde placet, propterea quod ſummam dignitatem pavimentata porticus habebat; quod mihi denique apparuit, poſteaquam & ipſa tota patet, &* columnæ *politæ ſunt.* Et paulo poſt: Columnas *neque rectas, neque è regione Diphilus collocarat, eas ſcilicet demolietur. aliquando perpendiculo, & linea diſcet uti. omnino ſpero paucis menſibus opus Diphili perfectum fore.* Atque has eaſdem *columnas* eſſe, quæ *Eccleſiam Cryptæ Ferratæ* in hunc diem ſuſtinent, 8 numero; quas ut *S. Bartholomæus* anno 1020 terra obrutas invenit, ita quoque fabricæ ſuæ valde utiles opportunaſque eſſe cenſuit. Quarum una, uti *in vita S. Bartholomæi* legitur, cum jam cadendo ruinam minaretur, miraculo firmata ſine fulcro hæſit. (Columnæ *ruina miraculo impedita.*) Sed ad alia. Quantum verò *Ciceroni* poſt omnes ſuas villas *Phormianam, Pompejanam, Cumanam, Sinueſſanam, Tuſculana* arriſerit, in epiſtola ſupra citata ad Quintum Fratrem luculenter docet. *Ego,* inquit, *ex magnis caloribus, non enim meminimus majores, in* Arpinati *ſumma amœnitate fluminis me refeci ludorum diebus. In* Arcanum, (Tuſculanum) *ad* 14 *iduum Septembris fui: villa valde mihi placuit, propterea quod ſummam dignitatem pavimentata porticus habebat.* & epiſt. 9. *de* Arcano Cæſaris *opus eſt, vel mehercule etiam elegantioris alicujus. Imagines enim iſtæ & palæſtra, & piſcinæ, &* Nilus *multorum Philotimorum eſt, non Diphilorum; ſed & ipſi ea adibimus.* Plutarchus, in vita Ciceronis, de Tuſculana Ciceronis villa, Τὸ μὲν οὖν πλεῖστον τοῦ χρόνου τούτου περὶ Τοῦσκλον ἐν χωρίοις αὐτοῦ διάγων, ἔγραψε πρὸς τοὺς φίλους, &c.

Locum, ubi modo *Crypta Ferrata* cernitur, *Villam Ciceronis* fuiſſe ex ipſa aquarum abundantia oſtendimus. (Aquæ Tuſculanæ.) Vocatur illa aqua variis nominibus, ab antiquis *Romanis*; nunc *Crabra*, modò *Tepula, jam Marrana*; ſed *Crabræ* nomine maxime uſum *Ciceronem* ex epiſtolis & orationibus clarè patet, & primò quidem in orat: de lege Agraria. (Aqua Crabra.) *Ego,* inquit, Tuſculanus *de* aqua Crabra *vectigal pendam, qui à municipio fundum accepi, & deinde, ſi à* Sylla *mihi datus eſſet,* Rulli lege *non penderem.* Et in epiſtola 263: *De* aqua *Crabra,* inquit, *quid agatur, & ſi nunc quidem nimium eſt aquæ, tamen velim ſcire.* Derivabatur autem hæc aqua per modum fluminis per mediam villam, cujus manifeſta indicia ſunt aquæ ductus, qui in hunc uſque diem ſpectantur ſub terra; qui non ſolum utilitati loci, ſed maximè ad delicias balneorum conferebant. Erat autem tanta aquarum abundantia, quemadmodum & in hunc uſque diem videre eſt, ut eum Cicero *Nilum* in epiſtolis ſuis ad Atticum 3, & 5, & l. 3, ad Quintum fratrem vocitare ſolitus ſit. Hæ villæ poſtquam à *Clodio*, inimico *Ciceronis*, flamma ferroque fuiſſent vaſtatæ, fuerunt tamen poſtea ex parte reſtauratæ poſt reditum *Ciceronis* ex *Arpino* patria ſua. (Villæ Ciceronianæ *vaſtatio, reparatioque.*) Verum ne quicquam ad antiquitatem hujus loci omitterem, hic diplomata Pontificum, quæ hodie adhuc in dicta *Cryptæ Ferratæ* Eccleſia leguntur, apponam.

Diplomata

Diplomata à Pontificibus conceſſa Eccleſiæ Cryptæ Ferratæ.

Privilegia Cryptæ Ferratæ.

„ INnocentius Tertius omnibus fidelibus confeſſis & contritis, iſtam „ ſanctam Eccleſiam devotè viſitantibus diebus dominicis, & feſtivitatibus Sanctorum Apoſtolorum, feſtivitatum noſtræ Dominæ, & illorum „ Martyrum, quorum reliquiæ hic „ ſunt, & etiam S. Joannis Baptiſtæ, feſtivitatibus prædictis Papa conceſſit „ omnium peccatorum tertiæ partis „ remiſſionem, & mille annos indulgentiæ; aliis verò diebus medietatem „ iſtarum indulgentiarum.

Bonifacius VII confirmavit prædictas indulgentias & conſtrui fecit unam januam, quæ dicitur Porta Sancta, de qua omnes *Chriſti* fideles intrantes & exeuntes, devotè confeſſi & contriti, diebus Dominicis, treſdecim vicibus liberant unam animam de purgatorio; qui ſanctiſſimus Pater videns ſanctiſſimum eſſe locum, & ne corporibus hominum, ſive cadaverum pollueretur fœtore, fecit tranſportari ab *Hieruſalem* Terram ſanctam & ſpargi fecit per totum circuitum Eccleſiæ, qui dicitur *Campus Sanctus*, in quo Cœmeterio corpora ſepulta non olent, neque corrumpuntur.

Campi Sancti origo.

Indulgentiæ cœlitus confirmatæ.

Cum Beatus *Gregorius VIIII* idem ſanctum *Monaſterium* viſitaret, & ipſo reſidente in eadem Eccleſia confirmavit prædictas indulgentias, pro cujus devotione apparuit ei Beatiſſima Virgo, dicens, Fili, ad inſtantiam filii mei, & Domum meam iſtam viſitantibus in octava Aſſumptionis Beatæ *Mariæ Virginis* ſit remiſſio omnium peccatorum, ac propter devotionem prædictarum indulgentiarum, per eum confirmatarum, imaginem ipſius Glorioſæ Virginis à manibus Beati *Lucæ Evangeliſtæ* depictam, quæ erat in *civitate Tuſculana*, cum maxima devotione tranſportari fecit ad iſtam Eccleſiam; & eſt principalis imago totius orbis, de quibus Beatus *Lucas* depinxit.

Tranſlatio imaginis S. M. V. à S. Luca depictæ

Cum quædam matrona *Capellam*, ubi corpora ſanctorum *Nili* & *Bartholomæi* ſunt ſepulta, intraſſet; ſpiritu rapta viſa ſibi eſt tranſportari per Angelum ante tribunal *Chriſti*, cui dixit, filia ob reverentiam meorum ſervorum *Nili* & *Bartholomæi* nunquam intrabis iſtam *Capellam*, & dicas etiam omnibus mulieribus intrare volentibus, quod ab ingreſſu ejuſdem *Capellæ* ſe abſtineant, ſed ſuas orationes ab extra faciant, & exaudientur.

Mulieribus prohibitus ingreſſus Sacelli S. Nili.

Cum duo ſancti viri nomine *B. Nilus*, & *Bartholomæus*, *Monachi Ordinis Sancti Baſilii*, *Calabri* de patria, quorum in hac ſacratiſſima *Baſilica* ſepulta ſunt corpora, veniſſent de *Byzantio*, ſeu de partibus *Conſtantinopolitanis*, partis ſcilicet *Græciæ*, ad Beatorum Apoſtolorum limina viſitandum: dum in quadam ſpelunca, ſeu *Crypta*, hic prope *Monaſterium* habitaſſent, in eadem nocte Regina Cæli, Virgo glorioſiſſima, eiſdem apparuit, dicens: Filii benedicti, hic locus eſt veſtræ habitationis, & boni veſtræ operationis ergaſtuli ſanctæ ſpei, quoniam oportet vos laborare in ædificationem ſanctiſſimæ Domus meæ in hoc loco, & ecce dabo vobis ſignum, videlicet pomum aureum, quod pro primo lapide fundamenti ponere debetis. Et in eadem nocte Beata Virgo apparuit ſex egregiis & magnificis viris viſibiliter *civitatis Tuſculanæ*, de Domo Patriciorum & Conſulum, dicens eis, quod accederent ad *Cryptam* præfatam, & invenirent duos fideles Chriſtianos, habentes pomum aureum ab ea Domina eiſdem datum pro ſigno, & quod dictum pomum recipere deberent, & ponere pro primo lapide fundamenti. Undè prædicti nobiles viri moti fuerunt à *Tuſculana civitate*, & venientes ad hunc locum invenerunt, ut ſicut eis annunciaverat, & recipientes pomum cum reverentia à manibus ſanctorum prædictorum, ſubtus Campanile pro fundamento, & principio Eccleſiæ poſuerunt, ita quod ſi pomum

Fuſior deſcriptio fundationis Cryptæ Ferratæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

aureum tolleretur, & Campanile & Eccleſia deſtrueretur, unde ad inſtar illius pomi poſitum eſt ſuper Campanile ſimilitudinarium; & prædicti ſancti viri conſumpſerunt in Domino vitam ſanctam eorum in pace, in iſto ſancto *Monaſterio*, ubi eſt *Cappella* eorum *Nili* & *Bartholomæi* facientium miracula.

In tabula Marmorea:

Monumentum Græcum.

Ἐκοιμήθη ὁ ἅγιος Νεῖλος ἔτος ϛφιγ
Παῦλος β ἡγούμενος. Κύριλλος γ.
δ ὁ ἅγιος Βαρθολομαῖος. ε Λεόντιος.
ϛ Ἀρσένιος. ζ Λουκάς. η Θεοδόσιος.
θ Ιωμάς. ι Νικόλαος. ια Νεῖλος. ιβ
Θεοδώρητος. παρέλαβον τὴν ἡγεμονίαν ἐγὼ Νικόλαος τὸ παιδίον τοῦ Κρυπτοφέρρας καὶ τῆς Ῥουφραίνου. ἔτος ϛ
χ. μ. ιν. ιι.

Sed jam nos hoc loco adducta noſtra inquiſitione ſtabiliamus.

Villæ Ciceronianæ *verus ſitus inquiritur.*

Multi hodiè ex *Antiquariis Romanis* ſunt, qui putent, *Villam Ciceronis* fuiſſe propriè eo in loco, ubi nos eum *Quæſtiones* Tuſculanas ſuis Auditoribus explicaſſe paulò ante diximus, ad finem *Vrbis* Tuſculi in jugo montis poſiti; ſed qui verba *Ciceronis in Epiſtolis ſuis familiaribus* de ſuo Tuſculo recte excuſſerit, eam non ſupra, ſed infra Tuſculani *montis* jugum conſtitutam fuiſſe, non inficiabitur: ſic enim in Oratione pro domo ſua teſtatur: *Cum domus mihi in palatio*, villa *in* Tuſculano, *altera ad alterum conſulem transferebatur.* Et commentator in Martialis hæc verba, oda 2: *Nec ut ſuperni* villa *candens* Tuſculi Circæa *tangat mœnia*: *Tuſculi* ſuperni, *hoc eſt*, in monte ſiti, ad cujus latera ſuperiora *Cicero Villam* ſuam habebat *Tuſculanam*. Quam quidem non alio loco, quàm ubi hodiè *cœnobium Monachorum S. Baſilii* eſt, vulgo *Grotta ferrata*, conſtitiſſe, adeò certum eſt, quam certa ſunt vel ipſa verba Ciceronis in Orat. 2 pro lege Agraria; *Ego*

Villa Ciceronis *fuit, ubi modo* Monaſterium.

Tuſculanus *pro* aqua Crabra *vectigal pendam, quia à municipio fundum accepi.* Et in l. 16. epiſt. famil. epiſt. 18: *De* aqua Crabra *quid agatur neſcio, etſi nunc quidem etiam nimium eſt aquæ, tamen ſcire velim;* & in Orat. pro L. Corn. Balbo: *Nos de* aqua *noſtra* Tuſculana M. Tugionem *potius, quàm* C. Aquilinum *conſulebamus.* Eſt autem *aqua Crabra* propriè illa aqua, quæ originem ſuam ducit ex radicibus *Montis Albani*, & ex variis rivis, per occultos lacus vicini meatus in hanc vallem conductis, quemadmodum ſuprà de *Lacu Albano* expoſui, quæ in fluviolum emergit, qui deindè *Romam* divergens, *Marana* paſſim vocatur, in *urbe* quoque *Almonis* nomine indigitatur, in quo quotannis *Cybeles* ſtatuam lavare ſolebant; atque hæc aqua per profundam vallem delabitur, ubi variarum artium molis agitandis deſtinatur. *Villa* verò, in dorſo vallis conſtituta, in hodiernum uſque diem, tanta aquarum copia redundat, ut flumina fundere videatur. Locus certè, ſiquis deſiderari poſſit, omnium, æſtivo præſertim tempore, amœnitate & caloris temperandi deliciis aptiſſimus. Habet autem hæc aqua altiorem cæteris originem ſub *Monte Albano*, ex qua per aquęductus in hunc locum deducitur; atque hæc eſt *aqua* illa *Crabra*, quam & *Tepulam* vocant, quam *Cicero* tantoperè deprædicat, & nimietatem ejus admiratur, & inſcriptiones ſuperſtitum marmorum luculenter teſtantur; de quibus inferius. Fuit autem hæc *villa* primò *L. Syllæ* Dictatoris, quam à *Sylla* poſtmodum *Ciceronem* emiſſe, Plinius l. 16, c. 44 narrat: *Scripſit &* Sylla *Dictator, ab exercitu ſe quoque donatum apud* Nolam, *Legatum bello* Marſico, *idque etiam in* villa *ſua* Tuſculana, *quæ fuit poſteà* Ciceronis, *pinxit.* Ab hac itaque *Villa Cicero* inferiori *montis* loco ſita, ſive ſeceſſus literarii cauſa, ſive animi refocillandi gratia, ſe ad domum literariis negotiis deſtinatam cum Auditoribus, in vertice *Tuſculani montis* poſitam, de qua paulo ante, tanquam

Aqua Crabra.

Cybeles *ſtatua in* Almone *lavabatur.*

Aquæ Crabræ *copia & amœnitas.*

Aqua Tepula.

Syllana Villa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

tanquam Muſis aptiorem, transferre ſolebat.

Academia Tuſculani.

A *villa* itaque *Ciceronis* uſque ad dictum locum *Academicum* aſcenditur per intermedii *montis* dorſum; atque hunc *montem* eſſe dico eundem, quem olim *Corne* vocabant; de cujus *luco* & *arbore* prodigioſæ magnitudinis varii varia tradunt. Plinius l. 16, c. 44: *Eſt* inquit, *in ſuburbano* Tuſculani agri *Colle, qui* Corne *appellatur*, Lucus *antiqua religione* Dianæ *ſacratus à* Latio; *veluti arte tonſili comâ fagei nemoris. in hoc arborem maximam ætate noſtra adamavit* Paſſienus Criſpus, *bis Conſul, Orator,* Agrippinæ *matrimonio &* Nerone *privigno clarior poſtea; oſculari complectique eam ſolitus, non modo cubare ſub ea, ſed & vinum illi offundere. Vicina* Luco *eſt* ilex, *& ipſa notabilis* 35 *pedum ambitu caudicis; decem arbores mittens, ſingulas magnitudinis viſendæ, ſylvamque ſola facit.* Certe cum diu multumque circa hujus collis ſitum allaboraſſem; alium tandem non inveni, niſi illum collem, qui hodie ſupra *villam Sabellorum*, olim *Montaltorum*, eminet fagis quercubuſque obſitus, & hodie juriſdictioni *Cavalleriorum* nobilis *Romanæ* familiæ ſubeſt. Locus ſanè omnium in *Tuſculano* amœniſſimus, tum propter longè lateque patentem proſpectum, tum propter gratiſſimam æſtivo præſertim tempore ex conſtipatis arboribus umbram, ventorumque, quibus expoſitus eſt, refrigerium. Atque hoc loco *templum* quoque *Dianæ*, de quo *Plinius* loquitur, exſtructum fuiſſe, ex ſplendore ruderum, atque ex ilicibus, fagis, quercubus, quæ in hunc uſque diem ibi copioſa fœtura pullulaſcunt; haud obſcuris argumentis conjicio.

Lucus Corne.

Paſſienus Criſpus *fagum ſtulte amavit.*

Dianæ *fanum.*

Templi Muliebris Fortunæ *ſitus.*

Quia vero hic locus in *via Latina* ponitur, hoc loco pariter *templi Fortunæ Muliebris* fit mentio, poniturque circa medium ferè *viæ Latinæ Româ Tuſculum* uſque; ita Valerius Maximus l. 1, c. 8: Fortunæ *etiam Muliebris* ſimulacrum, *quod eſt* via Latina *ad quartum milliarium, eo tempore cum æde ſua conſecratum, quo* Coriolanum *ab excidio urbis maternæ preces repulerunt, non ſemel, ſed bis locutum conſtitit, his pene verbis; Ritè me matronæ vidiſtis ritèque dedicaſtis;* quæ paulo fuſius exponit Author de illuſtribus viris in Martio Coriolano: *Ergo,* inquit, *à tribuno plebis die dicta ad* Volſcos *conceſſit; eoſque duce* Attio Tullo, *adverſus* Romanos *concitavit, & ad quartum ab urbe lapidem caſtra poſuit: cumque nullis civium legationibus flecteretur, à* Veturia *matre, &* Volumnia *uxore, matronarum numero comitatis, motus; omiſſo bello, uti proditor occiſus eſt. ibi* templum Fortunæ *Muliebri conſtitutum eſt.* Livius aliter rem narrat; Coriolanus, inquit, Circeios *profectus, primum colonos inde* Romanos *expulit, liberamque eam urbem* Volſcis *tradidit. inde in* Latinam viam *tranſverſis tramitibus tranſgreſſus,* Satricum, Longulam, Polluſcam, Coriolos, *novella hæc* Romanis *oppida ademit; inde* Lavinium *recepit. Tunc deinceps* Corbionem, Vitelliam, Trebiam, Lavicos, Pedum *cepit. Poſtremùm ad urbem à* Pedo *ducit, & ad* foſſas Clælias, *ſive* Cluilias, *quinq; ab urbe millia paſſuum caſtris poſitis, inde agrum populatur* Romanum. Ubinam verò hoc adèo celebre *Fortunæ Muliebris templum* fuerit, inveſtigandum duximus. Conſtat ex allegatis paulo ante Authoribus, id 4 aut 5 millibus paſſuum *Roma*, & quidem in *via Tuſculana*, quæ cum *Latina* eadem eſt, diſtitiſſe. Cum itaque *viæ Latinæ*, ſive *Tuſculanæ*, etiamnum veſtigia ſuperſint, dico illud eodem in loco, ubi modo antiquę urbis rudera cernuntur, juxta Hoſpitium, quod mediam *Romam* inter & *Tuſculum* viam tenet, exſtructum fuiſſe.

Fortunæ Muliebris templum *ubi.*

Diæ.

CAPUT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

CAPUT III,

De Sepulcro *veterum Furiorum in* monte Tuſculano, *non ita pridem detecto.*

CUm *Territorium Tuſculanum*, & cuncta quæ in eo commemoratione digna ab Authoribus traduntur, haud impiger explorarem, inter cætera venerabiles PP. Cappucini aquæductus unà cum balneorum receptaculis, in ipſorum horto noviter detectos mihi oſtenderunt, qui quidem ad aliud quam ad tot ac tantas, tum *Luculli*, tum aliorum villas aquarum ubertate ditandas, non ſerviſſe videntur, uti ex aquęductuum paſſim obviorum ruinis patet. Non procul hinc eodem tempore *Sepulchrum Furiorum* detectum, quod uti vetuſtiſſimum rebuſque conſideratione dignis confertum eſt, ita quoque illud quam ampliſſimè deſcribendum cenſui.

Anno 1665, menſe Aprili, cum in *Tuſculanis Camaldulorum* teſquis, Ruſticus neſcio quid circa tumulum quendam fodicans, terram vehementius concuteret, accidit, ut terra, jam multorum ſeculorum decurſu cadens, ingens detexerit *ſepulchrum*, de quo mox certiores facti *RR. PP. Camaldulenſes*, quorum territorio locus ſubjacebat, operarum multitudine, terrâ amotâ, primò quidem veluti veſtibulum quoddam quadris lapidibus exſtructum detexerunt; deindè portam ex lapide piperite & ingenti ſaxo obſtructam, arcu ſuperpoſito, & tandem cryptam, in qua tumbam prægrandem, intra quam vaſa varia, quæ paulò poſt deſcribemus, repererunt, unà cum variis depoſitis circumſitis, quorum ſingula *Furiorum* nomine inſigniebantur. Hoc itaque præſenti anno, cum *Tuſculi* nonnihil ſolitæ autumnali Ruſticationi indulgerem, ad examinandas *ſepulchri* inſcriptiones, cæteramque antiquitatis ſupellectilem à *Camaldulenſibus* vocatus, omnibus & ſingulis diligenter obſervatis, quid de hoc *ſepulchro* ſentiam, paucis aperiam.

Detectio Sepulchri.

Dico itaque primò, hoc *Furiæ gentis Sepulchrum* fuiſſe, quemadmodum inſcriptiones, quæ in depoſitoriis cinerum inaratæ fuerunt, luculenter teſtantur, cum omnes *Furii* nomen præ ſe ferant. Verùm cum *Furiorum gens* in varios ramos diviſa legatur; qualis iſte ramus fuerit, tum aperire conabor, ubi prius de *Furiorum gente* nonnihil ex *Glandorphij Onomaſtico* præmiſero.

Furiæ gentis deſcriptio.

Furiam gentem antiquiſſimam eſſe conſtat; tum quia vel ad principium *Reipublicæ Romanæ*, poſt exactos Reges eorum in Conſularibus Faſtis mentio fit, de qua & admiratione dignum eſt, quod *Divus Hieronymus* ad *Furiam* nobilem ſui temporis Matronam, à *Camillo* uſque, nullam vel raram ſecundas nuptias noviſſe teſtatur. *Familiam Furiorum* in quatuor Ramos diviſam, apud veteres *Romanarum rerum ſcriptores* reperio. Enituerunt in ea maximè *Camilli*, *Phili*, *Medullini*, & *Pacilii*; ſed quia vetuſtiores fuerunt *Phili*, ab illis exordior.

S. Hieronymus teſtatur ſecundas nuptias vix celebratas à Furiis.

4. Rami familiæ Furiorum.


1. *Sextus* Furius *Philus* conſulatum geſſit, cum *Cn. Martius Coriolanus* patriæ bellum inferret, anno ab Urbe condita *266*.

Imus ramus Furiorum Philorum.

2. *Agrippa* Furius *Philus* Tribunus militum fuit conſulari poteſtate clarus, anno Urb. Cond. 364.

3. *P.* Furius *Philus* Conſul fuit anno Urb. cond. 531. Cum *Quinctio Flaminino*, ſeptimo anno poſt, flagrante bello Punico 2, primò Præturam, deindè cenſuram nactus, collegam habuit *M. Attilium Regulum*, vitâ functus *Fabio IV*, & *Marcello III*, Coſs.

4. *P.* Furius *Philus* ſuperioris filius, conſilium *L. Maltelli* de deferenda *Italia*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Italia P. Scipioni prodidit, unde Patre *P.* Furio *Philó* Cenſore ſenatu motus eſt, auctore *Livio.*

5. *P.* Furius *Philus*, Præturam adeptus anno Urb. Cond. 579. *Hiſpaniam citeriorem* provinciam obtinuit, qui poſteà re malè adminiſtratâ, *Præneſte* in exilio vitam finivit.

6. *L.* Furius Philus, Prætor P. *Licinio*, *C. Caſſio* Coſſ. *Sardiniam* provinciam tenuit, anno Urb. cond. 618. de quo *Cicero in Bruto.*

Furii Medullini.

Alter Ramus fuit *Furiorum*, quos *Medullinos* vocant.

1. *Sextus* Furius Medullinus, *Sexti Pompeji.*

2. *Spurius* Furius Medullinus, Conſul factus anno Urb. cond. 273. bellum adverſus *Æquos* movit, omniaque latè populatus, divitem prædis exercitum domum reduxit. *Dionyſ. lib. 9. Livius. 2.*

3. *Lucius* Furius Medullinus, conſulatum geſſit cum *C.* Manlio *Volſone. Dionyſ. l. 9. & Livius.*

4. P. *Furius Medullinus*, Conſul cum *L. Pinario*; poſteà Triumvir *Coloniæ Antium* deducendæ, cum tandem *Æquos* audacius bello inſecutus eſſet, circumventus à tergo cum ſuis oppreſſus eſt. *Liv. 2 & 3 decade.*

5. *Sp. Furius Medullinus Fuſcus*, primùm Conſul anno Vrb. Cond. 290. ab *Æquis* oppreſſus, per *T. Quintium* Proconſulem liberatus. *Sex. Quintilio Varo* Conſ. ſuffectus, in Magiſtratu ſucceſſit. *Liv. 3. dec. 10.*

6. *Agrippa* Furius Medullinus, collega *Titi Quintii*, anno urb. Cond. 309. contra *Volſcos* inſignem victoriam retulit. *Livius lib. 3.*

7. *L.* Furius Medullinus, ſepties Tribunus militum conſulari poteſtate, bis Conſul exſtitit. Ferentinum *Volſcorum* oppidum cepit. anno Vrb. Cond. 342.

8. *Sex.* Furius Medullinus, Tribunus Conſulari poteſtate anno Vrb. Cond. 374. temerè contra conſilium *M.* Furii *Camilli Volſcos* inſequens, tergora vertere coactus totum exercitum amiſiſſet, niſi *Furius Camillus* magno impetu in *Volſcorum* inſequentium exercitum irruens, victoriam, quam *Furius Medullinus* jam deſperârat, toto exercitu hoſtium diſſipato & fuſo reſtituiſſet. *Liv. lib. 6.*

9. *Sp. Furius Medullinus*, Tribunus militum conſulari poteſtate, *Volſcos* invadens, flamma ferroque fœdam vaſtationem edidit. *Liv. 6.*

Tertius Ramus *Furiorum*, quos *Camillos* vocant.

Furii Camilli.

Camillorum Etymologia.

Veteres *Camillos* vocabant eos, qui in ſacris miniſtrarent adhuc impuberes, uti refert *Sex. Pomponius l. 6.* in *Lingua Hetruſca* verò Miniſter Deorum dicebatur *Mercurius Camillus*, uti eſt apud *Macrobium l. 3. Saturn. c. 8.*

M. Furii Camilli præclara facinora.

Ex hac *Furia Camillorum* Domo, M. Furius *Camillus*, Furiani nominis unicum perpetuumque decus, ac alter poſt *Romulum* urbis parens & imperii recuperator exſtitit. 7 Tribunatus militum conſulari poteſtate; quinque Dictaturas, tres Triumphos obtinuit. *Faliſcos* & *Capenates* ſubjugavit. *Vejorum Vrbem* poſt decennem obſidionem cepit, *populumque Romanum* ingenti prædâ ditavit. Sed gloriâ in invidiam verſâ, *Ardeam* in exilium miſſus eſt, eò quod contra conſuetudinem albis equis triumphaſſet. Tandem *urbe* à *Gallis Senonibus* interceptâ, magno omnium deſiderio ab exilio revocatus, coacto exercitu *Gallos* ad internecionem cecidit, Populum *urbe* jam exuſta *Vejos* migrare volentem, in *urbe* retinuit, *urbem* annuo ſpatio reſtauravit, *Tuſculanos* ſuos ad officium reduxit; tandem anno Vrb. Cond. 390, poſt ingentem rerum feliciter geſtarum gloriam, peſte ſublatus eſt. Vir unicus in omni fortuna par titulo tantæ gloriæ fuit, di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

gnuſque habitus, quem ſecundum à *Romulo* conditorem *urbis Romæ* ferrent. *Livius*, 5, 6, *&* 7.

2. *Sp.* Furius *Camillus*, *Marci filius;* primus omnium præturam, novum tum in Republica Magiſtratum obtinuit, anno Vrb. Cond. 389. *Liv.* 7.

3. *L.* Furius *Camillus*, & ipſe *M.* Filius, Conſul & Dictator, *Appium Claudium* collegam habuit, *Gallorum* reliquias delevit, toto *Latio*, viciniſque rebellibus *Æquorum Volſcorumque* populis profligatis perdomitiſque, in poteſtatem redacto. *Livius* 7. & 8.

Hiſce, tribus ferè ſeculis nullæ *Furiorum* res geſtæ apud Scriptores memorantur. Eſt enim rebus humanis ita comparatum, ut fato quodam Familiæ, quemadmodum Principatus & Regna nunc floreant, creſcantque, nunc rurſus imminuantur, & veluti exareſcentia concidant. Fuêre tamen complures hujus nominis, poſteris Reip. [æ] temporibus, uti & *Cæſarum*, hujus nominis viri. *C. Furius Camillus Ciceroni* conjunctiſſimus. *Furius Camillus* Proconſul *Africæ*, ſub *Tiberio*, *Numidiam Romano* junxit Imperio, qui primus *Furiæ* Domus decus inſtauravit. Fuit & alius *Furius Camillus Sorbonianus* Conſulatu ſub *Tiberio*, anno Vrb. Cond. 784. tempore paſſionis Dominicæ, clarus. Hujus Filius *Furius Camillus*, anno Vrb. Cond. 803. in exilium actus, de proditione ſuſpectus. *Tacitus l.* 12.

Furii Pacilii.

Quartus Ramus *Furiæ Gentis*, *Pacilii* dicebantur.

Paciliorum primus occurrit *C. Furius*, qui anno Vrb. Cond. 314. Conſulatum cum M. *Papyrio Craſſo* geſſit; verùm rebus ab eo infeliciter geſtis, tribu ſemotus, privatam vitam duxit.

C. Furius Pacilius, præcedentis filius, conſulatum cum *Q.* Fabio *Ambuſto* geſſit, de quo vide *Liv.* 4. anno Vrb. Cond. 344.

Pacilios tempore *Ciceronis* viguiſſe, documento eſt *Paciliana Domus*, quam *Q. Ciceronem* eruere voluiſſe teſtatur M. *Frater ad Atticum l.* 1, *Epiſt.* 2.

Fuerunt & alii *Furii*: *C. Furius Aculeo*, Quæſtor, M. *Ciceronis* amitam *Tulliam* uxorem habuit.

A. Furius Antius, poëta vetus, citatus à *Macrobio*.

P. *Furius Anthinus* I.C. Cujus mentio *in pandect. juris.*

L. *Furius Bibaculus* Quæſtor, occubuit in pugna *Cannenſi*. *Liv.* 22.

L. *Furius Bibaculus* Prætor. *Val. Max: l. p.* I.

M. *Furius Bibaculus*, poëta Jambicus, familiaris *Corn. Gallo*, laudatus à *Corn.* Tacito *l.* 4. *de clar. orat.*

M. Furius *Craſſipes*, factus prætor anno Vrb. Cond. 567. *Galliam* Provinciam obtinuit, deindè *Siciliam* quoque. *Liv. l.* 4.

Furius Craſſipes, gener *Ciceronis*, cui poſt mortem *Piſonis Frugi* filiam ille *Tulliolam* collocavit. Sed hæc de *Furiorum Familia* ſufficiant.


Sepulchrum id cujus Furii fuerit?

Jam itaque examinemus, quorum *Furiorum* hujus nominis *ſepulchrum* fuerit? Quod ut decidatur, ſciendum eſt, quod *Rami Furiani* nominis, hîc adducti, in alios varios ramos ſeſe extenderint, uti plerumque in ſummis familiis fieri aſſolet. Dico itaque veriſimile eſſe, dictum *Sepulchrum* fuiſſe eorum *Furiorum*, qui tempore Reipublicæ *Tuſculani agri* portionem tenebant. Nam ut rectè in præcedentibus oſtenſum fuit, ex *6 lib. Livii*, Senatus cum *Tuſculanos Volſcis* opem tuliſſe comperirent, *Camillum* contra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

contra eos bellum movere voluit, qua & in poteſtatem redacta, multi hujus nominis *Furii* ibidem reſidere cœperunt. Atque hoſce *Furios* fuiſſe conjicio, quorum *ſepulchrum* hoc tempore in *Tuſculano* jugo detectum fuit, & inſcriptiones depoſitorum ſat ſuperque demonſtrant, quas in ſequenti ſchemate exhibemus.

Depoſitoria cineraria, una cum inſcriptionibus in *Sepulchro Furiorum* reperta.



Atque hæ ſunt inſcriptiones, quas tumbis ſive conditoriis, eâ figurâ quam vides, *ſepulcro* incluſis exaratas invenimus, quas & una cum Ill.mo atque eruditiſſimo Viro, Domino *Octavio Falconerio*, antiquariæ literaturæ ſtudioſiſſimo, ea qua decuit fide & ſinceritate depromſimus: ubi nota haſce literas Iˡ & F multum inter ſe differre, cum tamen utraque *filium* notet, cujus rei aliam rationem dare non poſſumus, niſi morem & conſuetudinem, qua illis temporis Scriptores, haſce promiſcuè ſcribere ſolebant, vel etiam, quod F pro Iˡ ſcripſerint temporibus poſteris, literis jam in meliorem formam adaptatis. Inſcriptiones vero dictæ non niſi paucis verbis more priſcis *Romanis* ſolito conſtant. Miſſum mihi ſuperiori anno ab Ill.mo *Do. Marc-Antonio Colonna*, *Paliani fortalitii* gubernatori, numiſma argenteum, cujus poſtica pars nomen refert *L. Furii*: quam inſcriptionem in urnis quoque inciſam repperi; quod utrum huc reſpiciat vel aliò, neſcio. ſcriptura lectu ſatis facilis eſt, & paucis verbis comprehenſa, cujuſmodi non abſimiles ſunt, quas *Gruterus in* ſuis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Inſcriptionibus profert, à *Furia gente* lapidi inciſas, quarum priorem in *vinea Franciſci Cicchi* reperit, hoc verborum tenore.

T. FURIUS M. F.
CAMILLUS.
Vixit annis XV.

Alteram in S[ti] *Ioannis Eccleſia* ante portam Latinam, hoc pacto.

M. FURIUS M. F.
COR. RUFVS.

Quæ tamen noſtris poſteriores eſſe videntur. Sed jam quo tempore hoc *Sepulchrum* conditum ſit, inveſtigandum reſtat.

Sepulchri *antiquitas inquiritur.*

Difficilem rem aggredimur, tum vel maximè, quod nulla anni ab urbe condita in hiſce inſcriptionibus mentio fiat; atque adeò non niſi conjecturis quibuſdam res decidenda. Quod ut fiat; Dico illud ferè poſt *M. Furii Camilli Vejentium* domitoris tempora à *Familia Furiorum*, quæ in *Tuſculano Agro*, poſt *Civitatem Tuſcam*, contra fœdus cum *Romanis* pactum, *Volſcis*, teſte *Livio*, confœderatam, eandemque ob cauſam à *Camillo* expugnatam, morabatur, exſtructum fuiſſe, verò haud abſimile eſt; nec deſunt hujus rei argumenta: Primum eſt Inſcriptionum ratio, in quibus pro, V, OV, *id eſt*, pro FURIO, FOURIO ſcribitur, modo ſcribendi tunc temporis uſitato, videlicet circa aut poſt 400 annos ab urbe condita, uti *ex Roſtrata Columna* ſub eandem ferè temporis ætatem ſcripta patet; in quo ſemper ferè OV pro V. uti NAVEBOUS pro *navibus*. BOUBOUS, pro *bobus* ſcriptum legitur, qui modus tamen poſteris temporibus cultiori jam *linguâ latinâ*, per V ſimplex ſcriptus legitur, uti ex præcedentibus inſcriptionibus patet: FVRIVS pro FOVRIVS.

Mos cremandi cadaverá, ac Vaſa conditoria Cinerum.

2. Hoc ſepulchrum dicto tempore exſtructum, conditoria cinerum in eo reperta, tunc temporis uſitata, teſtantur; nam, ut rectè Marlianus oſtendit, morem corporum cremandorum poſt *Numam Pompilium*, II *Romanorum* Regem, uſque ad *Antoninos* Cæſares duraſſe, & maximè quidem quatuor, aut quinque ab urbe condita ſeculis. *Funera*, inquit, *mortuorum vocabantur, quando corpora vel cremabantur, vel ſepeliebantur, qui mos hoc tempore Cæſarum* Antoninorum *ablatus fuit; mos verò cremandorum corporum toto Reipublicæ tempore duravit.* Modus funebris hic erat: Leſſum ducebant agnati, conſanguinei, amicique defuncti, deindè pyra exſtruebatur, in qua, combuſtis jam cadaveribus, reliquiæ cum cineribus, urnis impoſitæ, deſtinatis inferebantur ſepulchris, quibus imponebantur aræ marmoreæ, loculi, cippi aut tabulæ, conditoriiſque inſcribebantur nomina eorum, qui ex familia aliqua mortui in iis condebantur, prò ſingulis ſingulæ; erantque duplicis generis, gentilia vel familiaria ſepulchra, ſeu potiùs cœmiteria. In prioribus deponebantur omnes ii, qui ad integram aliquam familiam & conſanguinitatem pertinebant; in poſterioribus verò illi, qui ad unam tantùm familiam ſpectabant; neque licebat cuiquam alteri ex eadem gente, ſine peculiari quodam privilegio iis inferri. Atque tale fuit hoc præſens *ſepulchrum in Tuſculano agro* conditum, ab ea *Furiorum gente*, quos ſuprà in primo *Furiæ Domus* Ramo, *Philos* dictos fuiſſe docuimus.

Cœmiteria Veterum.

Genii Sepulchrorum.

Præterea Geniorum imagines ſepulchris inſculptas fuiſſe legimus, quas & in hoc noſtro *Sepulchro* videre licet, ſub duobus capitibus portæ fronti inſculptis; erantque *Sepulchri*, eorumque qui in eo condebantur, Genii veluti quidam tutelares.

Vaſa cinerum.

Porrò quæ in hoc *Sepulchro* reperta ſunt vaſa, fuerunt omnia fictilia, ſeu ex terra Samia cocta, quòd apertum ſignum eſt, iſtiuſmodi *ſepulchrum* tempore Reipublicæ ſuprà indicato conditum fuiſſe. Nam ut rectè Stucchius, *Priſcorum* Romanorum *inſtitutum erat, præter vaſa fictilia & ex terra Samia cocta, nulla alia ex pretioſiori materia vaſa in uſum recepiſſe; donec luxus Cæſarum poſteà*

omnia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

omnia in aurum, argentum, gemmaſque convertit. Et Plinius lib. 35, c. 12, id comprobat: *In Sacrificiis non myrrhinis, Cryſtallinisque, ſed fictilibus à Veteribus prælibabatur innocentius.* Loquitur enim hîc de veterum Romanorum ſimplicitate & paupertate: *Paupertas*, inquit, Populo Romano *imperium à primordio fundavit, proque eo in hodiernum diem Diis immortalibus* Simpulo, & Catino *fictili ſacrificat, quæ conſuetudo à* Numa II Romanorum *Rege, qui primus ſacra Deorum legibus deſcripſit, ad Imperatorum ferè tempus uſque ſanctè conſervata fuit.* Quam quidem ſimplicitatem ridet Juvenalis Sat. 6:

Simplicitas Veterum in Vaſis ac ſupellectile.

> Simpuvium *ridere* Numæ, *nigrumque* Catinum.

Sed nunc ad reliquam in *Sepulchro* repertam ſupellectilem procedamus.

§. I. *De Numiſmate.*

Numiſmata Sepulchrorum.

Solebant Veteres, teſte *Goltzio, ſepulchris* imponere nonnulla *Numiſmata*, illuſtris cujuſpiam illius Domus Herois ectypo ad poſterorum memoriam ſignata. Tale *numiſma* & in hoc præſenti *ſepulchro* inventum fuit, cujus antica pars virum dignitate ſpectabilem, nec non armis illuſtrem, poſticâ triremem exprimit cum nomine ROMA. Ego ſanè, ſi conjecturis uti liceat, dicerem profecto, aut *M. Furii Camilli*, aut *C. Duillii*, qui ſynchroni ferè erant, claſſis maritimæ contra *Carthaginenſes* ducis, uti triremis monſtrat, *numiſma* fuiſſe, ſine ulla inſcriptione, quod & clarè monſtrat, tempore jam ſæpius indicato cuſum fuiſſe, quo necdum mos inſcriptionum vigebat. Conſtat enim inſcriptiones *numiſmatum*, primùm à Cæſaribus conſulibuſque poſteris, tum ad eorundem potentiam, tum ad perpetuandam geſtorum à Cæſaribus memoriam, adinventas fuiſſe, cum priùs *numiſmata* non niſi S. C. & voce ROMA ſignarentur, uti ex præſenti *numiſmate* patet.

§. II. *Annuli.*

Annuli in ſepulchris.

Annulos omnis generis, oſſeos, ferreos, æneos, aureos, argenteos *Sepulchris* imponi ſolitos unà cum cineribus, fuſè *in* ſua *Dactyliotheca* oſtendit *Gorlæus*, & quotidiana experientia docet, tum in hujus, tum in aliorum novorum ſepulchrorum detectione. Quidam enim ſerviebant tantùm ad perpetuum unionis & concordiæ immortalis affectum demonſtrandum, & dicebantur ſponſalitii; nonnulli Deorum imaginibus ſignati, quos ad ſepulchri cuſtodiam plurimum valere putabant: alii magica vi pollentes, quos in vita contra faſcinos, & ad Principum gratiam obtinendam geſtarent, in defuncti poſteà ſepulchrum inferebantur. Verùm cum de *Annulorum* origine, ſignificatione, myſteriis, effectibus, & hieroglyphicis, fuſè *in* 12 *lib. Oedipi* egerimus, eo Lectorem remittimus. Certum eſt, omnes *annulos* ab immemorabili temporum longævitate ſemper in æſtimatione fuiſſe, tum propter inſigne ornamentum digitorum, tum vel maximè, quod neſcio quid divinum & myſticum cuncti ſub ejus figura latere exiſtimarent; non Ethnici tantùm, ſed & Imperatores, Reges, Principes, quin & ſupremi Chriſtianæ Religionis Antiſtites, Pontifices Maximi, *annulorum* myſterium in ſumma ſemper veneratione habuerunt.

Annulorum myſteria.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

CAPUT IV,

Algidus Mons, & oppidum; Roboraria, Corbio, Ad decimum Terentinum, *cæteraque* Tuſculani Agri oppida.

VBinam *Algidus mons* apud Hiſtoricos celeberrimus ſitum ſuum habuerit plerique dubitant; quidam eum cum *monte Albano*, confundunt; nonnulli cum jugo *Albano* monti oppoſito. Nos uti totum hoc territorium non ſemel perluſtravimus, ita quoque nihil non egimus, ut genuinum ejus locum detegeremus; quod hoc loco nos præſtitiſſe, non puris conjecturis, ſed ex *Hannibalis*, & *Marcii Coriolani* itineribus pæne aſſerimus. Multi ſane mirantur, quomodo *Algidum Æquorum oppidum* eſſe poſſit, cum in ipſo *Tuſculani agri* meditullio ſitum ſit; *Æquos* verò montano dominio ultra *Præneſtinos Tiburtinoſque montes* triumphaſſe ſupra clarè oſtendimus: quod ut innoſcat; ſcias velim, *Æquorum gentem* bellicoſiſſimam, uti ſemper acerrima cum *Romanis* bella geſſerunt, ita quoq; poſtquam *Tuſculanum agrum* invaſiſſent *Algidum* vicinum, velut opportunum ad bella continuanda locum occupaſſe. Ita Livius l. 3, *Æquorum* expeditionem recenſens: *Per* Lavicanos agros *in* Tuſculanos *colles tranſierunt*. Qualis vero fuerit *Tuſculanus* mons & *Algidum*, luculenter Strabo his verbis docet: Ἄρχεται δ᾽ ἡ Λατίνη ὁδὸς ἀπὸ τῆς Ἀππίας ἐν ἀριστερᾷ ἀπ᾽ αὐτῆς ἐκτρεπομένη πλησίον Ῥώμης. εἶτα διὰ Τουσκλάνου ὄρους ὑπερβᾶσα, μεταξὺ Τούσκλου πόλεως, καὶ τοῦ Ἀλβανοῦ ὄρους, κάτεισιν ἐπὶ Ἄλγιδον πολίχνιον. *Incipit* via Latina *ab* Appia *ad ſiniſtram ab ea prope* Romam *deflectens: tranſienſque ſupra* Tuſculanum montem, *& inter* Tuſculum & montem Albanum, *tendit ad* Algidum oppidulum. Cum itaque *Algidum Æquorum urbem* ſupra dixerimus, jam illius ſitum nativum determinemus. *Æquos*, ſive *Æquicolas*, ultra *Præneſtinos montes* ad utramque *Anienis* ripam habitaſſe, communis *Geographorum* veterum traditio eſt. Gens antiquitate nulli ſecunda, *Aboriginum* reliquiæ, *Marſos* inter *Latinoſque*, in præcelſis ſalebroſiſque montibus habitat, quæ quantum *Romanis* nullo non tempore negotii faceſſerit, plena ſunt veterum monumenta, quam & Virgilius concinnè ſanè deſcribit l. 8. *Æqui, eorumque mores & habitatio.*

Horrida præcipuè cui gens, aſſuetaque multo
Venatu nemorum, duris Æquicola *glebis.*
Armati exercent terram, ſemperque recentes
Convectare juvat prædas, ac vivere rapto.

Dum itaque frequentiſſimis excurſionibus *Romanum agrum* infeſtarent; hinc ex *Præneſtinis montibus*, per *Lavicanum Gabiorumque agrum*, veluti *cuneo* quodam ſeſe in ipſum uſque *Tuſculanum Agrum* inſerentes *Algidum* condiderunt, totius belli contra *Romanos* initi veluti ſedem quandam. Mirum certè eſt, in tam ſtrictis finibus *Æquos* tot habuiſſe oppida, quot Authores referunt: ſiquidem Livius l. 9: Anno urbis 449. *P. Sulpitio Severione, & Publio Sempronio* Conſulibus, populus, inquit, Romanus *bellum fieri* Æquis *juſſit, conſuleſque ad novum profecti bellum, ad ſingulas eorum urbes circumferendo bellum, unum & quadraginta oppida intra dies* 60, *omnia oppugnando ceperunt, quorum pleraque diruta atque ſuccenſa, nomenque* Æquorum *propè ad internecionem deletum.* Cui ſubſcribit Diodorus l. 20: *Alter Conſulum* P. Sempronius *cum exercitu in* Æquorum agrum *profectus,* Æquorum Romanorumque *hoſtilitas.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Habes hic Lector, certam et quam exactiſsimam, et ad Authores rite intelligendos neceſſariam Tuſculani Territorii, et una strictioris Latii Topographiam, non tam calamo quam proprys pedibus dimenſam delineatamque, Qua, quæcunque rerum Romanarum Scriptores, de veteris Latii Oppidis, Montibus, Lacubus, Fluminibus commemoratione digna tradiderunt, juxta nativum ſingulorum locorum ſitum, exhibentur, et complura in Cluverianis Tabulis Geographicis perperam poſita emendantur et priſtinis ſuis locis reſtituuntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

profectus, 40 *oppida intra dies omninò* 50 *ſubegit;* inter quæ haud dubiè *Algidum* unum fuit, cujus jam ſitum deſcribemus.

Algidum, ejuſque deſcriptio.

Fuit hoc *oppidorum Æquorum* in ipſo *Tuſculano agro* ſub *Algido monte* ſitum, quod anno ab Urbe condita 289, uſque ad 449, ſemper horrida cum *Romanis* bella geſſit; de quibus vide *Livium l.* 3. *Dionyſ. l.* 10. *Diod. l.* 12. Situm hujus oppidi apprimè à Strabone, ubi *viam Latinam* delineat, uti paulo ante oſtendimus deſcriptum habemus: *Incipit*, inquit, via Latina *ab* Appia *ad ſiniſtram ab ea propè* Romam *deflectens*, *ac ſuper* Tuſculanum montem *tranſit*, *inter* Tuſculum oppidum *&* Albanum montem *deſcenditur ad* Algidum oppidulum *&* Pictas *diverſoria. Procopio* teſte, 120 ſtadiis *Roma* diſtat, *id eſt* ſexdecim millibus paſſuum; ſtadiis ſingulis cum dimidio in ſingula milliaria computatis. *Strabone* itaque teſte, *via Latina* non procul *Roma* deflectens ad dextram, uti & hodiè, recta ad *oppidum*, quod *Ad decimum* vocatur, hodiè *Borghetto*, verſus *villam Ciceronis*, hodiè *Grotta Ferrata*, dirigitur, & hinc per *vallem Albanam*, quæ inter *Montem Albanum* & *Tuſculanum* interjicitur, recta tendit *Roborariam*, hodiè dictam *la Molara*: & ultra hanc *Algidum* fuiſſe conditum, juxta Authorum deſcriptionem, prope diverſorium publicum, vulgò *l'Oſteria*, indubiè tenendum eſt, & rudera ingentia ibidem obvia paſſim oſtendunt; fuiſſe autem in monte, ita intelligendum eſt, quod *Tuſculanus ager*, imò tota *vallis Albana*, uti & *via Latina* in monte cenſeri debet, cum à planitie *Romani agri* verſus *Tuſculanum Albanumque* perpetuò aſcendatur; atque hoc pacto in monte ſitum ejus fuiſſe dici poteſt, etſi non ipſo *Algidi montis* vertice, ſed ſub ipſo montis jugo: eo modo, quo & *Alba Longa* ſub *Albani montis* jugo condita fuit. Sed *montis Algidi* ſitum jam determinemus. Scias itaque *Albanum montem* ultra *Campum Hannibalis* aliud jugum, è regione jugi *Tuſculani montis*, extollere, inter quæ duo juga intermedia eſt collocatus, cui oppidum, quæ olim *Roboraria* dicebatur, impoſitum fuiſſe, ruinæ ingentes demonſtrant, juxta *Molaram*. Jugum itaque hoc nonnihil verſus ortum deflectens aliud jugum è regione montis, hodiè dicti *Rocca Priora*, extollit, & hoc jugum *Algidum* fuiſſe, & infra hoc *oppidum* cognomen conditum fuiſſe, aſſerimus; ex hoc enim loco per vallem aliam, inter *Tuſculanos montes*, & *Roccam Prioram*, verſus *Monaſterium Camaldulenſium* deſcenſus datur in longè latèque patentem *Latii* planitiem, quam *Æquos* tenuiſſe, Hiſtorici narrant; imò ſylva vicina in hunc uſque diem *la ſelva dell' aglio*, corruptè *Algido* dicitur; ut proindè eorum opinio prorſus repudianda ſit, qui, uti *Leander* & *Volaterranus*, volunt, *Algidum* eſſe oppidum illud, quod hodie *Rocca di Papa* dicitur; atque adeo *montem Albanum* cum ipſo *Algido* confundunt; quod quam falſum ſit, ex præcedentibus patuit, cum *Algidum montem* ultra *Campum Hannibalis*, è regione *Caſtelli*, quod *Rocca Priora* vulgò dicitur, conſtitutum fuiſſe, ſuprà oſtenderimus. Eſt Horatius in hunc locum.

Situs Algidi montis & urbis determinatur.

Algidum Error eorum, qui eſſe putant Rocca di Papa.

Duris ut ilex tonſa bipennibus
Nigræ feraci frondis in Algido.

Commentator ait, *Algidus mons* eſt in *Tuſculano*. & rectè quidem: erat enim *Algidus mons* adeò *Tuſculano* jugo collibuſque connexus, ut vel ipſi *Straboni* & *Plinio Tuſculanus* ſit habitus, non niſi exigua & ſtricta valle unus ab altero disjunctus; unde *Æqui* perpetuo cum *Tuſculanis* bello decertabant, nunc victi, nunc victores. Atque hoc loco ſitum fuiſſe, ex *Hannibalis* itinere conſtat, de quo Livius l. 26 ſic ait: *Hannibal infeſtus populato* agro Fregellano *propter interciſos pontes per* Fruſinatem, Ferentinatemque, *&* Anagninum agrum *in* Labicanum *venit*, *indè* Algido Tuſculum *petiit*, *nec receptus mœnibus*, *infra* Tuſculum *dextrorſum* Gabios *petiit*. Per *Hernicorum* itaque Regionem venit

Hannibalis *in hæc loca irruptio.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

venit in *Labicum*, (quod oppidum eodem loco, quo hodiè *Valmontone*, ſitum fuiſſe, paulò poſt oſtendam) & hinc *Algidum*, poſteà vicinum *Tuſculum* petijt; at mœnibus non receptus *Tuſculanis*, per ſuprà inſinuatam vallem, inter *Roccam Prioram & Tuſculanum montem*, dextrorſum *Gabios* petiit. *Gabiorum* verò urbem reſpondere illi, quæ hodiè *Colonna* dicitur, poſteà oſtendemus. Erat itaque duplex via, qua ex *Algido Æqui Latinorum* campos infeſtabant: una à dextris, quæ *Labicum*, altera à ſiniſtris, quæ *Gabios*, id eſt, *Columnam* per *montem Portium* tendebat, intermediis montibus, quos hodiè *Rocca Priora*, *Montem Compatrum*, *montem S. Sylveſtri* vocant. Atque adeò *Algidi* ſitum rectè determinavimus, de quo tanta inter modernos lis erat & controverſia, de quibus vide hic appoſitam topographiam. Jam ad alia *Agri Tuſculani* progrediamur.

CAPUT V.

Tuſculanum Lucii Luculli.

JAm ſuprà dictum fuit, magnam partem à *monte Portio Ferentinum* uſque, vulgò *Marino*, *Luculli* poſſeſſionem fuiſſe; verùm antequam potentiſſimi hominis divitias villarumque magnificentiam enarremus, quiſnam ille *Lucullus* fuerit, primò dicendum eſt.

Luculli familia.

Lucullorum familia in *Licinios* aſcita primum fuit, in qua *Licinius Lucullus* celebritate nominis maximè claruit. Hic temporibus *Scipionis Æmiliani*, paulò ante belli Punici initium, fuit Conſul cum *Aulo Poſthumio Albino*: qui cum delectum ſeverè agerent, nec quenquam gratiâ dimitterent, à Tribunis plebis, qui pro amicis ſuis vacationem impetrare non potuerunt, in carcerem conjecti ſunt. *Lucullus* deindè in *Hiſpaniam* miſſus, cui *Claudius Marcellus* ſucceſſit, cum omnes *Celtiberiæ* populos placaſſe videretur, *Vaccæos*, *Cantabros*, aliaſque in eadem *Hiſpania* nationes ſubegit, ita *Livius l.* 49. Hujus igitur filii, ſive nepotes, *Lucius* & *Marcus Luculli* fuerunt, quorum *Lucius Lucullus* diſertus, & dives, munus Quæſtorium ampliſſimum ſubiit. Per *Murenam* in *Aſia* claſſem *Mithridatis* devicit, & *Ptolomæum Ægypti* Regem *Sullæ* conciliavit. Prætor *Africam* juſtiſſimè rexit; adverſus *Mithridatem* miſſus collegam *Cottam Chalcedone* obſeſſum liberavit, *Cyzicum* obſidione ſolvit; *Mithridatis* copias ferro & fame afflixit, eumque Regno ſuo, id eſt, *Ponto* expulit; deindè rurſus cum *Tigrane Armeniæ* Rege ſubveniente, eundem magna felicitate ſuperavit. Tot itaque tantiſque victoriis potitus, tot gentium Regnorumque ſpoliis locupletatus, tot mancipiis ſerviſque potens, *Romam* reverſus totum ſe otio deliciiſque tradidit, ubi magnificentia villarum, conviviorum ſumptu, veſtium numero & pulchritudine, prætereà ædium fabricarumque mira ſtructura, mancipiorum multitudine & copiâ, omnes quacunque tempeſtate ſuperavit: ſed paulatim, cum non, ubi inſolens deliciis animus requieſceret, reperiret, mente captus deſipere cœpit, tutelâ ejus M. *Lucullo* fratri permiſſâ. Atque hujus *Lucii Luculli* magnificentia tum *Neapoli* in piſcinis admirandis, tum in *Tuſculano agro* vel maximè enituit; uti hodierna die ejus adhuc veſtigia demonſtrant. Primò quidem *montem Portium* à *Portiis* coëmptum ſuæ fecit poteſtatis, à quo uſque ad *Hortum Burgheſiorum*, quem *Parco* vocant, unum continuatum ædificium fuiſſe videtur, ambulacris, exedris, periſtyliis adeò plena omnia, ut nemo non admiratione attonitus vel ipſa parietina in ruinis

Luculli *glorioſæ expeditiones.*

Mithridates *regno exutus à* Lucullo.

Lucullus *otio & deliciis affluens in amentiam cecidit.*

Luculli *piſcinæ.*

Ampla ejuſdem poſſeſſio.



Ichnographia *ſubstructionum, et habitaculorum* Luculli *Quæ in villa Vareſiana, etiamnum integra, et ſubterranea ſpectantur.*


Ex villa Roccio-Vareſiana deſcendentibus verſus Romam mille circiter paſſuum ſpatio occurris in Villa ſeu vinea Ill.^mi et R.^mi Domini Vareſi hodie digniſſimi Gubernatoris Romani, ampliſſima rudera, porticibus, ambulacris, Balneis, aliiſque altiſſimis fornicibus inſtructa, quæ non habitacula ſed antra referunt, in quibus nulla feneſtrarum veſtigia, ex quibus lucem aliquam haurire poſſent neque uſum humanum ullum habere poterant, niſi cellarum vinaciarum; et inde colligitur, quod Lucullus per totum illum à Monte Portio Marinum uſque prædia vineis conſita haberet, atque ex iis immenſam vini copiam quotannis colligeret; quibus conſervandis, ſubterranea hæc reconditoria ſerviſſe videntur. Ambulacra vero, quæ non niſi per rimas quaſdam, quæ et hodie adhuc ſuperſunt, lumen acquirunt quod et manciporum habitaculis, quæ ipſa ambulacra erant, et portis cellarum vinaciarum etſi debile dabatur. Fuiſſe autem hiſce ſubſtructionibus palatium impoſitum ipſa rudera indicant; quale tamen illud fuerit, conjecturare non licuit; unde ſolam Ichnographiam ſumma diligentia per menſuras compertam, hic apponere viſum fuit.

ruinis ſuis ſplendentia intueatur; quæ longè latèque ſub *Burgheſiano Zootrophio* patent; hanc autem *Luculli villam* fuiſſe, numiſmata hoc loco eruta luculento indicio ſunt. Cui aliud paulò ſupra, ingens delubrum fuiſſe parietina demonſtrant, in ipſo angulo, quo ex veteri *villa Burgheſiorum*, in *montem*

Burgheſianum Zootrophium.

Portium tenditur, intermedio, quod ego *Bonæ fortunæ templum*, quantum ex *Dionyſii* verbis conjecturare licet, fuiſſe exiſtimo: Altera villa fuit eo in loco, ubi modò *hortus Ludoviſiorum* eſt, uti ex inſcriptionibus quorundam lapidum ibidem inventorum hiſce verbis: L. LUCUL. LUC. F. Tertia villa

Templum bonæ Fortunæ.



Ubi hodie ſentes ſpinæque dominantur, olim Piſcina delicioſa existebat.

amplisſima & magnificentisſima fuit eo in loco, ubi hodiè *Villa Rocciorum* & *Vareſiorum* viſitur, ex qua tamen hodiè nihil ſuperſtes eſt, niſi ſubterraneæ Cryptæ adhuc integræ, quas ego ſtudioſe dimenſus, tales reperi: Fabrica fuit quadrata, 150 paſſuum geometricorum, muro circumdata, intra quam alia quadra ambulacrorum ſeries, quorum longitudo 600 ferè palmorum, lumen extrinſecus per arcus admittebat, mancipiorum, ut equidem exiſtimo, habitaculum. intra medium hujus fabricæ ſeptem ordines conclavium concameratorum ſequuntur, quorum unumquodque 189 palmos in longitudine, in latitudine 32 habet, atque ex uno in alterum per portas fit ingreſſus: nulla prorſus feneſtra, quæ vel minimum quid luminis admittere poſſet, reperitur, undè illa penuaria vinaria fuiſſe conijcio; cui appoſitum impoſitumque fuiſſe ingens palatium, rudera adhuc monſtrant, quamvis jam partim vineis, partem fruticibus occupata ſint omnia. Ab hac fabrica ad

Cryptæ Luculli.

400 ferè



400 ferè pedes, obvium locum in formam amphitheatri excavatum, tantæ ferè amplitudinis, quantæ *Pantheon* eſt, 96 pedum geometricorum in diametro, reperi, ex cujus præamplo marginis ambitu per ſcalas deſcenſus datur, & haud dubiè piſcina fuit, vel uti græce vocant κολυμβηθρα; quibus mirum in modum delectatum fuiſſe *Lucullum*

Piſcina Luculli.

ſcribit *Plinius*; & Piſcina in *Cumano agro* ab eo immenſis ſumptibus exſtructa clarè docet: hodiè præter muros nihil videas, hâc piſcina in hortos converſâ; ambitus tamen marginis pino, lauroque circumcirca conſpicuus, nonnullam adhuc magnificentiam monſtrat. Non procul hinc verſus *Tuſculum* ad viam, quæ *Romam* tendit, aliud fanum occurrit figurâ rotundum, ex lapidibus quadris raræ magnitudinis exſtructum; cuinam verò Numini conſecratum fuerit, apud Authores non reperio. Hinc ad duo milliaria *Romam* verſus tendentibus, alia ingens occurrit ruderum coacervatio, quam hodie *Anticaglia di Centrone*, vel *la Grotta di Lucullo* vulgò dicunt,

Grotta di Lucullo.

vaſtitate priori in *Vareſiana* vinea ſitæ non impar: ſubterranea ambulacra ingentia, & longitudine latitudineque præampla habet, tanto numero, ut labyrinthus videri poſſit. Unum ſit loco omnium, quod dimenſum 46 palmorum altitudine, longitudine 600 palmorum comperi, in quorum medio piſcina aqua adhuc cernitur frigidiſſima: utrum verò aqua viva ſit, an ex pluvia ibidem collecta, non auſim

Lucullanarum *ſtructurarum ſumptuoſæ reliquiæ.*

affirmare. In nonnullis locis meatus ſunt adeò ſtricti & anguſti, ut non niſi rependo penetrari queant: ad quid verò fuerint, vix conjicere licet, niſi canales fuiſſe aſſeramus, per quos aqua intra ſubſtructionum officinas deducebatur. Ajunt, adhuc reperiri in nonnullis locis tametſi aditu difficillimis conclavia, muſivo opere exſtructa, quæ nos tamen reperire non potuimus.

Theſaurorum ſcrutatores.

Nonnulli theſaurorum ſcrutatores ſæpè viſi ſunt intrare, ſed ibidem latentis fortunæ tandem inveſtigandæ ſpe deluſi, loco theſauri, ferè mentis inopes, ſive timore ſpectrorum, ſive vitio aëris ac tenebroſæ caliginis formidine perculſi domum reduces, non multò poſt in extrema paupertate vitam cum morte commutarunt. Ego ſanè has vaſtiſſimas cryptas alias non fuiſſe conjicio, niſi cellas ſeu *cryptas vinarias*, præſertim cum nullo in loco feneſtra, per quam lumen admitti poſſit, reperiatur;

Cryptæ Vinariæ.

& *Cellæ Vinariæ* hodiè pari modo exſtructæ ſat oſtendunt. Cum enim *Lucullus* ingentem quotannis ex *Tuſculano agro* vini copiam congereret, eidem ſanè ea, quam deſcripſimus, Cryptarum multitudo, quo tutò condi poſſent, prorſus neceſſaria erat. Hiſce Cryptis alia fabricæ contignatio ſuperimpoſita fuit, cujus magna pars adhuc ſuperſtes eſt, ambulacris, quæ inferioribus reſponderent, ad amuſſim præamplè inſtructa, ſola differentia, niſi quod hæc per portas & feneſtras lumen admitterent, illa perpetuis tenebris damnata ſqualerent. Sunt & conclavia ſine ullis feneſtris, quæ quem uſum habuerint, inter Authores controvertitur.

Proſpectus amœniſſimus.

Latus fabricæ meridionale, quod *Romam* reſpicit, propylæum fuiſſe videtur, exedris opere muſivo mirè exornatis, quo tum aëris capiendi cauſa, tum *Romam* ejuſque campos longè latèque patentes contemplandi gratia ſeſe oportunis horis recipere ſolebant. Mirum tamen eſt, multa ibidem reperiri contra omnes Architectonicæ artis regulas ædificia exſtructa, quorum uſus ad quidnam conduxerit, nulla conjectura conſequi poſſumus. Sed de hiſce fuſius *in Tiburtinis antiquitatibus.* Porrò mille paſſibus circiter ab hoc loco diſſitum caſtellum occurrit, quod vulgò *Borghetto*, à multis etiam *Caſtellaccio* dicitur, olim *Ad decimum*, ſcilicet lapidem, appellatum, quo *Roma* diſtat in *Via Latina*; hodiè mœnibus ſolis adhuc integris totum deſertum jacet.

Borghetto, Ad decimum, oppidum *ubinam?*

Tuſculani tradunt, id prodigioſa propullulantium formicarum multitudine, quibus cum reſiſtere nequirent, tandem derelictum eſſe, incolis partim *Marinum*, partim *Tuſculum* ſe conferentibus.

Formicarum multitudo.

Sub hoc vico, quadringentis ferè pedibus, alia Lucullana fabrica occurrit, innumeris ſubterraneis cryptis implexa, formâ reliquis jam dictis haud diſſimilis; imò ſi paulò penitiùs omnia perluſtres, totum hunc diſtrictum à *Marino* ad *Montem Portium* uſque, quinque aut ſex milliarium ſpatio, tot fabricis ſumptuoſis, tot villis delicioſiſſimis, tot ædibus inſtructum fuiſſe, ut olim non ſeparatarum villarum ſpeciem, ſed vaſtiſſimæ urbis imaginem exhibuiſſe dici poſſit: vix enim vel ad 100 pedes progrediaris, ubi non novas ſemper & novas veterum fabricarum ruinas reperies. Omnia autem hæc Luculli divitiis exſtructa fuiſſe *L. Cæcilius* apud *Volaterranum* apertiſſimis argumentis demonſtrat; & nos, quantum conjecturâ aſſequi poſſumus, dictarum ſine lumine fabricarum caliginoſas cryptas nihil aliud fuiſſe, quam condendis doliis vinariis, quibus abundabat, oportuna aptaq; receptacula cenſemus.

Lucullanæ ruinæ materiam dederunt magnificentiſſimis villis.

Peridromides verò, ſeu vaſta illa ambulacra & porticus, mancipiorum, quorum ad multa millia, in culturam villarum, aliaque ſervitia nutriebat, habitaculis deſerviiſſe, veriſimile eſt. Atq; ex horum ruinis poſteà magnificentiſſimas villas, quas hodiè cum admiratione ſpectamus, poſteris temporibus exſtructas fuiſſe, nemini dubium eſſe debet. vide præſentem ruderũ figuram.

CAPUT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



CAPUT VI,

De Tuſculo *poſterorum temporum, quod* Fraſcatium *hodiè dicitur.*

TUſculum priſcum in *Tuſculani montis* jugo conditum, ſæpè deſtructum, ac identidem oportunitate loci reſtauratum, ſuprà diximus, adeòque non obſtante *Romani Imperii* felici dominio, *Tuſculani* tamen in ſua veteri ſede non perſtiterunt modò, ſed & potentia viribuſque ſuis confiſi poſteris temporibus *urbi* bellum movere non deſtiterunt: inter quæ celebre fuit id, quod ſubſidiariis copiis *Friderici Barbaroſſæ*, *Romanis* intulit *Raino* Dux, quo tantam R*omanorum* multitudinem confecit, ut *Tuſculanorum* victoria illi; quam ad *Cannas* Hannibal de R*omanorum* exercitu penè ad internecionem deleto quondam reportarat, haud diſparis fortunæ fuiſſe, *Blondus*, *aliique Hiſtorici* ſcribant; quo infelici belli eventu R*omani* fracti, parum abfuit, quin de redintegrando damno illis illato omnem ſpem abjecerint; ſed creſcentibus interim viribus & potentia, ſeptennio poſt rui-

Tuſculanorum *cum* Romanis *bella.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

poſt ruinam illis illatam elapſo, præteriti belli, injuriæque illatæ memores, paulatim ingenti comparato exercitu, tanto impetu & violentia *Tuſculanam urbem* invaſerunt, ut tantis viribus impares, cum undiquaque obſeſſi, quo confugerent, non haberent, uſque ad ultimum ſpiritum pertinaci oppoſitione decertantes, pugnando mori, quàm vitam ignominioſa ſervitute redimere maluerint. Undè ad internecionem deletis civibus, *urbs* divitiis, opumque abundantia referta. à *Romanis* capta, expilata, ſoloque æquata fuit: qui verò ex *Tuſculanis* ſuperſtites fuerunt, ad primam *urbis* invaſionem Cryptis ſeſe abſconderunt, aut in ſylvas vicinas, vitæ fugâ conſulturi, ſe receperunt. Deſtructâ patriâ, cum locum, ubi habitarent, reſiduum non haberent, alii *Roccæ Prioris*, *Molarzi* alii, alii denique *Montis Compatri* novis veluti coloniis conſtitutis originem dederunt. Plerique tamen paulò infra *urbem* jam deſtructam quingentis ferè paſſibus diſſito ſpatio, dum contra aëris inclementiam, caſas ex frondibus arborum, quas vulgò *Fraſcas* vocant, exſtruerent; hinc nomen illi in hodiernum uſque diem manſit, *Fraſcati*: tantumque ſucceſſu temporis incrementum ſumpſit, ut & inter ſeptem *Romanæ Eccleſiæ* Epiſcopatus una adnumerata fuerit; atque etiamnum tanto villarum palatiorumque ſplendore & magnificentia ſuperbit, ut nulli in *Italia* deliciis celebri loco cedere videatur, verè *Romanæ urbis* paradiſus; adeòque meritò quiſpiam, num Lucullana magnificentia hanc, num hæc illam ſuperarit, dubitare queat. *Strabo* olim eandem, uti & hodiè, villis, palatiis, fontium, aquarumque admiranda ubertate præditam fuiſſe, refert; hodiè non fontibus tantùm abundat, ſed integris aquarum fluminibus. Inter cæteras verò plurimas villas & palatia, tria cum primis ab exteris ſumma admiratione ſpectantur: *Villa Aldobrandina*, *Montis Draconis*, & *Ludoviſia*; quibus ſive fabricarum amplitudinem, & magnificentiam, ſive ſtatuarum picturarumque excellentiam, ſive denique Hydraulicorum organorum artificioſam ſtructuram, fontiumque amœna ludibria ſpectes, nil ſanè ad raritatem & excellentiam verè regiam accedere poſſe exiſtimo. Sunt autem hodiè duodecim villæ à præcipuis *Romanæ urbis* familiis in hoc *Tuſculano* diſtrictu fundatæ una cum palatiis, quarum prima,

Tuſculum denuo devaſtatur à Romanis poſteris.

Fraſcati deſcriptio.

Fraſcati deliciæ, & villæ.

12 Villæ Tuſculi.

Aldobrandina, Villarum Regina, à *Petro Aldobrandino*, Cardinale, *Clementis VIII* Pont. Max. Nepote fundata, unà cum palatio ad omnes Architectonicas leges exſtructo; quam non fontes, ſed flumina in hunc finem perfoſſo monte è remotis ſcaturiginibus deducta, ad ruſticantium delectationem non irrigant ſolùm, ſed & organis hydraulicis, aliiſque aquarum ludibriis mirum in modum ſpectatores afficiunt.

Villa Aldobrandina.

Altera eſt *Villa Burgheſia*, vulgò *Mondragone* dicta, à *Paulo V* Pont. Max. *Burgheſio* fundata, unà cum palatio prorſus Regia magnificentia, ſive ſtatuarum, ſive picturarum exquiſitiſſimarum copiam ſpectes, adornato; hortis, pratis, ſylvis circumſitis, nil deliciosius eſſe poteſt.

Villa Burgheſia.

Tertia eſt *Ludoviſia*, quam in Autumnalium feriarum ſeceſſum, dictis non diſparem *Gregorius XV* fundavit. Reliquæ villæ à diverſis Pontificiæ familiæ principibus exſtructæ ſequuntur.

Villa Ludoviſia.

Taberna, immediatè ſubjacet *Montis Dragonis* palatio, à Cardinale hujus nominis olim condita.

Taberna.

Falconeria, inter *Tuſculum* & *Mondragonem* intermedia, clivo impoſita, à nobili *Falconeriorum familia* hodie poſſidetur.

Falconeria.

Boncompagna, à *Gregorio XIII* fundata, hodiè Duci *Sorano Boncompagnæ familiæ* capiti ſubeſt, in radice montis ad *viam Romanam* ſitum habet.

Boncompagna.

Strozziana, media inter *Boncompagnam* & *Ludoviſiam* exiſtit, prius Duci *Strozzi*, jam vero duci *Ceritano* paret.


Strozziana.

Villa Montaltina, à *Sixto V* Pont. Max.

Montaltina Villa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

TUSCULUM CIVITAS UNA CUM VI



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

M VILLIS CIRCUMJACENTIBUS.




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



BURGHESIANUM,
VNA CVM VILLIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Max: fundata, hodiè Principi *Familiæ Savellorum* ſubeſt.

Roccio-Vareſiana.

Villa Roccio-Vareſiana, à Cardinale *Roccio* & Vareſiis, partitis juribus, incredibili penſilium hortorum amœnitate exculta fuit. Quarum ſchemata in adjunctis Tabulis intuere.

Hanc ſylva ſequitur, quæ viam ad *Cryptam Ferratam* pandit peramœnam, ulmorum utrimque conſitarum umbrâ perjucundam, uſque ad *Cœnobium*

Monaſterium Crottæ Ferratæ.

Crotta Ferrata Ord. Monachorum S. Baſilii, qui Eccleſiæ Græcanicæ ritus ſequuntur; olim egregia Manuſcriptorum Græcorum ſupellectile adornabatur, quæ hodiè magna ex parte illata ſunt Bibliothecæ Barberinæ. Fundatum fuit hoc *Cœnobium* & Eccleſia à *S. Nilo* Abbate in honorem Deiparæ, quæ poſteris temporibus tum eximiis nobilitata miraculis, tum undique & undique confluentium advenarum peregrinationibus in ingentem famam excrevit. Hortum *Cœnobio* junctum habet ſanè peramænum, platanis lauriſque prægrandibus conſitum; & quemadmodum olim *Villa Ciceronis* hoc loco ſita, ita & hodiè *Cœnobitarum* hortus uberrimis aquæ Crabræ ſeu Tepulæ fontibus irrigatur, tanta copia, ut non ſolum fundum proprium, ſed & *Tuſculanam civitatem* hujus per conductos inciles participem eſſe voluerint; eſtque ea aqua, quæ ad Reſidentiæ Societatis JESU domum, magno Civitatis emolumento, duobus æneis canalibus inſignis capacitatis effunditur, cum hac fontis epigraphe:

CLEMENTIS. VIII. AQUÆ. JULIÆ. DEXTANS.
PAULI. V. PONT. MAX. TEPULÆ. SEXTANS.
MUNIFICENTIA. EROGATA.
ÆRE. PUBLICO. FISTULATIM. DEDUCTA.
CIVITATIS. TUSCULANÆ. UTILITATIBUS.
FONS. LARGE. DIFFUDIT.
CIVES. TUSCULANI. BENEFICENTIÆ.
TESTIMONIUM. POSTERIS. INDICARUNT.
CIↃ. IↃ. CIX.

Monumenta Veterum.

Dici autem vix poteſt, quot & quantis veterum monumentis hic locus ſcateat, ut vel ſub ipſo horto varia ambulacra, & neſcio quæ alia ſplendoris veſtigia pateſiant. Si omnes ſtatuas, trabes, Zoophora, coronides, abacos, columnas, quæ à diverſis Pontificibus hinc *Romam* tranſlatæ fuerunt, adducere vellem, novo ſanè libro ad ſingula exponenda, opus foret.

Cœnobii Ferrati deſcriptio.

Cœnobium foſsâ circumdatum non exigui fortalitii ſpeciem exhibet; ex ea vallis ſanè profundiſſimæ parte, quæ aquâ Tepulâ ſeu Crabrâ interluitur, aditum præbet prorſus inacceſſum, à *Iulio II* Pont: Max: in hunc munitionis ſtatum reductum. Vallis hodiè ingenioſis diverſarum artium, Chartaceis, Ferrariiſque ergaſteriis, magno Cameræ Apoſtolicæ fructu, ad aquam Crabram inſtruitur. Hinc ex vallis imo ad montis ſupercilium, *Agri Marini* initium, deducimur, qui Veterum in *Tuſculano Agro* magnificas villarum ſtructuras continuare videtur, tanta ubique inter vineta, ruderum coacervatio obvia fit.

CAPUT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

CAPUT VII,

Marinum, *ſive* Marianum *aut* Ferentinum.

Marini deſcriptio

MArinum uti olim, ita hodiè duodecim millibus paſſuum *Româ* diſſitum, ad radices *Albani montis* conditum eſt: olim *Ferentinum* ab *aquis Ferentinis*, quæ in nemoroſa valle extra portam, quæ in *Albanum* viam pandit, deſcendentibus obviæ fiunt, ibique in *horto Columnenſium* originem ſuam ſortiuntur, ſic appellatum, quæ, uti cæteræ *Latii* aquæ fonteſque ita & hæ divinos à ſtulta priſcorum ſuperſtitione honores meruerunt. Undè & *Lucus Ferentinæ* dicebatur nemus illud, *Marinum*, inter *Lacumque Albanum* medium; Nam uti ex *Pompeio Feſto* conſtat, *Populi Latini* ad *Caput Ferentinæ*, quod eſt ſub *Monte Albano*, conſilia inire, imperiumque communi concilio adminiſtrare ſolebant; Erat enim à *Latinis populis* poſt *Albæ* excidium, uti *Dionyſius* ait, *Ferentinum* locus, quo de rebus contra *Romanos* decernendis, veluti in Synodo quadam, commune concilium adminiſtrabatur; Hinc toties apud Livium legitur; *In* Ferentino *decretum eſt*: *In Indicto ad* Ferentinum *publico gentis concilio decernitur*: Coacto *Ferentini* concilio deciditur.

Ferentinum curia Latinorum.

Turnum Herdonium Aricinum, cum conſilia *Tarquinii* detrectaret, occiſum ad *fontem Ferentinum*, vivumque terrâ ſepultum fuiſſe, referunt *Livius* & *Dionyſius*. Tarquinius Superbus, inquit Livius, Latinorum *ſibi maximè gentem conciliabat, ut peregrinis quoque opibus tutior inter Cives eſſet, neque hoſpitia modò cum primoribus eorum, ſed affinitates quoque jungebat; tam magna* Tarquinii *authoritas inter* Latinorum *proceres erat, cum in diem certam, ut ad* Lucum Ferentinæ *conveniant, indicit, eſſe, quæ agere de rebus communibus velit: conveniunt frequenter prima luce: Ipſe* Tarquinius *diem quidem ſervavit, ſed paulò antequam Sol occideret, venit. Multa ibi toto die in concilio variis jactata ſermonibus erant.* Turnus Herdonius *ab* Aritia *ferociter in abſentem* Tarquinium *erat invectus. Quam ob rem injectæ* Turno *Catenæ, & confeſtim* Latinorum *concilium magno cum tumultu advocatur; ibi tam atrox invidia orta eſt, gladiis in medio poſitis, ut indictâ cauſâ* Turnus *novo lethi genere dejectus ad* caput aquæ Ferentinæ, *crate ſupernè injecta, ſaxiſque congeſtis mergeretur*; vel ut Dionyſius loquitur: *Tum Turnum non permiſſum amplius de ſe dicere*, εἰς βάραθρον τι καταβάλλουσι, καὶ ἐπισκάψαντες ἔτι ζῶντα εἰς τὴν γῆν. *in voraginem quandam projiciunt, vivumque terrâ obruunt.*

Turnus Herdonius à Tarquinio occiſus.

Turnus vivus ſepelitur.

Plutarchus quoque refert, *Romulum*, eò quod propinqui *Tatii Laurentum* legatos, & hi *Tatium Lavinii* interfeciſſent, urbes expilationibus luſtraſſe, ad *portam Ferentinam*, ἐπὶ τοῦ Φερεντίνης πύλης, forſan melius, mendi, quod Scriptori occurrit, gratia, ἐπὶ τοῦ Φερεντίνης πηγῆς. ad *Ferentinum fontem*. Atque hæc, quæ de Ferentino apud Authores invenimus ſufficiant.

Eſt & aliud *Ferentinum Hernicorum*, de quo poſteà. Nullo autem alio loco hujuſmodi oppidum fuiſſe, quàm in illo, ubi poſteà *Marinum*, inſigne *Colonnenſium Principum oppidum* conditum fuit, & fons aquis in ſubjecta valle uberrimus, & Lucus proximus fontem inter & *Lacum Albanum*, è quo per ſubterraneos meatus originem ſuam trahit, medius, ſat ſuperque demonſtrant. *Marinum* verò nonnulli appellatum fuiſſe autumant, à *C. Mario*, quem ibi villam habuiſſe, *Marianam* dictam, *Blondus* aſſerit, aliamque vicinam à *L. Murena* fundatam cum poſſeſſione *Portiorum*. Quicquid ſit, fabricis villiſque ſplendidum fuiſſe locum, ſemirutæ antiquitatis reliquiæ ſat teſtantur, ex quorum ruinis conditum oppidum hodiè mirum in modum, & villis & fabricis

Marini etymon & ſitus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Io. Bapt. Galoſtruccius pict. Florentinus deli. et Scul. Romæ. 1658.

Inſita Poeſi divinitas,
Somnium hucuſque Mortalibus credita,
retandem probatur.

Ecce Homerus in Deos aſſumptus
per varios Flamines, et conſecrantium Ordines
Muſarum tum maxime ad divinos honores
evectus.

Lapis admirabilis in Marinenſi Columnenſium Principum
ditione erutus,
aſſuetum Iantæ Familiæ in elevandas litteras patrocinium
æterno veluti monumento
teſtatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

fabricis templorum palatiorumque ſuperbit, ad quorum fabricas commodius expediendas, multum emolumenti confert, vicina ad dictum *Aquæ Ferentinæ* fontem lapidicina piperiti ſaxo uberrima.

Cæterum *Marinenſis Ager* hodie adhuc cum amœnitate, tum rerum ubertate nulli alteri in *Latio* cedit. Planities agrorum frumentum optimum, colles vitibus obſiti nobile vinum, ſylvæ feras omnis generis præſtant. Et tametſi *oppidum* civitatis nomine non triumphet; ſui tamen amplitudine, uti dixi, templorum elegantia, amœnitate viridariorum, & quorundam palatiorum ſplendore nulli *Latinarum urbium* cedit; *familiæ Columnenſium* hodie paret. Præterea *ager Marinenſis* innumeris antiquitatum veſtigiis refertiſſimus eſt. Sunt in vicinæ ſylvæ, qua *Lacum Albanum* reſpicit, ſummitate inſignis monumenti rudera, quæ ego nihil aliud eſſe dixerim, quam *Feroniæ Fanum*, de quo toties, cum de *Ferentino Latinorum* conciliabulo loquuntur, Authores mentionem faciunt; & omnia ſitui, quo id extitiſſe *Dionyſius* deſcribit, congruunt. Præterea ſpectantur etiamnum in campis paſſim vaſtiſſima infra terram rudera, quæ ambulacra, & periſtylia referunt; & ſi rectè obſerventur, illa eandem proſus formam, quam *Lucullana* in *Agro Tuſculano* exhibent. Paucis præterlapſis annis, dum ruſtici neſcio quod ſolum ſuffoderent, ex tremulo ſono concavum ſubtus locum exiſtere ſubolfecerunt, quo detecto camerarum ſubſtructiones prævalidas, præter alia non exiguam ſtatuarum copiam, & inter ea quoque nobile illud & præſtantiſſimum monumentum repererunt, quod cerimonias, à Charitum choro in Apotheoſi *Homeri* obſervatas, quam affabre & luculentiſſimè, ab eximio Græciæ ſtatuario *Archelao*, uti inſcriptio docet, marmori inciſas exhibet: quod fama volitante, mox tanquam ad artis ſculptoriæ ſpecimen quoddam omni exceptione majus contemplandum non pictores duntaxat ſtatuarioſque *Romā* accivit; ſed & rei antiquariæ peritos, ceu ad monumentum myſteriis confertiſſimum allexit; unde æri quamprimū inciſum, & ab Illuſtr.^mo & Rev.^mo Abbate *Marcello Severolo*, ejuſdem mihi copia facta fuit. Quod & hoc loco opportune una cum ejuſdem interpretatione, quidquam nobilium monumentorum omiſiſſe viderer, inſerendum cenſui; & quoniam doctiſſimus *Severolus* integram de eodem diatriben conſcribere conſtituerat, hic non niſi obiter id expoſui; reliquum curæ & induſtriæ dicti *Severoli* excolendum relinquo.

Monumentum vetuſt. Apotheoſin Homeri exhibens.

Lapidis in Marino Agro *inventi, Apotheoſin* Homeri *exprimentis, Interpretatio.*

NEmini mirum videri debet, *Homerum* propter divinam propè ingenii vim & efficaciam in ejus operibus poëticis elucefcentem apud veteres, tanquam ſupra humani intellectus conditionem, elevatum, ἀποθέωσιν meruiſſe, quamque non ſcriptis duntaxat poſteritati traditis, ſed & marmoribus inciſam conteſtari voluerunt, uti in præſenti marmore, quod ante bina circiter luſtra in *Agro Marini oppidi*, cum neſcio quid fodicarent ruſtici, detectum fuit, cujus & expoſitionem apponemus, cum priùs nonnulla de *Homeri* exortu, patria, libris & obitu præmiſerimus. In eo ſiquidem *Herodotus, Plutarchus, Zezes, Ælianus, Plinius, Dionyſius, aliique* innumeri, neſcio quid τὸ θεῖον, divinum, inquam, cum ſummis & numinum propriis elogiis, hymniſque, ſupra mortale genus exaltatum agnoverunt. Undè uti eſt apud *Volaterranum, Galaton* pictor *Homerum* mingentem depinxiſſe fertur, juxtaque alios poëtas urinam ejus legentes; quo quidem argutè innuere voluit, ea, quæ apud

Magna Homeri exiſtimatio.

Galaton *pictor* Homerum *mingentem pinxit, & circa eum poëtas urinam ejus legentes.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

apud *Homerum* ceu vilia retrimenta habebantur, cunctos poſt eum poëtas ſelecta in proprium uſum convertentes, tanquam cimeliis pretioſiſſimis ſingulos & omnes ſuos fœtus adornaſſe.

à Philopatore Homero templum dicatum.

Philopator Ptolomæus tanti *Homerum* fecit, ut ei ceu Numini templum exſtruxerit, & juxta ejuſdem ſtatuam civitates, quæ, cujuſnam ille municeps & civis eſſet, inter ſe contenderent. ita *Ælianus de varia hiſtoria*. *Iuſtinianus Imperator* patrem omnis virtutis nominat. Neque hoc ſine ratione; quemadmodum enim fluminum fontiumque curſus ſuam ex Oceano originem ſumunt, ita tanquam ex uberrimo pelago *Homerus* omnibus eloquentiæ & poëſeos partibus ortum exordiumque dedit, quem nemo in magnis ſublimitate, nemo in parvis proprietate ſuperavit. Idem lenis & preſſus, quam jucundus & gravis copia, tam tenuitate mirabilis, non poëtica ſolùm facultate, ſed & Rhetorica eminentiſſimus; ita *Quintilianus*. ut proindè plerique etiam ex Orthodoxis Scriptoribus antiquis aſſerere auſi ſint, Divinam providentiam etiam in cœca gentilitatis caligine, nonnullos deſtinaſſe viros ingenii ſublimitate ultra humanam ſortem elevatos, qui ſolo lumine naturæ inſtructi altiora Divinitatis myſteria ſub variarum fabularum integumentis adumbrata mundo, omni πολυθείας vanitate proſcriptâ, exponerent. Sed jam nonnulla breviter ex *Herodoto* de ejus vita adducamus.

Opiniones variæ de ortu Homeri.

Non ignoro, varios variè de ejus ortu ſenſiſſe; *Plutarchus* ex dæmone natum, heroum numero adſcribit; alii, uti *Antilochus*, *Mercurii* filium eſſe aſſerit, ex innata ipſi ingenii Mercurialis inimitabili vena, qua ſua deſcribit. *Herodotus* verò hæc de eo refert. Natus eſt poſt bellum Trojanum annis 168, ex adulterio matris *Criteidis* virginis *Cumeæ*, quæ nupta fuerat cuidam *Cleonacti*. Hæc cum ob pudorem, *Smyrnam* coloniam, tunc à *Cumæis* duce *Theſeo* deductam, mitteretur, apud fluvium *Melen* inſtanti tempore *Homerum* peperit, non cæcum, ſed videntem; vocatuſque initio ex fluvio *Meleſigenes*. Puer deindè cum optima appareret indole, à *Phannio Grammatico* doctiſſimo, qui tunc *Smyrnæ* cœlebs agebat, unà cum matre educatus eſt, literiſque eruditus. Mercator deindè quidam *Mentes* nomine, juvenem ob literas & virtutem diligens, cupidum alioquin videndi regiones per diverſa orbis loca deduxit. Cum è *Tyrrhenia* rediret, tum apud *Ithacam* oculorum morbo affectum, hoſpiti & familiari ſuo curandum reliquit; qui poſteà convaleſcens *Colophonem* profectus, ibidem rurſùs in eundem incidens morbum, cæcus efficitur. Quapropter *Smyrnam* redire cogitur, atque ibidem totum ſe poëticæ tradit: ſed & ibi, cùm victûs difficultate laboraret, *Cumas* venit accerſitus, ubi appellatus primùm eſt *Homerus*; nam *Cumæi* cæcos, *Homeros*, vocant. Indè demùm in *Chium* ſe recepit, ubi ludum aperuit, ſimul ac quietem nactus eſt, *Iliadem* condidit, omneſque, à quibus beneficium accepiſſet, in ſuo poëmate commemoravit. Nam cum tantus ac talis eſſet, plurimas tamen calamitates in orbitate & ſumma rerum inopiâ vivens paſſus eſt. Apud *Cumas*, à paſtore *Glauco*, ſine duce in ſolitudine oberrans benignè exceptus, & ſuſtentatus fuit; apud *Phocidem* à *Theſtoride Grammatico*, & *Glauci* villico, apud quem dicitur *Iliadem* minorem compoſuiſſe; quem deindè cum à *Chio Cumas*, & *Cumis Athenas* adnavigaret, feſſuſque in littore quieviſſet, egredientes ex oppidis complures, uti Deum viſitatum adcurrebant; ad quem cum etiam piſcatores quidam eadem de cauſa divertiſſent; tale ei ænigma propoſuerunt: Ἅσσ' ἕλωμεν, λιπόμεθα, ἃ δ' οὐχ ἕλομεν, φερόμεθα. id eſt, *quod cepimus, reliquimus, quod non cepimus, attulimus*, quod de pediculis intelligebant, quos in littore ſe purgantes reliquerant. *Homerus* itaque re non intellecta, paucis poſt diebus extinctus eſt, non equidem

Herodoti de ortu Homeri relatio.

Peregrinatio Homeri.

Cæcus efficitur; & Homeri nomen ei primum Cumis inditum.

Calamitas Homeri.

Piſcatorum ænigma Homero propoſitum.

ex ani-

ex animi dolore, uti quidam putant, ſed ex labore itineris unà valetudine contracta; ſepultus ibidem cum hoc epigrammate:

Epitaphium Homeri.

Ἐνθάδε τὴν ἱερὴν κεφαλὴν κατὰ γαῖα
καλύπτει,
Ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον
Ὅμηρον.

Conditur hoc tumulo Vates Divinus
Homerus.
Heroum cecinit qui benè geſta Du-
cum.

Cum itaque de ortu *Homeri* tam varia veterum Scriptorum opinio ſit, ego hanc, quam ex *Herodoto* protuli, omnium quàm veriſimillimam arbitror; qui eum verò ex inceſtuoſo concubitu, uti *Plutarchus* ait, aut ex Dæmone genitum aſſerunt, id non tam de vera & naturali generatione, quàm de cœlitùs dato *Homeri* ingenio dictum velint, eò quod, ob admirandas ingenii dotes, non niſi Deum quendam parentem ejus eſſe potuiſſe arguerent; undè & tanta quoque de patria ejus controverſia nata fuit. ſi *Herodoto* credis, *Smyrnæus* erit; ſi *Pindaro*, tum *Chius*, tum *Smyrnæus*; ſi *Simonidi*, *Chius*; ſi *Antimacho* & *Nicardio*, *Colophonius*; ſi *Ariſtoteli*, *Ienſis*; ſi *Ephoro*, *Cumæus*; ſi aliis, *Salaminius*; quibuſdam *Argivus*, ſi *Ariſtarcho*, *Thrax*; ſi denique aliis, aut *Trojanus*, aut *Lydus*, aut *Ithacenſis*, aut *Cyprius*, aut *Gnoſſius*, aut *Mycenæus*, aut *Ægyptius*, aut *Theſſalus*, aut *Italus*, aut *Lucanus*, aut *Romanus*, aut *Rhodius*. Cum enim vir tantus eſſet, certè mirum non fuit, univerſas tum *Græciæ*, tum *Aſiæ Vrbes*, hoc ambitioſo gloriæ ſtimulo agitatas, tam anxiè de tanti viri municipatu contendiſſe. Septem tamen *Græciæ urbes* inter ſe potiſſimùm de ejus municipatu, quem quæque ſibi arrogabat, conflixiſſe, *Cicero*, *Plutarchus*, & *Suidas* prodiderunt, quæ pulchrè ſanè Antipater dimetro hoc deſcribit:

Lis & controverſia de Patria Homeri.

7 Græciæ urbes inter ſe contendunt de patria Homeri.

Ἑπτὰ ἐρειδμαίνουσι πόλεις διὰ ῥίζαν
Ὁμήρου,
Κύμη, Σμύρνα, χίος, Κολοφών,
Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

Septem contendunt Vrbes de radice
Homeri
Cuma, Smyrna, Chios, Colophon,
Pylos, Argos, Athenæ.

Ita in medio poſitus Literarum princeps *Homerus*, ceu *Atalanta* illa, aut *Hippodamia* à tot ac tam egregiis civitatibus & regionibus, quaſi à generoſiſſimis procis certatim expetitur. Ut proindè non mirum ſit, ex tanta *Homeri* exiſtimatione, à nonnullis non in terreſtri patria humano modo proſatum, ſed è numinum cœtu cælitùs in terram delapſum eſſe, creditum fuiſſe, undè tale de eo à *Græcis* proferebatur ἀποφώνημα:

Εἰ θεός ἐστιν Ὅμηρος, ἐν ἀθανά-
τοισι σεβέσθω.
Εἰ δ᾽ αὖ μὴ Θεός ἐστι, νομιζέσθω
Θεὸς εἶναι.

Si Homerus *Deus eſt, tanquam im-*
mortalibus junctum venerator.
Si non eſt Deus, ſaltem putetur Deus
eſſe.

Hinc veteres Templum ei erigebant, ſacra faciebant, eique ceu Numini ſacrificia, uti ſuprà oſtenſum fuit, offerebant, & quàm luculentiſſimè hæc præſens epigraphe in *Agro Oppidi Marini*, ſub Juriſdictione *Domus Columnæ* marmori inciſa docet, quæ Ἀποθέωσιν *Homeri* quàm ſcitiſſimè exhibet.

Dividitur hoc Monumentum ἀποθεωτικὸν, in tres ordines, ſupremum, medium, & infimum. In ſupremo ordine vides *Iovem Parnaſſo monti* inſidentem, ſceptro unà cum aquila adſiſtente conſpicuum, quæ authoritatem, potentiam, & majeſtatis ſuæ amplitudinem demonſtrant: is converſâ ad aſſeclas ſuos facie quaſi pro apotheoſi Homerica ſupplicantes, audire videtur; ſunt verò ſex figuræ, ſive Muſarum, ſive ſub Charitum formis Civitates, quæ eum in numerum Deo-

Explicatio Monumenti.

Primus ordo imaginum.

rum aſſumi poſtulabant; quarum prima rupi *Parnaſsi* lyrâ inſignitæ inſiſtens, gravis habitu, dextrâ manu lateri inſertâ, alterâ veſtimenti ſyrma tenens, *Iovem* audacter alloquitur, quaſi diceret: quid tibi videtur de magno *Homero*, & tua, & divina *Palladis* virtute imbuto? Tune illo honore, pro quo ſupplicamus, dignum æſtimas? Altera verò, profundo reverentiæ & venerationis actu, veluti in terram procidua ſubmiſſo vultu, extensâque in altum manu, idem ſupplicare videtur. Tertia rupi Parnaſſeæ inſidens faces *Iovi* exhibet, meritumque *Homeri* exponit, quo doctrina & ſapientia divina poëſeos arte mundum illuſtravit. Quarta, vultu ad *Iovem* converſo, biniſque digitis ſublevatis, altera manu volumen tenens, à *Iove* beneficium, veluti per modum adjurationis extorquere velle, occultè innuit. Quinta & Sexta quaſi quid agendum conſultare videntur; Illa, quæ ſedet, libro in manu tento, Divinum in *Homero* poëſeos ſtudium monſtrat, quo & divinos honores à *Iove* ſibi concedi debere, luculenter innuit. Atque hæc eſt vera & legitima Gratiarum apud *Iovem* de *Homero* in Deorum numerum recipiendo, ſupplicatio. *Græca* verò ſub *Iovis* pedibus inciſa epigraphe, nil aliud ſignificat, niſi ſtatuarii, ſive hujus apotheotici ſchematis, inventoris, ſive ſculptoris nomen & patriam, prout verba Græca docent:

ΑΡΧΕΛΑΟΣ ΑΠΟΛΛΟΝΙΟΥ
ΠΡΙΗΝΕΥΣ ΕΠΟΙΗΣΕ.

id eſt:

Archelaus Apollonii
Prieneus fecit.

Secundus ordo imaginum.

In ſecundo ordine pariter ſex figuræ continentur, quæ & ipſæ meritum *Homeri* geſtibus exprimunt; & prima quidem ſedens Poëſin innuit, lyram ſiniſtrâ, plectrum dextrâ veluti in actu ſonandi conſtituta tenet; globum in menſâ tenet, quem ſecunda figura manu indicat; & aliud nihil ſignificare videtur, niſi meritum *Homeri*, quo poëſi ſua Mundi opificium, & omnia quæ in eo ſunt, divino quodam afflatu deſcripta cecinit. Tertia verò figura rupi ambabus innixa manibus, veluti extaſi quaſi abrepta, & attonita Divinos *Homeri* labores contemplari videtur. Sequuntur jam Quarta & Quinta figura antro inexiſtentes, quarum prior Lyram Orphicam læva monſtrat, dextrâ plectro inſtructa; aſſecla verò *Iliadis volumen* monſtrat; in quo amores Deorum Dearumque omnium, qui per arcum & pharetram faſciaſque *Cupidinis* ſymbola rectè indicantur, exhibentur. Antrum verò hoc aut *Nympharum*, aut *Muſarum* habitaculum notat, de quo ampliſſimè *Lucianum*, cæteroſque Mythologos agentes vide. Erat enim proprium *Nympharum*, *Muſarumque*, antra inhabitare.

Sexto tandem loco, ſimulacrum Flaminis abaco inſiſtentis exhibetur; dextra volumen tenens, ſiniſtra pectus premit, & converſa ad Deas facie ſententiam definitivam exſpectare videtur, promptamque ſe exhibet ad debitorum *Homero* ſacrificiorum Ægyptio ritu faciendorum exhibitionem; quæ omnia duæ faces accenſæ cum Tautici characteris figura, proprio *Ægyptiorum* in ſacris obeundis ſymbolo intermedio notant; & eſt crux anſata, quæ aris templiſque Niloticis ubique inſculpta, nec non omnibus *Ægyptiorum* Numinum manibus inſerta ſpectatur, cujus virtutes & proprietates in H*ieroglyphicis noſtris Operibus*, *Oedipo*, *Obeliſco Pamphilio*, & *Alexandrino Minervali*, nec nec non in *Linguæ Coptæ reſtitutæ theſauro*, unâ cum altiſſimarum rerum, quas per eam Hieroglyptæ ſignificabant, interpretatione, quàm uberrimè expoſuimus, ad quæ Lectorem remittimus.

Crux anſata inter duas faces muro depicta, quid notet?

Tertius ordo imaginum.

Tertius tandem ordo monſtrat *Iovis* executivam Apotheoſeos ſententiam, quæ quàm belliſſimè hîc exprimitur. Et primò quidem, veſtibulo Templi Deorum cortinam obtenſam vides, quo myſteria humano ingenio inacceſſa,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

inacceſſa, à ſolo *Homero* penetrata innuuntur, juxta illud: *procul hinc, procul eſte profani.* Quæ ſanè pulchrè per quaternas decenti habitu exornatas virgines ſub actu ſtuporis & admirationis denotantur: unaquæque digito labris impoſito ſilentium ſuadet, quemadmodum olim H*arpocratem*, quem & *Sigalionem* à ſilentio dicunt, *Ægyptii* exprimere ſolebant, juxta illud Ovidii:

Quique premit vocem, digitoque ſilentia ſuadens.

Itaque more *Ægyptiorum* virginem, quæ σοφίαν refert, digito labris admoto expreſſit hujus monumenti author, ut ſuaderet, neque de patria & ortu Homeri, neque de ejus apud homines converſatione, neque de operibus Deorum afflatu confertis temerè loquendum, utpotè quæ omnem humanam ſuperarent æſtimationem; atque adeò ſilentio, quod capere nequeas, ſupprimendum potiùs, quàm voce explicandum cenſeas, in quo videlicet, uti infraſcriptæ voces notant, φύσις, ἀρετὴ, μνήμη, πίςις & σοφία: id eſt, *Natura, virtus, memoria, fides, & ſapientia eo dotium cumulo* Homerũ *exornarunt*, ut ἀποθέοσιν merito ſuo adeptus ſit. φύσις quidem, ſeu Natura ſub forma pueri, qui virginis digito ori admoto ſilentium ſuadentis veſtem quaſi vellicare videtur, denotat, inacceſſa Naturæ ſacramenta; quæ ea de cauſa, non niſi ſub umbratili fabularum integumento in operibus ſuis hymniſque divinitate confertis deſcripſit Homerus, ſolo ſilentio coli & adorari debere. Sunt autem quatuor potiſſimùm, quibus Homerus mundum in admirationem rapuit: ΑΡΕΤΗ, ΜΝΗΜΗ, ΠΙΣΤΙΣ, ΣΟΦΙΑ. *Virtus, Memoria, Fides, & Sapientia*, quæ ſub forma Charitum adumbrantur. Per virtutem indicant robur, & vim in ingenio *Homeri* eluceſcentem, qua poëticis ſuis cantibus non ſecùs ac *Amphion* & *Orpheus* ſaxeos ferocium hominum animos, ad veram vivendi normam reduxit. Memoriâ adeò excelluit, ut quicquid ſcripſit, cum cœcus eſſet, ſolius memoriæ efficaciâ & vigore dictaverit, & omnium præteritorum ſcriptorum monumenta ſola prælectione facta tenaciſſimæ mentis amplitudine & capacitate retinuerit, quod meritò quidpiam in eo divinum arguit.

Homeri *virtutes.*

Alexandrum Magnum tanti *Homerum* feciſſe *Plinius* aſſerit, ut devicto *Dario* Rege *Perſarum*, cum inter ſpolia ſcrinium nobiliſſimum, & immenſa lapidum pretioſorum copia exornatum, ipſi fuiſſet oblatum; mox ut viderit, excuſſis ex eo pretioſis margaritis, illud librorum *Homeri* cuſtodiæ tradiderit, ut pretioſiſſimum humani animi opus quàm maximè diviti opere ſcrinii ſervaretur. Fidem non humanam tantùm, ſed & fidem ſuam in Deum, unicam rerum omnium cauſam, in hymnis ſuis profeſſus, quàm profundiſſimè demonſtravit; cæteram verò Deorum Dearumque turbam, non niſi divinarum virtutum effluxum aſſeruit, ut proindè eum non immeritò *Plinius* fontem ingeniorum, primumque doctrinarum & antiquitatis parentem vocet; ex quarum rerum notitia ſophiam ſeu ſapientiam adeptus, Divinarum humanarumque rerum cognitionem adquiſivit.

Æſtimatio Homeri *ab* Alex. Magno.

Sequuntur jam quatuor aliæ Muſæ, & ſunt ΚΟΜΟΙΔΙΑ, ΤΡΑΓΟΙΔΙΑ, HISTORIA. & comœdiis quidem humanarum actionum ideas, ut quid fugiendum, quid amplexandum, ante oculos mortalium poſuit. Tragœdiis verò infelices hominum in ſublimi fortunæ vertice conſtitutorum exitus ad cautelam expoſuit. Hiſtorias omnium præteritorum temporum ità feliciter attigit, ea facundia deſcripſit, ut in iis aliquid humanis rebus altius indigitaverit; undè ei meritò ob harum virtutum cumulum divini honoris tituli decreti ſint, fueritque *Hecatombes*, id eſt, *centum boum ſacrificio honoratus*, ut bovis figura Aræ appoſita apprimè docet; thus quoque, & thymiamata, vinumque, quæ omnia per aſſiſtentem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

figuram ſimpulum manu dextrâ, & læva pateram, ſeu catinum thuriferum tenentem, denotantur, quam cerimoniam & actu, manu ſupra aram extenſa, & digitis thus ſpargentibus exercere videtur.

Sequitur tandem actus ipſe Apotheoſeos; vides *Homerum* thronô inſidentem, ſceptro flore loti inſignito læva, dextra *Iliadis volumen* tenentem, majeſtate vultus conſpicuum, duobus Geniis throno utrimque adſiſtentibus, Ægyptiaco veſtitu & geſtu adornatis, quorum primus genuflexus dextra enſem apice in *Lunæ* formam arcuato, altera ſolii ſpondam amplectitur; per gladium efficacia & robur in perſuadendo, per ſpondas, ſoliditas in ſcribendo deſignatur. Alter Genius manu flagellum ὀφιόμοϱφον, quaſi in aera vibrat, qua vis & energia in Tyrannorum vitioſorumque hominum flagitiis profligandis ſignatur Terminatur tandem ultimus actus ἀποθεώσεως, per impoſitionem coronæ laureæ, quam ipſi alii duo Genii ſuperioris ordinis imponunt. Infrà verò ponuntur hæc verba ſequentia: ΕΥΜΕΛΙΑ, ΚΙΡΟΝΟΣ. ΙΛΙΑΣ. ΟΔΥΣΣΕΙΑ ΟΜΗΡΟΣ. ΜΥΘΟC. per Eumeliam dulcia cantica, & reliqua *Iliadis* & *Odyſſeæ* opera *Homeri*, ſub abdito Mythologiæ ratiocinio deſcripta denotant. Quæ pulchrè ſanè deſcribit Silius l.14, de Homeri ἀποθεώσει canens.

Atque hic Elyſio *tendentem limite cernens*
Numinis effigiem, caſta cui vitta ligabat
Purpurea effuſos per colla nitentia crines.
Dic, ait, hæc quoniam Virgo, cui luce refulget
Præcipua frons ſacra viro, multæque ſequuntur
Mirantes animæ, & læto clamore frequentant.
Qui vultus? quem, ſi ſtygia non eſſet in umbra,
Dixiſſem facilè eſſe Deum. non falleris, inquit,
Docta comes Triviæ, meruit Deus eſſe videri,
Et fuit in tanto non parvum pectore numen.
Carmine complexus terram, mare, ſidera, Manes,
Et cantu Muſas, *&* Phœbum *æquavit honore*
Atque hæc cuncta priùs quàm cerneret ordine terras,
Prodidit.

Hoc loco omittere non poſſum, quin de Authore hujus monumenti nonnihil adderem: res ita ſe habet: Cum hujus monumenti locum ſollicitius inquirerem, ex relatione Ill^mi^ & Rev^mi^ *Marcelli Severoli* relatione tandem intellexi, id eo in loco inventum fuiſſe, quo olim *villa Claudii Cæſaris* unà cum Templo ſibi ſacro, conſiſtebat; & hodiè locus ille vulgò *Frattochia* nominatur, *Villa Colonnenſium Principum* magnifica prorſus, & omni deliciarum genere referta, quam ob cauſam eâ *Alexander VII.* P. M. dum in *Caſtro Gandulphino* quotannis ruſticaretur, unicè delectabatur. *Claudius* itaque cum ingenii ſolitarii eſſet, ſtudiorum amore abreptus, in hanc ſe villam conferebat, (erat enim Latinè Græceq; doctiſſimus) & præſertim *Homeri* lectioni continuò incumbebat. Fuit hic *Claudius Caji Caligulæ* in imperio ſucceſſor, & ubi ſtudiis deditiſſimus ita quoque rerumpublicarum imperiique adminiſtrationi parum aptus erat; ut proinde eum *Antonia* mater ob ſegnitiem monſtrum hominis dicere ſit ſolita. Hiſtorias pæne omnes præteritorum temporum norat, ita ut H*iſtorici Rom. Imperatorum*, unanimiter conſentiant; eum adhortante *T. Livio XL* Hiſtoriæ *libros* conſcripſiſſe. H*omerum* memoriter tenebat, ejus lectioni ita addictus, ut ſine eo eſſe non poſſe videretur, integroſque ſæpe ex eo pro uſu rerum, & occurrente materiæ occaſione, non ſolum verſus, ſed hiſtorias recitaret.

Cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Cum itaque tanto ſtudio adhæreret *Homero*, & præ aſſidua lectione, ſtudiorumque fervore, Cæſareis negotiis expediendis minus ſeſe applicaret: mirum nemini videri debet, eum in villa ſua, hoc apotheoſeos Homericæ monumentum marmori inciſum, ad ſuam de *Homero* ſemideo conceptam exiſtimationem poſteritati conteſtandam erexiſſe.

CAPUT VIII,

Ardeatinus Ager, *aliorumque locorum adjacentium.* Campus Solonius, Tellenæ, Ficana.

Ardeæ deſcriptio. ARdeam metropolim & Regni *Rutulorum* caput fuiſſe, omnes conſentiunt Authores; & quamvis in ipſo *Latinorum* Regni fundo conditum fuerit, nullum tamen cum iis neque legum, neque morum commercium fuiſſe, ex iis, quæ ſequentur, patebit; ut vel admirari liceat, Regnorum iſta ætate tenuitatem, regumque oppidò anguſtos juriſdictionis terminos, qui hodiè ne quidem ditioris fortunæ oligarchæ ad ſui tuendam exiſtimationem ſufficerent. *Turnus* tamen Rex *Rutulorum* fuit, à quo tamen ſi *Ardeam* demas, jam præter ſtricti agri campum, aliam habitationem ne requiras. Fuiſſe tamen olim moderno tempore & grandiorem & fabricis inſtructiorem, exercitus, quem contra *Latinum Æneamque* duxit, indicat. Diſtat hæc à mari 3 millibus paſſuum, duobus minus ſtadiis, *Strabone* teſte. Condita dicitur, *Plinio* arbitro, à *Danaë Perſei* matre. Rem narrat Servius in l. 8 Virg. his verbis:

Fabula de Danaë conditrice Ardeæ. Danaë Acriſii *Regis* Argivorum *filia, poſtquam à* Jove *vitiata fuit, pater eam intra arcam incluſam præcipitavit in mare, quæ delata ad* Italiam, *inventa eſt à piſcatore cum* Perſeo, *quem illic enixa fuerat, & oblata Regi* Pilumno, *qui eam ſibi fecit uxorem, cum qua etiam* Ardeam *condidit, à quibus &* Turnum *vult originem ducere.*

Turni origo. Quæ verò de *Pilumno & Pithumno* Diis infantium fuſius poſteà narrat, Lector videat. Hanc fabulam narrat aliter *Hyginus c.* 63.

Ardeæ Etymon. Nomen quoque *Ardea*, vel ipſum fabulis involutum, nil certi nobis de etymo pollicetur. *Ovidius l.* 14, *Ardeam* Urbem, ab *Ænea* captam incenſamque, in avem ei cognominem fuiſſe converſam fabulatur. Quidam ab augurio *Ardeæ* ſic denominatam eſſe volunt. Alii, ut *Xenogoras*, ajunt, *Ulyſſen* cum *Circe* tres habuiſſe filios, *Romum*, *Antiam*, atque *Ardeam*: hos conditis tribus urbibus à ſe impoſuiſſe nomina; hanc quoque *Trojam* fuiſſe appellatam author eſt *Thora* apud *Strabonem*; certè cum locum, in quem primùm egreſſus ferebatur *Æneas*, in oppidi modum communitum, *Trojam*, dictum fuiſſe, in præcedentibus oſtendimus.

Antiquitas Ardeæ. Quidquid ſit, *Ardeam* antiquiſſimam fuiſſe, multis ante *Æneæ* in *Italiam* adventum ætatibus, Strabo docet, qui jam *Aboriginum* tempore, *Rutilos* eorumque urbem *Ardeam* antiquam vocat: Ἀβοριγενές τε οἱ περὶ τὴν Ῥώμην, καὶ Ῥουτοῦλοι, οἱ τὴν ἀρχαίαν Ἀρδέαν ἔχοντες. Anno urbis conditæ 313, primum huc Coloniam deductam *M. Fabio Vibulano*, & *Poſthumio Æbutio* Conſulibus, *Livius* tradit.

Inſalubritas aëris. Mirum ſanè eſt, *Ardeam* ſub inſalubri cælo, & vitiati aëris agro, in tantum ſemper floruiſſe, & numero hominum, & opum abundantia: niſi dicamus, vetuſtis iſtis temporibus *Ardeæ*, *Laurento*, *Lavinio*, (de quibus prima hujus operis parte actum eſt) vicinis oppidis, aliam fuiſſe cæli conſtitutionem, aliam terreni rationem, vel ſi eadem fuit, aërem hominum jumentorumque habitu foco-

rumque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

rumque frequentia emendatum fuiſſe: certè quò minus utrumque dici poſſit, non video cur quis dubitet. Nam ut *nos in Hetruria* oſtendimus, fuerunt nonnulla loca, olim ob gravioris aëris vitium prorſus deſerta, quæ hodiè habitata, dicta aëris incommoda non ſentiunt, uti de *Sardinia Plinius* refert: contrà alia hodiè deſerta comperiuntur, quæ olim maximè habitabantur: ſic Natura ſuas verſat in orbe vices.

Viciſſitudo rerum.

Tempore *Romanorum* veterum, *Ardeam* etiam tunc aëre vitiato infamem fuiſſe, Strabo refert. Verba hujus ſic ſe habent: *Omne* Latium *felix eſt, & omnium rerum ferax, exceptis paucis locis quibuſdam maritimis, quæ paluſtria ſunt & morboſa, qualis eſt* Ardeatium ager, *&* ager Pomptinus. Seneca epiſt: 105: *Quæ obſervanda tibi ſint, ut tutior vivas, dicam. tu tamen ſic audias, cenſeo, illa præcepta, quomodò ſi tibi præciperem, qua ratione bonam valetudinem in* Ardeatino *tuereris.* Vitruvius quoque, in Architectonica ſua, valdè improbat aërem Ardeatenſem l. 8, c. 3; rationemque oppidò congruam addit male ſani aëris ibidem dominantis: *Sunt autem*, inquit, *odore & ſapore non bono frigidi ſulphurati fontes, qui ab inferioribus locis penitus orti per loca ardentia tranſeunt, & ab his per longum terræ ſpacium procurrentes, refrigerati veniunt ſupra terram, ſapore, colore, odoreque corrupto, ut in* Tiburtina via flumen Albulæ, *& in* Ardeatino *fontes frigidi eodem ſapore, qui ſulphurati dicuntur.* Certè uti olim, ita & hodiè *Ardea* æſtivo tempore prorſus inhabitabilis eſt, exceptis pauculis, qui nativo aëre gaudent quidem, ſed febribus perpetuò afflicti indigenæ lurida & cadaveroſa facie vix animam trahere videntur, aliis in montana oppida defæcatioris aëris ſeſe recipientibus; hyberno tamen tempore agri colendi gratiâ, meliori aëris conſtitutione, ex frigore jam condenſata terra, & vaporibus malignis interclusis animati revertuntur. Hodiè Juriſdictioni *Cæſarini* Ducis parens, ex omnibus priſci *Latii* oppidis una ſupereſt: & quæ olim Regiæ urbis titulum gerebat, jam vix pagi dignitatem ſuſtinet.

Ratio inſalubritatis Ardeatinæ.

Cum deindè Authores *lacus Turni*, ſeu *Ardeatini*, mentionem faciunt, illum alium non putes eſſe, quàm qui, uti olim, ità hodiè ex ſulphuratis fontibus originem trahit, quamvis non ejuſdem vaſtitatis, qua olim eum fuiſſe Virgilius deſcribit, dum fugam *Turni* à *Trojanis* obſeſſi canit:

Lacus Ardeatinus, ſeu Turni.

Ergo amens diverſa fugâ petit æquora Turnus,
Et nunc huc, nunc inde incertos implicat orbes:
Vndique enim denſâ Teucri *incluſere coronâ.*
Atque hinc vaſta palus, hinc ardua mœnia cingunt.

Erat prætereà paludibus & arundinetis conſitus ager, in quibus *Sulpitius* Conſul, dum metu adverſariorum ſeſe abſcondiſſet, ab iis deprehenſus miſerè periit, teſte *Vellejo Paterculo l.2.* Ab hoc oppido verſus mare non procul abſunt *Laurentum*, & *Lavinium*: ſed quia ea jam in maritima *Latii* ora deſcripſimus, eò Lectorem remittimus.

Mors Sulpitii Conſulis.

Campus Solonius.

Campi Solonii deſcriptio.

Cum apud Veteres Scriptores ſæpè de *Campo Solonio* fiat mentio, ubinam is fuerit, diſcutiendum eſt. Qui eum *Oſtiam* inter & *Laurentum* ponunt, audiendi non ſunt, cum id ſequentium Authorum relationi repugnet; neque alii, qui eum inter *Antium Ardeateſque* ponunt. Quarè Ciceronis verbis placuit ſubſcribere, qui l. 1. divin. ubi *Roſcii* acta deſcribit, ejus ſitum veluti digito monſtrare videtur. Roſcius, inquit, *dum adhuc eſſet in cunabulis, educareturque in* Solonio, *qui eſt* Campus Agri Lanuvini, *noctu lumine appoſito experrecta nutrix advertit puerum dormientem circumplicatum ſerpentis amplexu.* & l.2, de ipſo *Roſcio*, *poteſt illud quidem eſſe falſum, ut circumligatus fuerit anguis, ſed ut in cunis fuerit anguis, non tam eſt mirum, in* Solonio *præſertim, ubi apud*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

focum angues nidulari ſolent. *Marium* quoque devaſtato *Lanuvio* in *Solonium Campum*, ubi villam habebat, primò, deindè *Oſtiæ* per navigium, à *Numerio* amico paratum, fugâ vitæ ſuæ conſuluiſſe, *Plutarchus* refert in *Mario*. Feſtus quoque ejus ſitum ita deſcribit: *Promovet*, inquit, *in* Agro Solonio, *via Oſtienſi ad duodecimum lapidem, diverticulo à milliario octavo.* Ex quibus luculenter apparet, *Campum Solonium* in ipſo *Lanuvino territorio* exſtitiſſe verſus occidentem, id eſt, inter *Ariciam* & *Patricam* oppida, quod & in hunc diem *Prattica* dicitur; qui ſunt veluti termini quidam *Campi Solonii*, & hodiè comprehendunt intra ſe loca vulgò dicta *S. Abrocolo*, *Torre maggiore*, & *Tarqueto*. Sed hæc omnia clarius Mappa monſtrabit, quam conſule.

Situs campi Solonii.

Meminerunt *Livius* & *Dionyſius* aliorum quorundam oppidorum hoc loco ſitorum: & fuerunt *Tellenæ* & *Ficana*, quas *Ancum Martium* expugnaſſe *Livius* tradit; nos hæc duo oppida alibi non fuiſſe, quàm in *Campo Solonio*, aut in confinio ejus, ex quorum ruinis poſteà tres paulò ante nominati vici exſtructi fuerint, putamus; ad quod aſſerendum me movent verba Strabonis: *Hernici Lanuvio* erant & *Albæ* propinqui, ipſique *Romæ*, nec procul inde *Aricia*, Tel*lenæ*, *Antium*. *Tellenas* itaque æquo ab *Oſtia*, *Aricia* & *Patrica* intervallo ſitas fuiſſe probabile eſt. *Tellenis* vero cum *Ficanam* proximam faciat *Livius*, & *Fabius Pictor* Patrica ſaxa dicta fuiſſe referat, illa duo oppida in confinio, vel ipſo *Campo Solonio*, cujus fines undecim ferè milliaribus *Roma* abſunt, ſita fuiſſe clarè patet, & rudera ſubterranea, quæ paſſim ibidem à ruricolis reperiuntur, manifeſto indicio ſunt.

Tellenæ, Ficana.

PARS IIII.

PRÆNESTE,

ſive,

AGER PRÆNESTINUS.

CAPUT I,

De origine, & antiquitate, ſituque Præneſtinæ *urbis, vulgò* Paleſtrina.

Præneſte *Etymon controverſum.*

PRæneſte ex vetuſtiſſimis celeberrimiſque *Latii* urbibus fuiſſe, *Strabo* docet; cui conſentiunt, quotquot de rebus *Latii* ſcripſerunt Authores, quamvis in primo ejus conditore diſcrepent; quidam à *Præneſto Vlyſsis* & *Circes* filio conditam volunt; *Plutarchus* à *Telegono Vlyſsis* & *Circes* filio conditam, oraculo monitum, ut ubi colonos ſerta gerentes ſaltare videret, ibi urbem conderet; alii à *Præneſto Latini Vlyſsis* nepote; alii à quodam *Aborigenum* duce hujus nominis; alii etiam, ante pulſos ab *Aboriginibus Siculos*, ab *Oenotriis* exſtructam jam exſtitiſſe; plerique à *Cæculo Vulcani* filio originem ſuam traxiſſe, *Virgilii* authoritatem ſecuti exiſtimant. Nos quid in tanta, tamque obſcura vetuſtatis caligine dici debeat, vix definimus: veriſimile tamen cenſemus, eos à primis *Italiæ* incolis, commoditate locique feracitate motis, originem ſuam ſortitos eſſe; fabuloſis enim narrationibus *Circes* & *Vlyſsis*, *Cæculique* ex ignea ſcintilla concepti nativitati aſſentiri, foret errorem erroribus, figmenta figmentis addere. Undè meliori ratione iis ſubſcripſero, qui dicunt, à vetuſtiſſimis Pelaſgis, ſive ab uno eorum hujus nominis duce, aut etiam à quodam *Sicanæ* gentis principali ante *Pelaſgorum* adventum, ortam fuiſſe. Lectori nihilominus pleno ſentiendi, quid voluerit, arbitrio relicto. *Sicanos* enim hanc montium catenam à *Tybure Præneſtem* uſque tenuiſſe, in Tyburtinæ urbis deſcriptione oſtendemus.

Telogonus Ulyſsis & Circes *filius conditor* Præneſte.

Quo tempore condita Præneſte.

Cum itaque *Sicani*, uti & *Aborigines*, in montanis potiſſimum locis, ſua exſtruere oppida ſolerent, certè eos tam notabilem *Præneſtini montis* locum, amœnitate juxta atque feracitate rerum omnium humanæ vitæ neceſſariarũ plenum, aut ignoraſſe, aut conſultò prætериiſſe, non eſt veriſimile. Dicimus itaque hanc urbem eodem tempore, ſive à *Sicanis* aut *Oenotriis*, ſive ab *Aboriginibus* & Pelaſgis primis, pulſis jam *Sicanis*, quo *Ardea*, Tybur, cæteræque *Latii* urbes incompertæ vetuſtatis, aut ædificatæ, aut ex veterum habitationum ruinis inſtauratæ fuerunt, exſtructam fuiſſe. Quæ enim *Virgilius* ejuſque *Commentator Servius*, de *Cæculo* hujus urbis fundatore, Diiſque Dactylis Digitiſve enarrat, illa æquo jure veterum *Sicanorum*, *Aboriginum*, aut Pelaſgorum cuipiam Duci per analogiam geſtorum applicari poſſe, in prima hujus operis parte oſtendimus. Sunt enim fabuloſæ narrationes ex ſuo genere tales, quæ à Poëtis facilè multis aliis accommodari queant; à *Sicanis* autem conditam, vel ipſo Virgilio annuente, hiſce verbis conjicimus:

Præneſte à Sicanis *conditum veroſimile eſt.*

O mihi præteritos referat ſi Juppiter *annos,*
Qualis eram, cum primam aciem Præneſte *ſub ipſa*
Stravi, ſcutorumque accendi victor acervos,
Et Regem hac Herilum *dextrâ ſub tartara miſi:*

Naſcenti

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Naſcenti cui tres animas Feronia *mater,*
Horrendum dictu, dederat.

Herilus quis fuerit.

Nam, ut *Servius* ait, *Herilus* ille nullus alius fuit, niſi filius *Feroniæ* Nymphæ *Campaniæ*, & Rex ſeu Dux *Sicanorum*, qui *Aboriginibus* & *Latinis* ingruentibus *Præneſte* tuebatur; cui ſubſcribit Plautus, qui *Præneſte* inter barbaricas urbes numerat; hoc autem nomine *Sicani* vocabantur à *Latinis.* Si itaque annos, quo *Sicani* ab *Aboriginibus* ex *Italia* pulſi ſunt, ad calculum reduxeris, reperies, Urbem hanc ante *Chriſtum* 1500 annis, jam exſtitiſſe. Sed de hiſce vide *calculum annorum*, queis *Ianigenæ*, *Vmbri*, *Sicani*, *Pelaſgi*, *Aborigineſque Italiæ* dominati ſunt, quem in *prima hujus libri parte* fuſè deduximus, & antiquiorem hanc Urbem reperies, quàm quiſpiam ſibi imaginari poſſit.

Præneſte quo anno condita.

Nominis etymon.

Ad nominis etymon quod attinet, non minor eſt inter Authores controverſia. Grammatici dictam *Præneſte*, eò quod montibus proſtet: ita *Cato* & *Feſtus*; ſed cum *Latina lingua* necdum, cum hæc conderetur, in rerum natura eſſet, certè à *Latinis verbis* nomen urbis deduci non poterit. Qui verò eam *Græcæ* originis faciunt, ἀπὸ τῶν πρίνων, id eſt, *ab Ilicibus*, *queis* Præneſtinus ager *abundat*, *aut* παρὰ τὸ πρηὼνες, *eò quod præcipiti & edito loco ſita fuerit*; ſic dictam volunt, non incongrua fide loquuntur, ſi nobis conſtaret, *Græcam linguam* tunc temporis tantæ fuiſſe perfectionis, quantæ poſteris temporibus excultam videmus. Nam ut aliàs oſtendimus, fuit *Lingua Græca* ante primam *Tyrrhenorum* Pelaſgorum*que* in *Italiam* adventum, adhuc veluti in cunis ſuis vagiens, rudis & impolita. Verùm nos relictis hujuſmodi Grammaticorum conjecturis, etymon hujus urbis ab aliquo Duce, ſive is fuerit *Vlyſſis* & *Circes* filius *Præneſtus*, ſive *Sicaniæ* aut Pelaſgicæ *gentis*, hujus nominis Coryphæus. *Hebraicum Itinerarium Benjamini* hunc locum vocat פרנסתא *Parneſta*, quo nomine *Chaldæi* vocant *Ianonæ* Curatores; undè forſan melius quiſpiam à *Ianigenis*, quos *Chaldaicâ linguâ* uſos eſſe, etſi multis modis ex variarum gentium commercio corruptâ, & *Latio Hetruriæque* dominatos fuiſſe, ante *Pelaſgorum* in *Italiam* adventum, ſuprà diximus, adeòq; cum priſcis *Aboriginibus*, *Vmbris*, *Sicanis* paſſim confundimus, deducere malit: nos id lectoris arbitrio permittimus.

Præneſte Etymon non à Latino, nec Græco, ſed Hebraico deduci probabile.

Situs urbis.

Ad ſitū urbis quod attinet, videtur ille eodem loco hodiè, quo olim, exiſtere, in prærupto ſcilicet montis dorſo: 21 millibus paſſuum *Roma*, duodecim *Tybure*, & totidem *Anagniâ* diſſita. Ex ortu totam penè *Hernicorum*, ex occaſu unà cum *Tyburtina Sabinorum* regionem; ex meridie *Algidum*, & *Tuſculanos*, *Albanoſque montes*, unà cum *Latii* mediterranei diſtrictu, jucundiſſimo aſpectu ſubjicit. Olim uſque ad montis jugum, ubi hodiè arx natura & arte munitiſſima cernitur, aſſurgebat, continuoque tractu ad radicem uſque habitationum plena, uti cryptarum ruderumque multiplex congeries oſtenditur, porrigebatur: præſertim circa palatium in clivo poſitum, quod ex ſuperbis *Fortunæ ædis* ruinis conſtructum, mirificum undequaque proſpectum pandit. Verticem *montis Appennini* jugum eſſe, ibidem à reliquis montibus interruptum, ex mappa facilè innoteſcit; quamvis nonnulli, neſciò qua de cauſa, *Aventinum* perperam dictum fuiſſe, putaverint. πολυστέφανον, id eſt, *multarum coronarum* dictam, Strabo docet; certè non alia de cauſa, niſi quod Urbs tota muris altis & firmis, in coronæ morem circundata eſſet; quod nomen πολυστέφανος, εὐστέφανος aliis quoque civitatibus eandem ob cauſam, uti *Tyburi*, *Crotoni*, *Ilio* impoſitum, urbesq; hoc veluti epitheto quodam ſplendido inſignitas fuiſſe, ex *Dionyſio*, *Afro*, *Anacreonte*, *aliiſque* colligimus. Reddidit hanc urbem oppidò celebrem miſerandus *Marii junioris* interitus, quem hiſce verbis Livii Epitomator narrat: Cajus Marius, inquit, Præneſte *obſeſſus à* Lucretio Aſel-

πολυστέφανον. nomen unde datum civitatibus.

C. Marii Jun. interitus in cuniculis Præneſtinis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

tio Aſella Syllanarum *partium Viro, cum per cuniculum, quibus Vrbs perfoſſa eſt, evadere conaretur, ſeptus ab exercitu, mortem ſibi conſcivit in ipſo cuniculo, cumque ſentiret, ſe evadere minimè poſſe, cum* Pontio Teleſino *fugæ comite, ſtricto utrimque gladio concurrit; quem cum occidiſſet, ipſe ſaucius à ſervo impetravit, ut ſe occideret.* Atque hic exitus fuit viri fortiſſimi, in cujus cadaver indignis modis poſtmodum truculentus *Sylla* ſæviiſſe traditur; ut qui vivum ſuis manibus non obtinuiſſet, mortuum ſaltem omni crudelitatis genere afficeret; qui non paulò poſt *Cumas* abiens morte digna geſtis, id eſt, formidabili phthiriaſis morbo interiit. *Strabo* aſſerit, eam, ob continuas *Romanorum* illuc profugorum ſeditiones, non ſemel deſtructam, ac tandem, non obſtantibus deliciis, quibuſcum rerum copia & abundantia certare videbatur, deſertam fuiſſe. Nam flagrante bellis civilibus & ſeditionibus *Vrbe Roma*, factioſi homines, qui res novas moliebantur, eò veluti in tutam arcem confugiebant; idcircò *Præneſte*, obſeſſa, expugnata & vaſtata, agerque ademptus ſæpe fuit, culpa etiam in inſontes tranſlata. Hìc quoq; *Fulvia Antonii* uxor cum L. *Antonio* M. Fratre ſedé fixit contra *Octavium*; hîc Aſylum, *Polybio* teſte, fuit ſecuritatis profugientibus omnibus, qui vel exilii cauſa ſolum vertere, vel ob delicta urbe exacti alias ſedes quærere cogebantur; uti P. *Furius Philus*, qui citerioris *Hiſpaniæ* prætor, de graviſſimis accuſatus criminibus, exulatum *Præneſte* abiit: huc *Matianus Tiberii Cæſaris* pater, *Tybure* præturâ functus, abiit proſcriptus. Non deſtiterunt tamen *Romani* Principes quotannis veluti locum deliciis plenum viſitare *Præneſte*. *Centronium* ſanè felicius ſe *Præneſte* habitare pauperem, quàm *Romæ* divitiis oppletum cenſuiſſe, *Iuvenalis l.* 14. notat. Nec Symmachus tacendus, qui in quadam ad amicum epiſtola ſic ſcribit: *Animum meum* Campani *littoris commemoratione ſollicitas. at nobis in* Præneſtino agro *degentibus non minus ſuppetit voluptatum; ſint licet plures hominum ſententiæ, qui maritimis montana poſtponunt. Ego tamen vitandis æſtibus magis judico nemoroſa, quàm culta aperta congruere. Auguſtum* quoque *Cæſarem Præneſte* & *Tybure* delectatum *Suetonius* refert: cæteroſque innumeros, quos vide apud *Ioſephum Mariam Suareſium*, Eccleſiæ Vaſionenſis præſulem digniſſimum, nec non omni literaturæ genere excultiſſimum, qui res Præneſtinas integro opere quam eruditiſſime complexus eſt.

Syllæ *mors & crudelitas.*

Præneſte *factioſorum hominum refugium.*

Exilium Aſilum & Romanorum Præneſte.

Præneſtinæ delitiæ.

In Monte, qui *Præneſtinæ Vrbi* ſuperimminet, *Monaſterium* fuiſſe *Divi Petri Apoſtoli, S. Gregorius Magnus* teſtatur *l.* 1. *c.* 11. *Beatam* quoque *Margaritam* è *Colonnenſi familia* in hoc monte, in paterna domo, veluti in Monaſterio ſanctè vixiſſe, ibique diem ultimum obiiſſe anno 1286, *Farſenſe Chronicon* docet. Inſignem tamen, poſt inſtaurationem primis ſeculis factam, cladem perpeſſa fuit ſub *Bonifacio VIII*: quam poſtquam gravi obſidione preſſiſſet, tandem pactis legibus expugnavit ſoloque æquavit, aliâ in radice montis exſtructa, quam *Civitatem* Papalem appellari voluit: quam cum poſteà *Theodoricus Reinerius* Cardinalis adminiſtraret, hinc primus Epiſcopus *Civitatis* Papalis nominatus fuit, uti legitur in *Annalibus Ptolomæi Lucenſis* & apud *Ciacconium*. Hinc ortum deindè eſt diſſidium inter *Bonifacium Octavum*, & *familiam Colonnenſium*. Siquidem *Sciarra Colonnenſis familiæ* princeps, ope Regis *Galliæ*, dictum Pontificem *Anagniæ*, à qua oriundus erat, obſeſſum captumque carceri mancipavit. Cum jam verò nonnihil ex ruinis ſuis inſtaurata fuiſſet, *Ioannes Vitelleſcus Eugenii IV* Legatus in *Columnenſes* exercitum ducens, *Præneſte* rurſus obſeſſum, præciſo aquæductu, qui unicus aquam urbi præbebat, cepit, & mox rebellionem meditantem funditus evertit, *Præneſtinis Romam* migrare juſſis anno 1435. *Stephanus* tamen *Colonnenſis*, ſedente Nicolao

Monaſterium S. Petri Ap.

Beata Margarita ex fam. Colonna.

Præneſte *excidium ſub* Bonifacio VIII.

Papa incarceratus.

Varia Præneſtinenſium fortuna ſub Columnenſibus.

Nicolao V, Pont. Max. poſtmodum reſtauravit, habitationes reduxit, & arcem in ſummo montis vertice ædificavit, quæ etiamnum durat ſub hac epigraphe portæ arcis inciſa.

Magnificus Dominus
STEPHANUS DE COLUMNA
reædificavit
Civitatem *Præneſte* cum monte & arce.
anno 1482.

Præneſte *ad* Barbarinos *devenit.*

Hanc poſteà *Familia Barberina* à *Colonnenſi* Principe *de Carboniano* coëmptam ſuæ juriſdictionis, magno urbis incremento, emolumentoque, fecit.

CAPUT II,

De Fanis & Delubris *Veterum* Præneſtinorum.

Fortunæ Primigeniæ *cultus non minus ridiculus, quàm ſuperſtitioſus.*

NIhil unquam in Latio *Præneſtino Fortunæ Primigeniæ* cultu celebrius fuit, magiſque decantatum; huc, quotquot majoris momenti negotia auſpicaturi erant, primò ſua vota deponebant; nihil auſi tentare, niſi primò *Fortunam* muneribus placatam de futuro rerum eventu ſucceſſuque conſuluiſſent: undè ſortium *Præneſtinarum* origo, quibus ita dediti erant, ut ſuperſtitioſus cultus & cerimoniæ, quibus vota ſua peragebant, multis riſum, ſapientibus etiam ſtomachum moverint. Cicero l.2. de div. uti ſcitè ſanè originem ſortium deſcribit, ita quoque vanitatem earum argutè carpit; ſed verba ejus hîc inſeramus. *Videamus*, inquit, *clariſſimarum ſortium quæ tradatur inventio.* Numerium Suffetium Præneſtinorum *monumenta declarant, honeſtum hominem & nobilem, ſomniis crebris, ad extremum etiam minantibus, cum juberetur certo in loco ſilicem cædere, perterritum viſis, irridentibus ſuis civibus id agere cæpiſſe; itaque perfracto ſaxo ſortes erupiſſe in robore inſculptas priſcarum literarum notis. Is eſt hodiè locus ſeptus religioſè propter* Jovis *pueri, qui lactens cum* Junone *in gremio* Fortunæ *ſedens mammam appetens caſtiſſimè colitur à matribus. Eodem tempore eo loco, ubi nunc* Fortunæ *ſita ædes eſt, mel ex olea fluxiſſe dicunt, Haruſpiceſque dixiſſe, ſumma nobilitate illas ſortes futuras, eorumque juſſu ex illa olea arcam eſſe factam, eaque conditas ſortes, quæ hodiè* Fortunæ *monitu tolluntur. Quid igitur in his poteſt eſſe certi, quæ* Fortunæ *monitu, pueri manu miſcentur atque ducuntur? Quomodò autem iſtæ poſitæ in illo loco? quis robur illud cæcidit, dolavit, inſcripſit? nihil eſt, inquiunt, quod Deus efficere non poſſit. Utinam ſapientes Stoicos effeciſſet, ne omnia ſuperſtitioſa ſollicitudine & miſeria crederent! Sed hoc quidem genus divinationis vita jàm communis exploſit: fani pulchritudo, & vetuſtas* Præneſtinarum *etiam nunc ſortium retinet nomen, atque id in vulgus. Quis enim Magiſtratus, aut quis vir illuſtrior utitur ſortibus? cæteris verò in locis ſortes planè refrixerunt. Quod* Carneadem Clitomachus *ſentit dicere ſolitum: nuſquam ſe fortunatiorem quam* Præneſte *vidiſſe* Fortunam. Hæc *Cicero* ſapienter effatus.

Cicero *ſuperſtitionem ſortium arguit.*

Sortium Præneſtinarum *origo.*

Suetonius ait *Tyberium* Cæſarem vicina urbis oracula diſjicere conatum eſſe, ſed *Præneſtinarum* ſortium majeſtate territum deſtitiſſe, cum obſignatas devectaſque *Romam* non reperiſſet, niſi relatas rurſus ad templum. Et uti humani generis hoſtis ſimilia, ad ſuperſtitioſis mentibus illudendum, invenit docuitque, ita quoque ſortes auſpicantibus, reſponſa ſemper dedit adeò dubia, ut num bonum, num malum portenderent, diſpici non poſſet; quemadmodum *Domitianus* Cæſar, uti *Suetonius* ſcribit, ſummo ſuo malo expertus. Cum *Heliogabalus Alexandro Mammææ* filio inſidiaretur, ſortem in templo *Fortunæ Præneſtinæ* talem habuit:

Dæmon ſuperſtitioſis quomodo illudat.

Si qua fata aſpera rumpas,
Tu Marcellus *eris.*

 Quibus

Sortes etiam Romanis *ſuſpectæ.*


Quibus quid incertius eſſe poſſit, neſcio. Certe inanem hanc ſortium auſpicationem cum Principes Romani viderent, & ſæpius tam incertis promiſſis ſe deluſos cognoſcerent, pleraque tanquam vana & ridicula publico edicto ſublata prohibuerunt. Sed &, uti *Valerius Maximus* refert, *Lucetius*, qui Punicum bellum confecit, à Senatu ſortes Fortun*æ Prænestinæ* audire prohibitus eſt: auſpiciis enim patriis, non alienigenis, ratione nimirum & prudentia, nec non matura rerum gerendarum deliberatione Rempublicam optimè gubernari. Sed ſi quiſpiam hic quærat, qualeſnam & cujus figuræ fuerint hæ ſortes? dico fuiſſe tabellas, aut taleolas, aut ſarculos ligneos exiguos, quibus literæ ad divinandum inſcriptæ erant: ſubindè etiam verba quatuor aut quinque inſerta, erantque tum publicè, tum privatè in uſu, cana quadam vetuſtate ſacræ, adeòque ſanctè & religioſè in templis ipſis in arca includebantur:

Figura ſortium.

quarum nonnullas hic *Romæ* in diverſis Antiquitatum reconditoriis me vidiſſe memini, figura paralippedorum Latinis aut ſemigræcis literis inſignitæ, quemadmodum ex ſequentibus patet: ubi vides figuram taleolæ, & reſponſa, quæ ex tabellarum projectione ſupplicantibus dabantur.

Modus eas uſurpandi.

Hoc autem modo ſortiebantur: accipiebant quatuor, quinque, aut ſex, quas præviis cerimoniis peractis projiciebant in menſam ſacram, haud ſecus ac hodiè talorum, ſeu cuborum jactus fit: & deindè ex characterum ſignificatione vaticinabantur, de felici aut infelici rerum, quas auſpicabantur, ſucceſſu. Sed de hiſce & ſimilibus conſule *Oedipum noſtrum Ægyptiacum, Syntagmate de Magia & ſortilegiis veterum*, ubi omnia fusè expoſita reperiet Lector. Hiſce jam expoſitis, *Prænestinæ* Fortun*æ Templum*, quo *Latium* nil magnificentius habuit, deſcribamus.



CAPUT III,

Prænestinæ Fortunæ, Primigeniæ, Templum.

Anno 1664, cum in *Tiburtino Agro*, annuis Autumni feriis, antiquitatum ſtudio intentus, ruſticarer, ſummum me illa celeberrima, quæ in hunc uſque diem *Præneſte* ſpectantur, monumentorum veſtigia luſtrandi deſiderium invaſit. A P*olano* itaque oppido abiens, *Præneſte*, tribus indè millibus paſſuum diſſitum appuli. Accidit autem, ut in ipſo Urbis ingreſſu obvium haberem Eminentiſſimum *Franciſcum* Cardinalem *Barberinum*, qui uti ſemper à 30 ferè annis eximium ſe meorum ſtudiorum promotorem exhibuit, ita quoque mox cognitâ mei adventus cauſâ, me ſumma ſanè benignitate, & innato de literis benemerendi ſtudio, excepit; & quemadmodum ille neminem in dictarum Antiquitatum notitia

parem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

parem habet, ita quoque ipſemet in perſona, quicquid *Præneſte* antiquitatum, monumentorumque à veteribus memoratorum adhuc remanet, mihi oſtendere dignatus fuit; quæ ideò hîc ſcribo, ut incomparabilem dicti *Franciſci* Cardinalis *Barberini*, immortalis memoriæ viri, in ſtudia promovenda affectum poſteritati traderem.

Primò itaque oſtendit mihi, ab ultimi muri termino, uſque ad ultimum montis verticem, quicquid apud veteres commemoratione dignum erat; vaſtiſſimas murorum fabricas; Aquæductus, qui in hunc uſque diem durant, uberrimoſque aquarum affluxus toti Urbi ſubminiſtrant, monſtravit; præterea latibula Canalis, in quo *C. Marius* junior, *Syllæ* jurati hoſtis immanitatem fugiens, infelici obitu vitam concluſit; oſtendit & Pharum, quam illuminatam vel in remotiſſimo *Thyrreno mari* nautæ obſervantes, *Primigeniæ Fortunæ* vota perſolvebant. Erat autem inſtar conchæ vaſtæ capacitatis, fornice tectæ, diametro decem circiter pedum, ex fumo tota denigrata, veteris lucernæ indicium præbebat. Poſteà me duxit ad antiquum *Primigeniæ Fortunæ Templum*, cujus maximas partes jam Excell.[mi] Principis *Maffei Barberini* palatium obtinet; ubi inter cætera obſtupui pavimentum ingens, totum quantum muſivo opere ſtratum, uti paulo poſt ex ipſo ſyſtematis ectypo ejuſque interpretatione cognoſces. Quo incredibili induſtria & labore nautarum mare ſulcantium, piſcium, adhæc volucrium, aliorumque animalium figuræ, unà cum Græcis ſeu coptis nominum inſcriptionibus, adeò affabrè, & ad vivum expreſſæ ſpectantur, ut neque *Romæ*, neque alibi, ex vetuſtis monumentorum reliquiis, quicquam rarius, pulchrius, & admiratione dignius, me obſervaſſe meminerim. Verum cum *Fortunæ Primigeniæ Templum*, ejuſque incomparabilis magnificentia, ſufficientibus verbis exprimi nequeat, hîc totius fabricam, quam Ill.[mus] & Rev.[mus] *Maria Ioſephus Suareſius* Epiſcopus, vir quà ſacræ, quà profanæ eruditionis notitiâ verè πάνσοφος, eruditiſſimo ſuo *de Antiquitatibus Præneſtinis Libro* mihi ſubminiſtravit, unà cum nonnullis operis Muſaici fragmentis adjungendam cenſui, ut ex ea, veluti ex ungue leonem conjicias.

Deſcriptio Templi Primigeniæ Fortunæ Præneſtinæ.

PRimò ſpectatur murus ingens A in longum ad mille circiter palmos protenſus, olim arcubus ſuis inſtructus, unà cum propylæo B, ex quo aſcendebatur ad propylæum E E, Cavedii primi ſub forma quadrati, quod adjuncta ſibi habebat utrimque Templa, ſignata literâ F G, quorum prius Serapæum dicebatur, in quo Ægyptiacæ religionis, veriùs ſuperſtitionis ſacra, maximo Deorum *Serapidi* exhibebantur; alterum G Schola dicebatur Fauſtiniana, à *Fauſtina Antonini Pii* Imperatoris conjuge ad devotas ſibi puellas in eo nutriendas, inſtituta. Hinc ingreſſus fit in Cavædii quadranguli, columnis undique & undique circundati, aream, & hinc per interiora penetralia ad ſcalas H pervenitur, per quas utrimque diſpoſitas aſcenditur in tertiam aream I, teſſellato pariter opere ſpectabilem, & hinc per alias ſcalas, in quarum medio K Pharus poſita erat, aſcenditur ad quartam aream quadrangulam columnis undique pulchrè inſtructam; & ex hac tandem ad L ultimi Cavædii ſacratiora loca per duodecim gradus penetratur, cujus area nobiliſſimis illis Muſaici operis laboribus, de quibus ſuprà, exornabatur; & hic locus cortina, ſive Oraculum *Fortunæ* dicebatur, ubi *Fortunæ* Deæ, *Iovem* Lactantem geſtantis ſimulacrum conſtituebatur, & urna cum ſortibus condita

Serapeum. *Schola Fauſtiniana.* *Cavædium.* *Pharus.* *Cavædium II.* *Urna ſortium.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

condita, Oracula præſtabat, eratq; porticibus, columnis in circuitu ſuffultis, Deorumque ſimulacris in ſuprema coronide, quàm elegantiſſimè exornata. Totum itaque hujus fabricæ complexum tantæ vaſtitatis erat, ut magnam penè civitatis partem occupaverit; extra quod X notat *Arcem Prænestinam*, in ſupremo montis vertice ſitam, ubi olim *monaſterium S.*[ti] Petri viſitatione celebre erat; hodiè arx munitiſſima contra hoſtium impetus exſtructa. Litera V *villam Centronii*, cujus *Iuvenalis* mentionem facit, uti in *Villa* ejuſdem *Tiburtina* dicetur, ſignat. R *villam Symmachi* notat; qualis verò is fuerit, ſub dubio latet. Litera verò S notat Aquæductum, qui tum Templo, tum Urbi copioſam lympham ſuppeditabat. Habes hîc *Templi Fortunæ Primigeniæ Præneſtinæ* fabricam expoſitam, cujus priſtinam dignitatem & magnificentiam, ex ipſis ruderibus inſtauratam, incredibili in eruderandis antiquitatibus ſuprà laudati Card.[lis] *Franciſci Barberini* ſtudio poſteritas grata acceptam ferat.

Arx præneſtina.

Villa Centronii.

Villa Symmachi.

Aquæductus

Schema quod ſequitur, iſtius operis muſivi, quod ſuprà laudavimus, fragmentum eſt, in quo omnes figuræ commiſſis diverſorum colorum lapillis, ita ad vivum exprimuntur, ut nihil penè ad pictoriæ artis elegantiam deſiderari poſſe videatur.

Opus muſivum.




Fragmentum Muſiva arte concinnatum, quod tamen in noſtro Lithoſtroto non continetur ex Suareſio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

MPLI FORTUNÆ PRÆNESTÆ



MPLI FORTUNÆ PRÆNESTÆ



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

De variis Fortunæ Primigeniæ *ſymbolicis Schematiſmis.*

Fortunæ ſymbol. OStendit præterea laudatiſſimus Cardinalis mihi varia numiſmatum ſchemata, quæ cuncta *Primigeniæ Fortunæ* actiones exprimebant; quæ & eximius *Suareſius* ſuo de *antiquitatibus Præneſtinis libro* inſeruit. Nonnulla genios exhibent alis inſtructos ad Genialis Naturæ conditionẽ, quæ eſt velocitas in operando, oſtendendam. Temonem manu gerunt, ad proſperitatem in maritimis expeditionibus terra marique ſuſcipiendis declarandam; nonnulla quoque cornucopiæ & temone inſtructa cernuntur, & ubertatem rerum, de qua conſulebatur, notant. Numiſma D literâ ſignatum, *Fortunæ* continet throno inſidentis ſimulacrum, cui puer aſſiſtit, cum cornucopiæ, quod manu ſiniſtra tenet; eſtque *Iovis* infantis ſymbolum, quem *Fortuna* lactare credebatur, cujus & ſimulacrum ſub hac forma in *Templo Fortunæ Primigeniæ* principalem locum habebat; columna, cui genius inſiſtens manu arrecta ſolium tenere videtur, ſignificat imperturbabilis animi conſtantiam, quam contra fortunæ ictus exercere debet omnis ille, qui ab ea aliquid conceptis votis obtinere nititur, ſive in Martialibus, ſive Neptuniis expeditionibus, quæ per temonem & ſpicula ſignantur, ad varias fortunæ vices, in utrumque paratus. Hoc facto variè pro variis fortunæ conditionibus, ejus imaginem exprimebant. Qui ſapientiam, & prudentiam in conſiliis captandis, proſperitatem in magnarum rerum notitia, optabant, eam uti figura E notat, alatam ſub Mercuriali habitu, ſphæræ mundanæ inſidentem, quæ capite ſextili *Luna* inſtructo, dextrâ ramum olivæ, ſiniſtrâ annulum tenebat cum adjuncta alaudę figura, efformabant: queis ſymbolis illum ſolum beatum fore notabant, qui ſcientia ſupra *Solis Lunæque* vias elevatus, ex rerum humanarum contemplatione, inſtar alaudæ, ſe & Muſis contentus eò pervolat, ubi extra fortunæ inſtabilem rotam longè ſemotus, contra fatalia decreta palmam reportat. Qui verò fortunam circa legitimam medicamentorum exhibitionem contra morborum inſultus conſulebant, eam ſub forma *Æſculapii*, uti figura G ſerpente baculo circumvolutò docet, referebant. *Numiſma G.*

Numiſma D. [margin, beside "Numiſma D literâ ſignatum"] — *Numiſma E.* [margin, beside "optabant, eam uti figura E notat"]

Numiſ. H. Numiſma H tutulo Ægyptiaco, cornucopiæ & temone inſtructa Fortuna, proſperitatem rerum in Serapeo per ſortes petendam eſſe, demonſtrat. Schema literâ I ſignatum, ſub forma *Cybeles* turritæ, & aratro inſtructæ, ſignat, cerimoniis *Cybeli* propriis, de Telluris fœcunditate, item de fertilitatis, ac ſterilitatis futurę criſibus, conſulendam eſſe.

Fig. K. Figura K. *Luna* in capite duobus baculis inſtructa, nec non à ventis agitato pallio, extenſis in utramque partem manibus, oſtendit, in volubilitate rerum humanarum per *Lunam* indicatâ, conſtanti animo, vero rationis dictamini inſiſtendum, contrà omnes adverſæ fortunæ flatus, in utramque partem magno animi robore paratum eſſe debere.

Fig. L. Sequitur Figura L, cujus caput caſſide martiali armatum, dextrâ cornucopiæ, ſiniſtrâ caduceum Mercuriale florigerum tenet, qui temoni inſiſtit rotâ ſuppoſitâ, cui è latere junguntur ſiſtrum Ægyptiacum, & ſceptrum ab utraque parte τοξόμορφον, id eſt, *Sagittæ formâ* præditum; quibus quid innuatur, expono. Cornucopiæ ubertatis rerum ſymbolum, Mercuriale caduceum, ſalutis & proſperitatis ſemper floridæ, conſiliis prudentibus comparatæ, nota eſt: quæ uti perfectæ rationis directioni, per temonem indicatæ innituntur, ita inſtabiles quoque rerum humanarum viciſſitudines per rotam ſignatas, quas comitatur

Typhonia vis, quæ per ſiſtrum Ægyptiacum, & ſceptrum τοξόμορφον Martialis furoris ſignum, notantur; contrariis jam recenſitis artibus, id eſt, bellorum motus, & calamitatum Typhonios turbines facilè conſilii, & rationis rectitudine omnis ille, qui fortunæ inſtabilis arbitrum ſe conſtituit, ſuperabit.

Figura M eandem ſignificationem, quam Figuræ A & F ſignatæ, habent.

Iterum Schema N ſub ſenili forma temone ſiniſtrâ, dextrâ ſceptro in formam canalis conformato, quemvis ſenili prudentia, & dominio quodam rebus humanis ſuperiori, fortunæ imperare debere.

Schema O notat fortunæ vices, ad rerum proſperitatem obtinendam, ſuperari non poſſe, niſi quis effrenes animi motus primò domuerit, uti equus freno detentus docet.

Schema P Herculeam quandam fortitudinem, mundique contemptum, ad fortunæ telis reſiſtendum, requiri.

Celeberrimum Fortunæ Prænestinæ templum. Tametſi varia variis in locis, uti *Romæ*, *Antii*, cæteriſque *Italiæ* locis *Fortunæ* delubra conſtituta ſint, nullum tamen veterum teſtimonio ſcriptorum *Præneſtinæ Fortunæ templo* celebrius, nullum magnificentius, nullum admiratione dignius exſtitit. Verùm nè quicquam ad noſtrum inſtitutum pertinens omiſiſſe videar, hîc apponã ejus deſcriptionem, quam vir undiquaque ſummus, Eminentiſſimus *Franciſcus* Cardinalis *Barberinus* pro ſuo ad bonas literas promovendas affectu anxiè omnia antiquitatis ſuperſtitis veſtigia ſummâ diligentiâ & ſtudio delineari curavit, & per ſuprà laudatum *Franciſcum Mariam Suareſium* Vaſionenſis Eccleſiæ Præſulem, *in* eo *libro*, qui *de Antiquitatibus Præneſtinis* inſcribitur, ad poſteros tranſmitti voluit. Deſcriptio itaque dicti Templi à *Suareſio* facta ita ſeſe habet.

Barberinus *Card: de re litteria optimè meritus.*

Templi Fortunæ Præneſtinæ *deſcriptio à Suareſio.* Vetuſtius *Præneſtinæ* Fortunæ *Templum* ipſo *Sylla* fuiſſe certiſſimum eſt, & conſtat clariſſimè. *Lithoſtrata* quidem captavere jam ſub *Sylla* (teſte *Plinio*) parvulis certè cruſtis, exſtat hodièque, ait, quod in *Fortunæ* delubro *Præneſte* fecit; ſed & hujus noſtris temporibus pars aliqua ſpectanda, ſimulque admiranda remanet in crypta quadam, quæ ad inferiores cellas ædium Epiſcopi abſcondita eſt. Illius fragmenta collegit & delineari juſſit Eminentiſſimus Cardinalis *Franciſcus Barberinus*, Antiquitatis vindex, non tantùm de noſtro ævo, verum etiam de ſuperioribus ſæculis optimè meritus non uno nomine: typis ſubijcere libet ea expreſſa. Cujus unum fruſtum hic ſeorſim exhibemus, ex quo de reliquis facilè conjectura ſumetur. Vides quam pulchre Nauta mare ſulcans, palma, Grus, & Anates exprimantur. *Fortunæ* ſtatua, ſeu ſignum veſtitum plicatili ſeu rugata veſte, multis ſinubus ſeu laciniis plexa è cinereo lapide, qui attritus manibus odorem ſulphuris emittit, priſcis ſæculis medio ferè in Templo ſitum, oraculis nobile, maximèque concelebratum erat; indè ſortes expetitæ, illic votivi confeſtim poſiti lapides, cujuſmodi diſperſos haud quidem paucos *Præneſtinis viis agriſque* legimus, ubi & epigrammata concinna, & alia complura ſuſpicienda antiquitatis veſtigia jacent. Templum ſeu templa potius, ſtupendæ molis omne ferè hodiernæ civitatis occupabant ſpatium:

Antiquitatis veſtigia. appoſita namque monti, devexis inferioribus partibus aſcenſum compoſitis diſtinctum areis duodecim exhibebant, erectis ad eas peramplis ædibus, diverſis ſcalarum ordinibus, parietibus in unum benèque elatum proſpectum cingentibus, multiplici porticu, theatro columnis diſtincto, cavædio, arcubus ſpectandis, fontibus, lacuſculis, viridariis. Exciſus erat ipſe mons, & pluribus quaſi planis gradibus ſectus in Templi conſcenſum, excavatus medio in monte aquæductus piſcinas, ſeu potius lacus, in ipſo *Fortunæ Templo* conſtituebat, cortina

Templi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Templi eminebat in apice, ubi nunc palatium Principis, in eoque ſummo excitabantur ignes, accenſis facibus, quæ navigantibus etiam in ipſo mari noctu religioſè conſpectæ prælucebant, ut invocandum ipſis *Fortunæ* Numen admonerent. Ædificium iſtud inſanum atque immane ab inferioribus ſacellis aſſurgit quatuor quadratis molibus, aliarum quarundam gradibus quaſi adjectis ad ſummam uſque in vertice poſitam obrotundæ in tholum erectionis; quibus ſubſcribit Excellentiſſimus & eruditiſſimus ille *Cæſius ſancti Angeli* Princeps in Adverſariis poſthumis, uti eſt apud Eruditiſſimum Suareſium, ubi id hiſce verbis deſcribit: *Ampliſſimi hujus ædificii breviuſcula, & ſuperficie tenus quædam delineatio nullo pacto à nobis ſatis eleganter deſcribi poteſt, ſicut nec nobis non ſpectata ejus ſcenographica facies: ſiquidem & ipſi ſæpiuſculè veſtigiis ejus inſtitimus, rimatique ſumus inſignes illas reliquias, cum* Præneſte *commoraremur nuptiarum cauſa; Vxorem* Artemiſiam Columnam *Principis filiam ducentes, & ab Architecturæ haud imperito viro, & in ſimilibus parietinis pervestigandis ſagaci, deſignationem multo tempore, magnaque cura elaboratam exquiſivimus, quam hîc appingere libuit. Superiorum Templi partium ſatis quidem plena teſtimonia in Soceri palatio ipſi vidimus, exſtantem adhuc cum ſcalis theatri ſpeciem, plateæque ſitum, inferiorum ſacellorum quatuor ruinas propè Civitatis*

Cæſius quoque deſcribit Ædificium Fortunæ.

mœnia & reliqua aptè congruere, quæ mediis in partibus quamvis minus exſtantia notantur: ex quibus Cryptæ lithoſtroto *pavimento exornatæ locum in columnati Clavædii latere comperies. Difficillimum autem eſſe, quæcumque quomodò fuerint, ad amuſſim recognoſcere omninò cenſeas, ſi qua ſunt ipſa & proſtant, vix affatim comprehendere atque intelligere potueris. Exſtantis modò* Lithoſtroti *exemplum habeas, cujus occaſione* Præneſtinæ *ipſius* Fortunæ *habuiſti. In eo multa quidem perſpicienda ſunt, quæ lapillorum interraſis miraculis cruſtuliſque interciſis ſuperſtitioſa ſedulitate, ſummoque otii diſpendio, confecta apparent. Loco in ipſo non niſi accenſis facibus, ſuperaffuſaque ad perſpicuitatem aqua, & ſæpè iterata inſperſione, pervidere depingereque licuit. Sunt hominum animaliumque complures imagines: Elephas, Rhinoceros, nomina litteris quibuſdam peculiaribus exſcripta, ſunt & in aquis navigia, quæ ſigillatim ſumma cum diligentia depicta, apud doctrina ſimul ac nobilitate præclarum Equitem* Caſſianum de Puteo, *lynceum collegam noſtrum, ſpectare poteris. Inſpectis ſubſiſte navibus. Si quid aliud* Fortunæ *imperio ſubjacere (illis nempè, qui* Fortunam *colebant) hæc maximè videri poterant. Navibus quippè quid magis immineat, quam fortuna vel infortunium, non facilè quis exiſtimaverit: fluctuans, labilis, irrequieta fortuna, ipſis ſimilis fluctibus, medio in agmine reſidet fluctuum: ſola (*Plinio *auctore) invocatur, vel ipſis convitiis colitur: concludentem audias lepida comparatione; huic omnia accepta, huic omnia expenſa ferri, & in tota ratione mortalium ſolam utramque paginam facere.*

Graphica Fortunæ *deſcriptio.*

CAPUT IV,

De ſignificatione Figurarum, quæ in hoc Lithoſtrato *ſpectantur.*

NOta primò hoc loco benevole Lector, totum hujus muſivi operis complexum non uti olim; ita & hodiè integrum incorruptum, atque ſub eodem figurarum ordine & ſitu ſpectari; ſed ex variis fragmentis hinc inde pro ratione ſpatii tranſpoſitis compoſitum eſſe, cum multa hinc inde fragmenta *Romam* tranſlata in privatorum Muſæorum uſum, ornamentumque ceſſerint. De quo prius me monitum voluit *Suareſius* præſul doctrina & ſapientia inclytus. Quicquid ſit, nos ex præſentis ſyſtematis conſtitutione tantùm profecimus, ut non obſtante partium etiam quantumvis diſpoſitarum adaptatione, quidquid tamen per ſingulos ſchematiſmos veteres ſignificare intenderint, ordine, quantum ingenii imbecillitas permiſit, ſalvo peritorum judicio, explicandum exiſtimavimus. Habent enim, hieroglyphicorum more, harum figurarum ſingulæ abditos variorum effectuum à *Fortuna* ſibi ſupplicibus conceſſorum ſenſus, qui in hiſce etiam quantumcunq; diſpoſitis figurarũ fragmentis, facile, veteris eruditionis conſulto innoteſcunt. Quæ ut luculentius pateant, interpretationẽ ordior.

Interpretatio Lithoſtroti Præneſtini.

Cur nemo hujus monumenti expoſitionem aggreſſus ſit.

NEminem hucuſque ex Literatis, hujus Monumenti interpretationi incubuiſſe, rationem aliam non eſſe exiſtimo, quàm quod plerique confuſum diſparatiſſimarum imaginum, quibus inſtruitur, ordinem & diſpoſitionem intuiti, id purum caſuale & fortuitum pictoris phantaſticum ludibrium eſſe, ſibi perſuaſerint; eo ferè modo, quo picturæ, quas *Grotteſcas* vocant, conſpiciuntur; quas artifices fingunt, pinguntque, prout ipſis proprius phantaſiæ inſtinctus dictaverit. Alii contrà minimè otioſum eſſe

cenſuerunt,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Hoc magnum Antiquitatis monumentum ex originali ſuo magna cura diligentia et fide delineavit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Agapitus de Bernardinis Civis et Pictor Prænestinus 1668.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

cenſuerunt, quod tot tamque myſterioſis figurarum involucris, in omnium celeberrimo *Præneſtinæ Fortunæ* templo, in ſacratiore ſeceſſu, in quo urna ſortium conſervabatur, poſitum reſplenderet. Atque adeò ad quidpiam arduum & ſublimè, arcaniſque plenum veteres alludere voluiſſe arbitrati ſunt; difficultate tamen percullos manum ab iis enodandis abmoviſſe, vero haud abſimile eſt. Ego ſanè, cùm hujus monumenti examini jamdudùm ſummo conatu incubuiſſem, tandem poſt occultos antiquitatum receſſus apertos, nec non Hiſtoricorum, Mythologorumque ſenſus penitiùs exploratos, quidnam veteres per hanc monſtruoſam imaginum varietatem innuere voluerint, Lectori mentem meam paucis aperio.

De fine Veterum in exſtruendo Fortunæ Templo.

VEteres *Romani Græcorum Ægyptiorumque* imitatores, cum attentius rerum humanarum viciſſitudinem conſiderarent, Numen aliquod præeſſe mundo, quod pro libitu ſuo cuique bona vel mala diſpenſet, rati ſunt; & hanc *Fortunam Græci* Τύχην dixere. Hæc enim mortalium negotia verſat, juxta illud:

> *O* Fortuna *potens, quàm variabilis,*
> *Tantum juris atrox quæ tibi vendicas,*
> *Evertiſque bonos, eligis improbos,*
> *Nec ſervare potes muneribus fidem!*
> Fortuna *immeritos auget* honoribus,
> Fortuna *innocuos cladibus afficit,*
> *Juſtos illa viros pauperie gravat,*
> *Indignos eadem divitiis beat.*
> *Hæc aufert juvenes, & retinet ſenes,*
> *Injuſto arbitrio tempora dividens.*
> *Quod dignis adimit, tranſit ad impios,*
> *Nec diſcrimen habet, rectaque judicat,*
> *Inconſtans, fragilis, perfida, lubrica,*
> *Nec quos clarificat, perpetuò fovet,*
> *Nec quos deſeruit, perpetuò premit.*

Hanc itaque inſtabilem humanæ conditionis rotam Gentiles intuiti, hanc utique Deam hominibus nunc propitiam, nunc indignabundam eſſe credebant, Ovidio teſte: *Fortunæ dea habita.*

> *Sextus* Junonis *menſis fuit, aſpice* Tibur,
> *Et* Præneſtinæ *mœnia ſacra Deæ.*

Unde in negotiorum expeditione, eam nunc ſacrificiis, modò miris cerimoniis placare contendebant. Quoniam vero neſciebant, qua facie ſuos ſupplicatores reſpiceret, hinc nata fuit ſortium, de quibus in præcedentibus, maximè apud *Præneſtinos* uſitatarum origo. Ex hiſce enim temerè projectis, quid inchoandum, quid omittendum, & quam cœptorum negotiorum ratio ſortem eſſet ſubitura, cognoſcebant. Sed jam undè *Præneſtinæ Fortunæ Templum* exſtructionis initium duxerit, videamus. *Origo ſortium.*

Fundatorem Templi *L. Corn. Syllam* fuiſſe, Volaterranus his verbis tradit: Præneſte *in conſpectu urbis Orientem verſus, authorem habet* Cœculum, Vulcani *filium, apud* Virgilium. Strabo Πολυστέφανον, Plinius Στέφανον *dicit, aitque* Præneſte ex lentiſci *copia poſteà vocatum, quod* Græci Πρῖνον *dicunt.* Feſtus *autem quod* Montibus præſtet, *ubi ſitum eſt. Hic* Sulla *duodecim hoſtium millia unà cum* Mario juniore *interfecit*, Templumque Fortunæ *condidit, undè ſortes petebantur, in eoque* Lithoſtrota *primùm cœpêre, ut author* Plinius. Plinius *apud* Volaterranum.

Lucius itaque *Cornelius Sylla*, nominis etymon à *Sibylla* trahit, teſte *Macrobio.* Bello ſiquidem Punico II ludi primùm inſtituti ex *Libris Sibyllinis*, ſuadente *Cornelio Rufo*, qui propterea *Sibylla* cognominatus fuit, poſteà corrupto nomine cœpit *Sulla* vocari, *Felix* ob proſperos fortunæ eventus vocitatus. Nam, ut Plinius ait, *mulier quædam obvia ei puero, Salve dixit puer, & Tibi ac Reipublicæ felix, quæ poſteà ampliùs videri non potuit.* Poſt varios itaque conſulatus, poſt *Jugurtham*, & *Mithridatem* reges ſubjugatos, poſt innumeras victorias terra marique obtentas, L. Cor. Fortunæ Præneſtinæ *templum condidit: & à* Sibyllinis libris, *quos conſulebat,* Sibylla *dictus, poſt corrupto nomine* Sylla, *vel* Sulla.

poſt *Marium* inimicum juratum *Prœneſte* interfectum, poſt celebres de devictis hoſtibus triumphos in urbe geſtos, nimiâ fortunæ indulgentiâ ſuperbiens, dum imperium Romanum ſollicitius ambit, ſpe ſua deceptus, *Puteolos* conceſſit, ubi phthiriaſi interiit, ut, qui nec cadaveri *Marii*, crudeli & barbara manu interfecti, pepercerit, ipſe vivus à vermibus conſumeretur.

Sylla conditor Templi Fortunæ *ob perpetuos & felices rerum ſucceſſus*.

Sylla itaque in ultimum rerum humanarum verticem evectus, *Templum Primigeniæ Fortunæ*, à qua omnem ſe felicitatem conſecutum aſſerebat, ad poſterorum memoriam condidit; idque tale, cujus ſive magnificentiam, ſive inſanæ molis ſtructuram ſpectes, eo tempore nec celebrius, nec ſumptuoſius viſum fuerat, uti in præcedenti relatione patuit. Inter cætera verò digna admiratione, poſt varia Deorum delubra, more Ægyptiaco exſtructa, & *lithoſtroton* hoc Muſivi operis monumentum incredibili induſtria, & ingenio eum exſtruxiſſe, paulò antè ex *Plinio* patuit. Præterea eodem teſte, numerum Sacerdotum auxit, *Fortunæ* ritè colendæ cerimonias præſcripſit; Sortium urnam in ſacratiori Templi receſſu, *lithoſtroto* impoſitam, poni juſſit, ut hoc pacto totius *Latii* populos, ad ſortes proijciendas attraheret. Et ne periclitantibus Nautis quicquam ad vota deeſſet, *Pharum* ſeu Lampadem Nauticam in altiori Templi loco exſtruxit, ut *Mare Tyrrhenum* ſulcantes, viſa *Pharo* ardente, ſe quà votis, quà cerimoniis *Fortunæ Primigeniæ* commendarent. Exſtat in hunc uſque diem Turris hæc, quæ lampadem ferebat, in quam me Emin.[mus] *Franciſcus* Cardinalis ſuprà laudatus *Barberinus*, cum hujuſmodi antiquitates explorarem, introduxit, cujus figuram hîc apponendam cenſui.

Figura.

Latitudo hujus aperturæ, qua *mari Thyrreno* obvertitur, 12 palmos habet, & 15 in longitudine ejus; vero tamen haud abſimile eſt, hanc Lucernam, vitreâ feneſtrâ, ad lumen augendum, fuiſſe inſtructam, ut in celebrioribus *Italiæ* portubus videre eſt. Sed hiſce jam præmiſſis, ad incepti monumenti interpretationem, calamum convertamus.

Arimazis & Arimanii *deorum* ἀντιτεχνία.

Finxerunt veteres *Perſarum* Magi ab *Ægyptiis* edocti, duo Numina, *Arimazen*, & *Arimanium* perpetuis diſſidiis, & inimicitiis concertantes, in ovo viginti quatuor Deos condidiſſe, ex quibus & bona, & mala excluſa totum Mundum ex contrariorum pugnâ, nunc bonis, nunc malis repleverint, quem deindè binis *Iovis* doliis, bonorum malorumque ſortibus repletis, affinxerunt: ex his enim *Fortunam* natam exiſtimabant, ex qua rerum humanarum, ac inſtabilis *Fortunæ*, rotam originem duxiſſe tradunt. Ovid. lib. 5:

Paſſibus ambiguis Fortuna *volubilis errat*,
Et manet in nullo certa tenaxque loco.
Sed modò læta manet, vultus modò ſumit acerbos.
Et tantum conſtans in levitate ſua eſt.

Et lib. 4. de Ponto:

Quidlibet eſſe ſolet, & quavis inertior aura;
Par illi levitas, improbe, facta tua eſt:
Nempè dat, & quodcunque lubet, Fortuna, *rapitque.*
Irus *& eſt ſubitò, qui modò* Crœſus *erat.*

& alio in loco:

Lubrica non ſervat certum Fortuna *tenorem,*
Sed rotat inſtabilem cœca ſubindè rotam.
Sternere ſumma libet, libet infima tollere rerum,
Inque vicem nullâ vertere lege vices.
Maxima cum bona ſint, jam ſunt mala proxima; rurſus
Maxima cum mala ſint, proxima jam bona ſunt.
Forti animo mala fer, nec bis miſer eſſe, dolore,
Nè citò venturis præmoriare bonis.

Inſtabilitas Fortunæ.

Hujus itaque inclementis, & inconſtantis *Fortunæ*, fugacis Deaſtræ conditionem,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

tionem, cùm intuerentur veteres, tandem varios ſacrificiorum ritus, tum ad eam attrahendam, tum ad placandam invenerunt; & quia Deæ, iniqua lege

Sortium origo.

moderantis omnia, mentem non cognoſcebant, hinc ſortium projectio orta eſt, ut per projectionem fortuitam tabellarum, ſeu teſſellarum ex certo ligno confectarũ, voluntatem deæ diſcerent; quæ ſi mala portenderet, quà hymnis quà adjurationibus, quas τελευτὰς vocant, placarent; ſi bona, hymnis, & votorum ſolennibus fortunam ſollicitare non ceſſabant, potiſſimum verò *Io-*

Templa *diis exſtructa.*

vi, cujus Miniſtram *Fortunam* rebantur, hiſce & ſimilibus ſupplicabant; undè ejus honori templa, & delubra, ad exactam naturæ operationumque Jovialium analogiam exſtructa, dicabant,

Serapeum Prænestinum.

cujuſmodi *Iovis Ægyptii*, quod *Serapeũ* vocabant, *Præneſte* conditum fuiſſe docet; & quamvis multa ſacrorum genera fuerint ab Antiquis pro ſingulorũ

Varia ſacrificia diis inſtituta.

Deorum natura inſtituta, uti cerimoniæ variæ, & varia ſuffimentorum ratio, diverſo ſemper ſacrificantium habitu, non tamen eodem ſemper modo ſacra peragebantur; neque enim omnibus molæ offerebantur, neque omnibus accendebantur lumina, neque ſacra ſemper fiebant ſuper ſublimibus aris: neque ſemper per diem; diverſa denique pro ſingularum nationum more, pro varietate temporum, pro creditorum Deorum natura, ſacrificia ubique offerebantur; quod alia cœleſtibus, alia terreſtribus, alia aquaticis, alia Diis inferis conveniebant, quorum alia privatim, alia publicè fiebant, & quemadmodum *Iovem* Deorum hominumque patrem credebant, ita cæteros quoque Deaſtros, aſſeclas ſuos, & *For-*

Fortuna Jovis *miniſtra.*

tunam Iovis miniſtram, ſortium Dominam & arbitram, ſingulis Diis aſſiſtentem unicè venerabantur. Quæ omnia in hujus præſentis Monumenti pictura Muſivo opere expreſſa ſpectantur. Eſt autem hoc monumentum ſub triplici ordine adornatum; in ſuperius, medium, & infimum. Supremum exhibet

Explicatio monumenti.

damna, quæ *Fortuna* hominibus infauſta remittit. Secundum ſacrificiis eam placat. Tertium feſta ad obtentum favorem rependit. Damna verò quæ in-

Damna à Fortuna *hominibus immiſſa.*

ferebantur, triplici pariter regione diſtinguuntur, & ſunt vel montes, ſpecus, rupes, & ſimilia, vel camporum planities, & valles, feris deſtinatæ; vel mare, lacus, fontes, ſimiliaque ad elementum aqueum ſpectantia. Vides

Quid venatio avium in montibus?

itaque in ſupremo loco montes rupeſque in varias ſpeluncas diſtinctas, ubi venatores aves perſequuntur damniferas campis & montibus. Quemadmodum enim olim *Arcades Herculi* ad

Herculis *beneficia* Fortuna *duce hominibus præſtita.*

Stymphalides aves ferreis unguibus ſævientes profligandas ſupplicabant, ita hîc, omne volucrum genus damnoſum, & *Fortunæ* in ſacrificium deſtinatum, quod arcubus, ſagittis, canibuſque inſtructi venatores conantur, expreſſum habes, juxta illud Apollonii l. 2. Argonaut.

Sed neque ut Arcadiam *petiit vis* Her-
culis *arcu,*
Ploides indè lacu volucres ſtymphali-
das ulla
Pellere vi potuit, namque hoc ego lumi-
ne vidi:
Aſt idem ut manibus crotalum pulſavit
in altâ:
Exiſtens ſpeculâ proſpectans, protinus
illa
Cum clamore procul linquentes littus,
ierunt.

Uti itaque in hoc, ita in reliquis damnoſæ *Fortunæ* neceſſitatibus ad veterum Deorum geſta alludebant. Ite-

Quid montes notent ſerpentibus fœti.

rum cum nonnullos montes, rupes, & valles peſtiferis ſerpentibus ſcatere, magno regionum, urbium, civiumque damno cognoviſſent, poſt *Fortunæ* propitiationem, ea *Herculis* beneficio profligari poſſe credebant. Vide rupem nidis ſerpentium & draconum fœtam, variiſque cuniculis perfoſſam, quorum virulentiâ, præter multa alia damna, quæ adferebant, aër inficiebatur, atque adeò *Fortunæ* ad illas Herculeâ vi profligandas ſupplicabant.

Vides

Quid in aquis hydra, ranæ, rubetæ, & ſerpentes.

Vides hîc hydram, lacui immerſam, vides ranas & rubetas, putredine cuncta infeſtantes. Vides ſerpentes undique ex rupium hiatibus emergentes; quæ omnia alludunt ad *Herculem*, qui duce *Iovis* Miniſtra *Fortuna*, & hydram in *Lacu Acheloo*, cicadas & ranas in *Locride*, ob ſtridoris & coaxationis moleſtiam in perpetuum ſuſtulit. Videas & dum adhuc in cunis vagiret, ſerpentes ab eo occiſos: nam ut rectè

Natalus Comes in mytholog.

Comes Natalis in Mythologicis. *Cæterum compoſitis rebus Ibericis, bobuſque* Geryonis *abductis, ajunt*, Herculem Celtarum *regionem peragraſſe, multoſque maleficos & impuros latrones obtruncaſſe, qui per monſtra, & varias feras ſignificantur, uti ſcriptum fuit à* Theſeo *in rebus Corinthiacis, & à* Theodoro in Bello Giganteo. Vides in hoc monumento paſſim peregrinarum belluarum nomina picturis adſcripta, quæ cùm Ægyptiaco charactere ſcripta ſint, ea

Quid nomina Ægyptiaco ſeu Copto charactere ſcripta ſignificent? F. ἐλυπινὺν βȣς.

explicanda duxi. CΦΙΝΓΙΑ Sphingem notat, uti benè obſervat Suareſius. ΚΡΟΚΟΤΑΣ, eſt monſtrum *Africæ*, & cercophithecum majorem indicat, ut ex *Apuleio* patet. ΚΗΙΠΕΝ ΥΑΒΟΥC, monſtrum eſt Camelopardalim referens ſub forma ſuis vel bovis. ΟΝΟΚΕΝΤΑΥΡΑ, aliud monſtrum, ex aſino & homine compoſitum, ex etymo patet, quamvis etiam animal hoc nomine Africani nominent, ſimilitudinem habens hippocentauri. ΩΑΝΤΕC, nomen Lacus eſt, ubi Hydræ omnia conficiunt, & piſces & ranas, aquaſque inficiunt, uti ex figura patet, & nomen ΕΝΗΥΔΡΙC, clarè monſtrat. ΞΙΟΙΤ, Aprum notat in Ægypto celebrem, à ΧΟΙΝ Civitate ita dictum. ΧΟΙΡΟΠΟΓΑΜΘΥ, porcum ſignificat. ΡΙΝΟΚΕΡΩΣ, Rhinoceros. ΑΓΕΛΑΡΟV quid ſignificet, reperire non licuit, forſan Crocodilum, aut alterius Lacerti genus indicat. ΛΕΑΙΝΑ, Leonem fæminam

F. χοίρȣ ποταμίȣ.

F. ἀγελάρχȣ.

notare, ex ipſa voce Ægyptiaca patet. CΑΥΟC, ſimiam. ΛΙΝΞ per ſe patet, uti & ΑΠΡΟC, ΤΙΓΡΙC, ΚΡΟΚΟΔΕΙΛΟC ΧΕΡCΑΙΟC, Crocodilus Cherſæus. Atque hæc ſunt, quæ figuris appoſita vides nomina. Quamvis & hæc eadem recenſita nomina copto charactere ſcripta, ab ipſis animalibus, quæ ſignificare deberent, tranſpoſita in hujus inſtauratione monumenti diſcrepare inveniam. Quæ & doctus *Suareſius* notat, & nonnulla quoque ex iis peritè correxit. Videas itaque confuſè depicta animalia omnis generis, Serpentes, Tigrides concertantes, Leænas, Leones, & reliqua monſtra jam expoſita, hydras ſive Canes marinos, Piſces devorantes, Ranas, Gammaros, Simias, Canes, Leones, Apros & porcos, Tgridem devorantem alteram, & ſimilia. Quæ quidem varios *fortunæ* caſus, qui vel *Herculi*, vel aliis ſimilibus Heroibus, bono malove *fortunæ* caſu acciderunt, notant. *Herculem* enim Stymphalidas aves, dracones & ſerpentes, hydras, Onocentauros, Crocotia, Crocodilos, Tigrides, Lynces, occidiſſe; Regiones, urbes à tanta peſte liberaſſe, ex fabulis conſtat. Nam uti Natalis Comes narrat: Hercules, inquit, *cum* Thebas, *ac per montes exteriores* Lybiæ *proficiſceretur, multas feras & monſtra, quorum* Africa *ferax eſt in deſertis, ſagittis confecit; improborum hominum immania, qui latrociniis omnia infeſtabant, facinora occiſione grandi in tetram ſortem convertit;* atque ad eò omnia ſub ſymbolica quadam adumbratione per tot feras & monſtra, ut ſuprà dictum fuit, in hoc monumento expreſſa cernuntur. Neque hoc mirum alicui videri debet, cum *Præneſtini* vicino *Herculi Tyburtino* devotiſſimi eſſent, Templumque ejus toto *Latio* celeberrimum haud infrequenter viſitarent, juxta illud Silii:

Quidnam ſignificent tam differentes animalium ſpecies.

Hercules *hujuſmodi occiſis, apotheoſin meruit.*

Præneſtini *ſemper* Herculi Tyburtino *vicino devoti fuerunt.*

Hinc Tibur Catille *tuum, ſacriſque dicatum*
Fortunæ Præneſte *jugis.* ut proinde

In hoc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

In hoc *Primigeniæ Fortunæ Iovis Herculiſque* miniſtræ Templo, tot ejus labores *Fortuna* duce exantlatos hac celebri Muſivi operis perpetuò veluti duraturi præſtantia, honorare voluiſſe mirum non ſit. Quæ quidem ex Mythologia veterum quàm fuſiſſimè deducere poſſem, ſi aut tempus mihi ſuppeteret, aut ſcopus hujus quiſquis tandem ille fuerit artificis, ex paucis hic adductis non pateret. Vides itaque, quod per varias aves domibus arboribuſque inſidentes varia aëris damna ipſis augurio nota, quas *Fortunæ* ſupplicantes divertere conabantur, innuantur; per noxias aquei elementi feras aquarum damna, & per quadrupedia, & reptilia animalia ad damna terreſtria averruncanda Deæ ſupplicandum indicetur. Quarè jam ad alteram partem monumenti explicandam progrediamur.

Quid aves domibus arboribuſ-inſidentes?

Fana & delubra templo adſtructa.

Altera pars, varia fana & delubra Deorum, *Herculis*, *Iunonis*, *Veneris*, *Dianæ*, *Cynthiæ*, *Serapidis*, quæ *Primigeniæ Fortunæ* Templi diſtrictui adnexa fuiſſe ſuprà in ejus deliniatione oſtendimus; & Primogeniæ quidem *Fortunæ* templum A ſignamus, *Dianæ* B, *Serapidis* D, ad quæ *Primigeniam Fortunam* ſortibus de felici, aut infelici rerum eventu conſulturi, ad numina propitianda confugiebant. Templum verò columnis ex præſtanti marmore undique fultum, & more *Ægyptiorum*, pyramidibus quoque exornatum, ſuprà ex ejus ſcenographia patuit. In eo, uti in præcedentibus expoſuimus, ſortium urna continebatur, ex qua veluti per oracula quædam bonam vel malam ſortem explorabant. Fuit autem Templum ampliſſimum, vetuſtiſſimumque, ad quod alludit Juvenalis de *Centronia*, & *Tibure* & *Præneſte* ædificante, ac vincente ait:

Urna ſortium.

Fortunæ *atque* Herculis ædem.

Suareſius in Præneſte ſua.

Nam uti doctiſſimus Suareſius; *Fuit,* inquit, *Templum multa religione inclitum, viſitabaturque uti miraculum; frequens enim erat eò concurſus undique conſulentium, ibidem & ſub imagine duarum ſororum* fortunam *cultam fuiſſe, ſunt qui opinantur, atque ab illis fuſa oracula in ſortibus à* Numerio *illic ſitis.* An non hujuſmodi ſorores luculenter referunt duæ illæ mulieres imagines, quæ ad portam *Templi Fortunæ*, quod literâ A ſignavimus, ſtantes veluti vota ſupplicum acceptant? Vides & Nautam ſub forma *Neptuni* tridentiferum, quo expeditionis maritimæ felix ſors innuitur; vides & alios utriuſque ſexus homines duabus ſororibus appropinquantes, qui ab iis veluti oraculo corollis inſtructi reſponſa accipiunt. Sed jam ad *Serapeum Præneſtinum* exponendum nos accingamus.

Magnus hominum ad templũ Fortunæ ſortium cauſa confluxus.

Quid duæ ſorores?

Quid Serapeum?

Serapeum à *Serapide*, præcipuo *Ægypti* Numine, ſic dictum, cujus cultum, & originem quàm uberrimè in noſtris Hieroglyphicis operibus deſcripſimus, qui ob oraculorum, quæ fundebat, multitudinem, & copiam, non in *Ægypto* duntaxat, veluti indigena, ſed & per totum orbem, uti in magna veneratione ſemper fuit, ita quoque maxima ubique reliquit ſuperſtitionis veſtigia, præſertim *Romæ* & *Præneſte*, ubi Serapea Delubra, & ſplendore ſummo exſtructa, & apparatu prorſùs *Ægyptio* adminiſtrata fuiſſe, *in Obeliſci Minervalis interpretatione* ſat ſuperque oſtendimus. Cur verò hoc *Serapidis* Numen tanta apud omnes eſſet in veneratione, in *Oepido* expoſuimus, videlicet quia omnem felicitatem humanam ab eo pendere rebantur; hinc enim ubertatem camporum, feracitatem Telluris Nilo adſcriptam, quem & *Oſiridis* affluxum dicebant, emanare; ab hoc humanæ propaginis fœcunditatem, bonorumque omnium affluentiam, originem habere ſuperſtitioſius ſibi perſuade-

Cultus Serapidis *multum tum in toto* Latio, *tum* Romæ *potiſſimum invaluit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

ſuadebant : quæ ſumma rerum felicitas *Serapi*, qui cum *Oſiri* idem eſt, adſcripta, uti curioſiores *Romanos* mirum in modum allexit, ita quoque Ægyptiacam hanc ſuperſtitionem relictis patriis Diis, omni conatu promovendam cenſuêre, ſicuti *in ſuprà* allegata *Obeliſci expoſitione* docuimus, ad quam Lectorem remitto; ſed & in hoc monumento *Serapeum* literâ D ſignatum verè *Serapidis* delubrum eſſe, hieroglyphica Larium, ſeu Penatium *Ægyptiorum* ſchemata, quæ præ foribus *Templi* depicta cernuntur, ſat exponunt. Vides Accipitris, ſupremi apud *Ægyptios* Numinis ſymbolum, Accipitris, inquam, alis extenſis, nec non ſuperliminari portæ, quaſi omnes vota perſoluturos accipientis expreſſum. Intuere ſtatuas Numinum præ foribus depictas, tutulis *Ægyptiorum* more conſpicuis. Vides & montem vicinum, variis cuniculis & antris perforatum, in quibus arcaniorum myſteriorum ſacra adminiſtrabant, & *Hieromantas* indè erumpentes, qui obvios viatores ad participandos *Serapidis* influxus invitantes, advenis ſpem felicitatis pollicentur, quos ſuperſtitioſos ritus *Romanis* egregiè objicit Tertullianus : *Etiam circa ipſos Deos veſtros, quæ decreverant patres veſtri, iidem vos obſequentiſſimi reſcidiſtis.* Liberum patrem *cum myſteriis ſuis, quæ Conſules Senatus authoritate, non modò Vrbe, ſed & univerſâ* Italia *eliminaverunt*, Serapidem, Iſidem, *&* Harpocratem *cum ſuo Cynocephalo, Capitolio ſuo prohibitos inferri*, id eſt, *curiâ Deorum pulſos*, Piſo *&* Gabinius *Conſules non utique Chriſtiani, everſis eorum aris abdicaverunt turpium & otioſarum ſuperſtitionum monſtra cohibentes; his vos reſtitutis ſummam majeſtatem contuliſtis.* De quibus ampliùs actum vide *in Obeliſco Minervali* ab *Alexandro VII*, Pont. Max. in foro *Minervæ* erecto. Fuit autem hoc *Serapeum* à *C. Valerio Hermaiſco* ab *Ægyptiis* inſtructo, ædificatum, anno poſt *Chriſtum* CLIX, uti ex inſcriptione ſupra ex Suareſio adductâ patet.

Larium Serapeo appictorum figuræ Ægyptiacæ & Hieroglyphicæ.

Adyta Ægyptiorum per montem cuniculis perfoſſum indicata.

Cur verò *Serapidem* tanto honore dignum cenſuerint *Præneſtini*, cauſa fuit varius eventus *Fortunæ*, quos *Serapis* in *Ægypto* præteritis temporibus monſtrârat; in ſomnis enim apparens Numen varios *Fortunæ* eventus declarabat; hoc pacto *Baſilidi* ſcribæ oculis orbo, à *Veſpaſiano* priſtinæ ſanitati ſe reſtitutum iri revelabat; eidem *Veſpaſiani* felices bellorum ſucceſſus cum Templum ſolus introiſſet, prædixit; *Germanicum* verò *Cæſarem Apis* averſatus, mortem paulò poſt eventuram, *Ammiano* teſte, prænunciavit; & antequam à *Cæſare* caperetur *Alexandria*, mugitus ingentes, & miſerabiles edidit *Apis*. Nihil igitur mirum eſt, ſuperſtitioſos *Præneſtinos Romanoſque*, uti *Fortunam*, ita & *Serapidem* de futurarum rerum eventibus conſuluiſſe. De reliquis Deorum, Dearumque *Templis* vide ſuprà laudatiſſimum *Suareſium*, *de Antiquitatibus Præneſtinis*.

Cur Serapis in tanta apud omnes veneratione.

Eventus ex Fortuna, & Serapidis oraculis.

Apis & Serapis idem.

Sequuntur modò expeditiones maritimæ in Monumento expreſſæ, in quibus conſiſtit ſumma votorum, omnium eorum, qui in varias Mundi Regiones maritimas expeditiones ſuſcipiebant. Qua de cauſa *Pharus* in *Templo Fortunæ* conſtituta, in qua ignis accenſus ab omnibus *Mare Tyrrhenum* navigantibus, ſimul ac ſpectabatur, tum mox depoſitis remis veliſque demiſſis, *Deæ Præneſtinæ* quà precibus, quà votis, pro fortunato ſuſceptarum expeditionum exitu ſupplicabant. Vides hæc omnia pulchrè muſivo opere expreſſa. Aſpice navim G literâ ſignatam, ubi primò vides, quomodò contra nociva tum fluminum, tum maris animalia decertant, cujuſmodi ibidem ſubjecta vides, hippopotamos, Crocodilos, balenas,

Expeditiones maritimæ auſpicio Fortunæ peractæ.

Pharus Præneſtina in nautarũ ſolatium.

Ferocem hippopotamum conficiunt Nautæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

balenas, & Delphinos ſagittis ſuffixos. Audierant enim in *Nilo* potiſſimum hippopotamos & Crocodilos navigantibus infeſtos votis *Serapidi* factis in Nomo Crocodilopolitano non placari duntaxat, ſed & cicurari. Quamvis etiam allegoricè per hujuſmodi belluas giganteæ fortitudinis homines, tyrannos crudelitate immanes, uti ſuprà indicavimus, intelligerent. Sequitur poſteà bos aratro alligatus, quem agricola inſtimulat, quo *Ægyptiorum* more votis conceptis felicem in agricultura ſucceſſum ſperabant.

Singularum imaginum explicatio.

Sed quid tot armatorum militum ante *Fortunæ Templum* turmæ? quid palmæ? quid delubra? quid ampullæ? quid coronæ? quid tot navigantium huc illucque tranſmeantium lintres? quid aviaria, colymbydræ, aræ, & ſimilia, quæ in monumento depicta cernuntur, ſibi velint, explicandum reſtat.

Narrant Mythologi, in expeditionibus maritimis veteres ante omnia conceptis votis *Neptuno* ſupplicaſſe. Votorum verò in expeditionibus feliciter tranſactis compotes facti, & reduces depoſitis clypeis, veluti in pace jam conſtitutos, coronas, & palmas, in victoriæ ſignum obtuliſſe; nam vela navium *Templo Fortunæ* appendebant, vina libabant. Quæ omnia pulchrè in hoc Monumento figuris artificioſa teſſulati operis picturâ expreſſa cernuntur.

Quid arcuatum opus S, Neptuno & nauta conſpicuum.

Vides arcuatum opus S in volubilis rotæ formam exſtructum, cui *Fortuna* inſidebat votis anceps, in cujus aditu *Neptunum* ſedentem cum ſceptro tridente, eique nautam ſupplicantem, tectum verò volucribus confertum, quid aliud notat, quàm quod ex avium garritu, veluti auguria quædam de negotiis auſpicandis exercebant?

Ædis Fortunæ expoſitio.

Contemplare ædem *Fortunæ* T velis nauticis ſubtenſum, Delubrum V exſtructum, ampullam X vinis libandis conſtitutam. Vide Z ex delubro, militum pheretro onuſtorum, candelabrum portantium, proceſſionem, in peractæ victoriæ ſignum peragi ſolitam. Vides antro advolutos coronas urnæ ſortium offerentes, in beneficiorum receptorum recognitionem. Vides mare plenum nautis lintribuſque, tum ad expeditiones novas exeuntibus, & poſt partam victoriam redeuntibus vota ſoluturis. Vides aviarium I, quod in diſtrictu *Templi Fortunæ* exſtruebatur, tum ad auguria exercenda, tum ad aves unicuique Numini conſentaneas ſacrificio deſtinatas.

Quid balnea?

Quid autem balnea aliud notabant, niſi luſtrationem, quam, antequam expeditionem inchoarent, lymphæ in balneo lotione peragebant.

Topiarium opus P quid?

Vides tandem arcuatum illud opus P topiario artificio, ſub quo choros agentes quid aliud notant, niſi quod in gratiarum actionem, pæana canentes ludis, feſtiviſque gaudiis animos *Fortunæ* ſortibus ſuſpenſos, proſperè poſteà peractis rebus, relaxarent. Sed nè quicquam ſolâ conjecturâ aſſeruiſſe videamur, jam dicta ex veterum authorum teſtimoniis confirmemus.

Explicatio reliquarum figurarum.

Diximus primò, arcuatum Delubrum A *Neptuno* ſacrum eſſe, ad quod nautæ pro felici tumidi maris tranſmeatione ſupplices confluebant, verùm hoc *Neptuni* Delubrum eſſe, ipſe *Neptunus* tridentifer unà cum nauta ſupplice ſat demonſtrat.

Neptuni templum. *cur* Neptunus *tridente inſtructus ſit?*

Nam ut Mythologi volunt, *Neptunus* ſupremum tum maris, tum reliquorum humidorum, videlicet maris, fluminum, lacuumque, quæ per tridentem aptè deſignantur, dominium obtinet; quod humidum elementum, cùm mirum in modum inſtabile ſit, & ſæviſſimis ventorum flatibus agitatum, tam ſævas tempeſtatum procellas excitat, ut in cælum nunc undas extollere, nunc eaſdem in tartarum deprimere videatur;

Mugitus tauri ſonitum maris exprimit.

fremitu verò ſuo mugitum tauri, quem & ea de cauſa ipſi offerebant, exprimit, *fortunæ* variæ ſymbolum, ſiquidem fallax eſt mare, fallax *fortuna*, inſtabile mare, inſtabilis & *fortuna*, & uti Lucretius ait:

O 2 *Non*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Non poterat quemquam placidi fallacia Ponti
Subdola pellicere in fraudem ridentibus undis.

Undè Nautæ in *ædem Fortunæ* peractâ feliciter navigatione convolantes, vela *Templo* obtendentes, coronas & vina fundebant, quæ ſimpulum X notat. Sed hæc omnia ex variis authoribus collecta vide apud *Natalem Comitem* affatim deſcripta. Sed & de proceſſione in Deæ fautricis honorem inſtituta, lege *Plutarchum*, *Boiſſardum*, aliosque de ritibus, & cerimoniis veterum ſcriptores. Proceſſione peracta in ludos & jocos vertebantur, ſub arboribus topiario artificio intricatis, aliiſque arborum umbris, Homero teſte;

Proceſſio.

Phœbeas iras placabant carmine Achivi,
Per totas luces pulcrum pœana canentes,
Cantantes Phœbum: *huic mulcebant pectora cantus.*

Atque hæc ſunt, quæ de hoc nobili in *Præneſtino Fortunæ Templo* etiamnum ſuperſtite Monumento dicenda duximus. Quæ quidem adeò in eo affabrè expreſſa ſunt omnia, ut ulteriori interpretatione non indigeant; cum vel pictura ipſa, quid ea innuerint, facilè ſe explicet. *Fortunæ* itaque veteres omnia adſcribebant, tanquam ei, quæ varias mortalium ſortes adminiſtraret. Sed ego cum omnia Divinâ providentiâ gubernari nôrim, nihil *Fortunæ* tribuendum eſſe ſentio, ſed nomen ipſum tributum fuiſſe *Fortunæ* putarim, ut à Divinæ potentiæ cogitatione, cum miſeriis vexantur, deducti in fictum nomen ſuas lamentationes & convicia, quæ levis, & ſtulta, cœca & iniqua vocaretur, conjicerent, cum cauſæ neſcirentur, cur huic res adverſæ ferè omnes evenirent, & illi contrà nihil non ex ſententia ſuccederet. Novit ſolus Dominus ſortium humanarum diſtributor juſtus, cur hunc paupertate & miſeriis premat iſtum honore & divitiis ferè ad ſidera uſque attollat; cur alios continuis infirmitatum procellis exerceat, alium robore virium muniat; cur alios Reges, principes, nobiles conſtituat, alios infimæ ſortis eſſe permittat. Non ſunt hæc *Fortunæ* ludibria, ſed admirandæ & inſcrutabili Divinæ providentiæ diſpoſitioni adſcribenda, qui mundum uti ex contrariis conſtituit, ita & hominum ſortes varias, quas ipſe diſponit, eſſe voluit. Si enim omnes Reges, principes, nobiles, ſapientes forent, mundum perire neceſſe eſſet. Non igitur potentes, & in altius dignitatis faſtigium *Fortunæ* alis elevati, proſperitate tanquam *Fortunæ* propriis viribus acquiſitâ glorientur, neque variis *Fortunæ* ſiniſterioris caſibus oppreſſi, de proſperitate negata conclamatum eſſe putent; facile enim volubilis & lubricæ *Fortunæ* rota, quos in altum evexerat, paulatim in imum, reliquis in altum evectis deprimit. Sunt hæc abſcondita Dei judicia, ſed iis nota, qui melioris vitæ ſtatum Evangelicæ Doctrinæ veritate illuſtrati contemplantur, juxta illud Apoſtoli: *omnes, qui piè vivere volunt in* Chriſto Jeſu, *perſecutionem patientur.* Exaltatur impius, deprimitur juſtus: quare? quia ad beatæ immortalitatis gloriam conſequendam Deus Opt. Max. juxta Filii ſui prototypon, ſine cruce & tribulatione patienter tolerata, magnum gloriæ pondus largiri non poteſt; potentes verò *Fortunâ*, & in hac vita omni bonorum terrenorum affluentiâ gaudentes, niſi eâ benè utantur, juxta veritatis pronunciatum, bonorum cæleſtium, felicitatiſque æternæ uti extorres ita participes eſſe non poſſunt. Atque hæc beata eorum, qui *Chriſti* veſtigia ſequuntur, *Fortuna*, quæ non caſu, & fortuito exiſtit, ſed ab æterno benigniſſimi conditoris noſtri diſpoſitione ſuis fidelibus deſtinata fuit; Veritas Evangelica utriuſque *Fortunæ* jactu exemplo in *epulone* & *Lazaro* pulchrè docet, ut proindè multo acceptius eſſe debeat ſiniſtræ *Fortunæ* ſors homini *Chriſti* ſectatori, quàm fluxa humanæ

Fortuna Chriſti *fidelium Deus eſt, qui ſua providentia, varias mortalium vices juſtis de cauſis verſat.*

Cur Deus permittat tot mala.

humanæ beatitudinis opulentia, cum illa gaudium æternum, hæc ſine fine duraturum ſupplicium ſuis ſectatoribus polliceatur.

Præneſte non Fortunæ tantummodo *templum* celebre fuiſſe narrant Authores, ſed & *Serapidis* vicinum Fortunæ fanum, ad normam ſanctiſſimi *Ægyptiorum Serapei Alexandriæ* exſtructum. Verum qui etymon, originem, cultum, cerimonias, ſuperſtitioſaſque obſervantias una cum hieroglyphicorum apparatu, qui ipſius ſtatuæ inſcribebatur, fuſius noſſe deſiderat, is adeat *Oedipum*, nec non eam *Obeliſci Pamphilii partem*, quæ de *Ideis Hieroglyphicis* inſcribitur, & una reliquos *Oedipi Tomos* conſulat; & quidquid circa dicta deſiderari poterit, uberrimè à nobis tractatum reperiet, ut proindè ſuperfluum hic ea repetere ducamus. Hoc loco tantum apponere viſum fuit Epigraphen Græcam, quæ teſte *Suareſio*, ex quo deſcripſimus, in *Templo Annunciatæ*, vaſi, quod aquæ luſtrali ſervit, inciſa legitur, à *Valerio* quodam *Hermaiſco* literis majuſculis, more veteribus ſolito inſcripta, quam nos minuſculis, ſive currentibus exhibemus. Γ. Βαλέριος Ερμαΐσκος ἐποίησεν Σαραπεῖον Διὶ Ηλίῳ μεγάλῳ Σεραπίδι καὶ τοῖς συννάοις θεοῖς. id eſt, C. Valerius Hermaiſcus *fecit* Serapæum *Deo Soli, magno* Serapidi & *Diis aſſeclis*. Ex altera parte inſcriptio continuatur hiſce verbis latinis:

Inſcriptio antiqua vaſis, nunc aquæ luſtrali ſervientis.

> *Domus* C. Valerii Hermaiſci, Templum Serapis, Schola Fauſtiniana *fecit*; Valerius Hermaiſcus *dedit*. *Idibus Dec.* Barbato & Regulo *Coſſ.*

Antiquitatis in Præneſte monumenta.

Conſtat autem *ex Faſtis*, hoſce Conſules fuiſſe anno ab Vrbe condita 910. Similem huic inſcriptionem *in Oedipo* & *Obeliſco Pamphilio* unà cum hieroglyphicis expoſuimus, quorum titulus, erat: συνθρόνοις τοῖς ἐν Αιγύπτῳ θεοῖς Ἴσιας Ἀρχιερεὺς ἀνέθηκε. Fuiſſe & *Præneſte* baſilicas, & forum, ſtatuis innumeris exornatum, parietinæ adhuc indicant. Hic *Verrius Flaccus* ſuam collocari ſtatuam, ubi faſtos marmoreo parieti inciſos publicârat, erigi juſſit. *Præneſte* pariter ſtatua loricata amicta togâ, capite velato, à *Manilio* erecta fuit hoc titulo; MANILIUS PRO MILITIBUS, QUI CASILINI IN PRÆSIDIO FUERINT, VOTUM VOVIT. Hic ſtatua *L. Æliani*, quo veluti concive ſuo Polyhiſtore meritò gloriari poteſt:

L. ÆLIANO L. F.
AN. PROVINCIALI
EQUO P. ORNATO
LUPERCO DESIG.
HUIC ORDO DECURION.
STATUAM DECREVIT
L. ÆLIANUS VERECUNDUS
HVSR L DDD.

Sunt & complures aliæ inſcriptiones *Præneſte* ſuperſtites, eorum, qui ob inſignia geſta ſtatuas meruerunt, quas vide apud *Suareſium*. Et ut ſub compendium rem contraham: *Præneſte* ſemper à prima ejus origine ingentes viciſſitudines rerum ſuſtinuit. Nam ſub *Herilo Sicanorum* Duce deſtructa, deindè paulatim inſtaurata, in coloniam ceſſit *Albanorum* Regum, à *Latino Sylvio* ſecundo Rege *Albanorum* & *Aſcanii Poſthumi* fratre, Duce; qua ad aliquot durante ſecula, & in ſua felicitate perſeverante, tandem 15 anno poſt *Albæ* excidium, ut hæc, ita cæteræ omnes triginta *Latinæ* urbes *Albanorum* juriſdictioni ſubditæ, unà cum incolis in Romanum ceſſerunt imperium. Siquidem *Tarquinium Priſcum* de *Latinis* priſcis ſubjugatis *Romæ* triumphaſſe, à *Livio* docetur. Non multò tamen poſt, *Tarquinius Superbus* jam exactus, atque à Senatu Romano proſcriptus, novis ſeditionibus excitatis, haud ſecus ac *Tarquinius Priſcus* avus ejus, ſe Ducem *Latinorum* contra *Romanos* in Synodo Ferentina anno ab Urbe condita 255 conſtituit. Hinc *Sextus Tarquinius*, ut à *Lucretia* conſenſum extorqueret, ſic eam affatus dicitur:

Præneſtinæ viciſſitudines.

Tarquinii ad Lucretiam verba.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

tur: *Si feceris, imperabis mecum* Romanis, Latinis, Hetruſcis. Anno verò ab Vrb. Cond. 255, Coſſ. *T. Æbutio* & *P. Veturio*, *Fidenæ* obſeſſæ, *Cruſtumeria* capta, *Præneſte* à *Latinis* & *Romanis* deſcivit; conventu tamen Ferentinæ coacto, denuò contra *Romanos* à *Latinis* concluſum fuit. *Latini* qui fœdus, nomina, & jusjurandum dederunt, fuerunt:

Aricini,	*Lavinienſes,*	*Scaplini,*
Bovillani,	*Lavicani,*	*Setini,*
Boletani,	*Nomentani,*	*Tellini,*
Corani,	*Norbani,*	*Tyburtini,*
Cornetani,	*Præneſtini,*	*Tuſculani,*
Gabini,	*Pedani,*	*Trebani,*
Laurentini,	*Querquetulani,*	*Veliterni.*
Lanuvini,	*Sutricani,*	

Latinorum *contra* Romanos *expeditio.*

Quorum omnium dux, caput & Rex erat *Octavius Mamilius Tuſculanus*, junctus ſocero ſuo *Tarquinio Superbo*, qui aliud non moliebatur, quàm ut ingenti comparato ex *Latinis* exercitu *Romanos*, capitales ſuos hoſtes, ſpe recuperandi Regni, adoriretur. ſed ex prælio juxta LacumRegillum infeliciter tranſacto victi ſubjugatique, omni ſpe caput amplius erigendi exciderunt, pace ad 100 annos conſtituta. Sed anno urbis conditæ 369, rurſus defecerunt *Præneſtini* ex confœderatione contra *Romanos* cum *Veliternis* inita, deindè cum *Volſcis* auxiliaribus copiis juncti *Satricum* expugnarunt, truculentam in captos exercuêre victoriam: ſed bis iterumque unà cum *Veliternis Volſciſque Camillo* duce magna ſtrage victi, anno Urb. Cond: 374. *Romanis* ſeſe ſubdiderunt. Annis verò inſequentibus *Præneſtini*, dum urbem civilibus ardere factionibus, nullo exercitu ac duce inſtructam cognoſcerent, agmine derepente facto pervaſtatis protinus agris, ad portam Collinam ſuas copias immiſerunt, magna *Romanorum* trepidatione, quo factum eſt, ut inteſtino bello diſſipato, animis in unionem junctis, magna vi per Dictatorem *Cincinnatum Præneſtinos* adorirentur, quorum vehementiæ impares urbe relicta ad fluvium *Alliam*, veluti locum *Romanis* ex ſolenni *Gallorum* victoria fatalem, caſtra locant. Sed *Romani T. Quintio* duce nil veriti inanem ſpem hoſtium tantâ in eos violentiâ ruerunt, ut primo ſtatim aſſultu terga vertere, omnibus relictis, cogerentur, quos fugitivos inſecuti *Romani*, novem primùm oppida juriſdictioni *Præneſtinorum* ſubdita, deindè etiam *Præneſten* interceperunt, adeòque *Romam* reverſi, ſimulacrum *Iovis*, qui ibidem colebatur, in triumpho delatum, in Capitolio inter cellam *Iovis* & *Minervæ* collocarunt, cum hac Epigraphe:

Varia Præneſtinorum Fortuna.

JUPPITER ATQUE DIVI OMNES HOC DEDERUNT,
UT T. QUINTIUS DICTATOR OPPIDA IX CAPERET DIE XX.

Sed poſt decem ferè annos denuò rebellantes *Paleſtrini*, cervices paulò poſt ſubmiſerunt. Sed neſcio quo *Martio* iis indito ſpiritu, jugum *Romanorum* tolerare neſcii, anno Urb. Cond. 414. Pedum unà cum *Tyburtinis* moventes, ibi belli ſedem contra *Romanos* conſtituerunt. Sed à *Lucio Furio camillo* expugnati, agriſque ſpoliati, *Romam* in Capitolium abducti ſunt. Et hoc pacto in fide *Romanorum* permanſerunt: & cum contra *Hannibalem Pœnorum* Ducem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Ducem in *Caſilino* obſeſſi ita fortiter ſe geſſiſſent, ut deſperatâ victoriâ Pœnus obſidionem tollere coactus fuerit, & municipio donati ſunt, militibuſque *Præneſtinis* Senatus Romanus duplex ſtipendium, & quinquennis militiæ vacationem decrevit. Decurionum quoque munere honoratos *Præneſtinos* ex inſcriptionibus paſſim obvijs patet: numerabantur autem inter Decuriones, Quæſtores, Ædiles, Duumviri, Flamines, VI viri Auguſtales, Curatores annonæ, Curatores muneris publici, undè Decuriones populoſque Coloniæ Præneſtinæ ſtatuis decorabant. Inſcriptionum ingentem congeriem vide apud *Suareſium*, quas ſummo ſtudio & indefeſſo labore ex parietinis Præneſtinis ſummo Reipublicæ Literariæ emolumento eruit.

CAPUT V,

De poſteriorum temporum Præneſtinæ Urbis *Statu.*

Argumenta, quibus docetur, S. Petrum Prœneſtinis *prædicaſſe, & templum condidiſſe.*

POſtquam S. *Petrus* Eccleſiam Romanam ſat ſuperque fundaſſet, non contentus tot tantoſque ſe in infidelitatis tenebris natos educatoſque ad verum fidei lumen reduxiſſe: ſed & pro officio à *Chriſto* ipſi impoſito, curam ſuam in univerſum Mundum per 53 Epiſcopos, quos tanquam Vicarios ſuos divini verbi ſeminatores in omnes Mundi partes extendiſſe cenſendus eſt: quoniam enim *Præneſtinos* urbi vicinos verbo divino recipiendo haud inidoneos cognoſcebat, illuc in propria perſona ſe contuliſſe, ibidemque Præneſtinæ Eccleſiæ, prima fundamenta jeciſſe, *Præneſtini* ex continuata traditione pro certo tenent, & Monaſterium in extremo montis jugo unà cum Eccleſia Divo Petro ſacra indicat; in quo teſte Divo *Gregorio Magno*, à principio viros ſanctitate & religione illuſtres ad ſuum uſque tempus vixiſſe, miraque patraſſe recitat. Certè ænea D. *Petri* ſtatua in dicta ejuſdem Divi Eccleſia, ſedentis habitu, & pede ad oſculum recipiendum protenſo, ad quam *Chriſti* fideles capitibus ſubmiſſis accedentes, eodem eam, quo & hodiè ſtatuam illam *S. Petri* in Vaticana Eccleſia conſpicuam venerantur, luculento indicio eſſe poteſt.

Verùm & quanta DEUS per viros Sanctos operatus ſit, hîc viſum eſt apponere unum ex miraculis, quod S. Gregorius Magnus l. 3, c. 23, Dialog. recenſet his verbis, & in dicto *S. Petri monaſterio* contigiſſe ait: Præneſtinæ urbi *mons præeminet, in quo* B. Petri Apoſtoli monaſterium *ſitum eſt virorum Dei, quorum relatione adhuc in Monaſterio poſitum* (inquit *eximius Doctor*) *audiſſe me contigit magnum hoc, quod narro miraculum, quod ejuſdem* Monaſterii *Monachi noſſe ſe teſtabantur. In eo namque* Monaſterio *fuit Pater vitæ venerabilis, qui quondam Monachum nutriens, uſque ad reverendos provexit mores, eumque, cum in timore Domini videret excreviſſe, in eodem ſibi* Monaſterio *tunc Presbyterum fecit ordinari, cui poſt ordinationem ſuam, quia non longè abeſſet ejus exitus per revelationem indicatus eſt. A prædicto autem patre* Monaſterii *petiit, quatenus ei concederet, ut ſibi ſepulchrum pararet; cui ille reſpondit, ante te quidem ego moriturus ſum, ſed tamen vade, & ſicut vis, præpara ſepulchrum tuum: receſſit igitur & præparavit. Cum non multò poſt duos dies ſenex pater, febre præventus, ad extrema pervenit, atque aſſiſtenti præsbytero juſſit dicens: in tuo ſepulchro pone me, cumque ille diceret, ſcis, quia ego modò te ſequuturus ſum, utroſque capere non poteſt. Abbas protinus reſpondit dicens: ita fac, ut dixi, quia ſepulchrum tuum ambos nos capit. Defunctus itaque eſt, atque in ſepulchro eodem, quod ſibi presbyter paraverat, poſitus, mox quoque & presbyterum corporis languor*

Miraculum Præneſtinum à S. Gregorio M. *relatum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

ſequutus eſt, quo languore creſcente citius presbyter vitam finivit; cumque ad ſepulchrum, quod ſibi ipſi paraverat, corpus illius fuiſſet à fratribus deportatum, aperto eodem ſepulchro viderunt omnes, qui aderant, locum non eſſe, ubi poni potuiſſet, quia Corpus patris Monaſterii, *quod illic anteà poſitum fuerat, omne illud ſepulchrum tenebat. Cumque fratres, qui preſbyteri corpus detulerant, factam ſibi ſepeliendi difficultatem viderent, unus eorum exclamavit dicens:* O Pater, ubi eſt quod dixiſti, quia ſepulchrum illud ambos vos caperet; *ad cujus vocem ſubitò cunctis videntibus Abbatis corpus, quod illic antè poſitum fuerat, & ſupinum jacebat, ſeſe vertit in latere, & vacantem ſepulchri locum, ad ſepeliendum Presbyteri corpus præbuit, & quia utroſque locus ille caperet, ſicut vivus promiſerat, mortuus implevit.*

Sancti Prænestini S. Agapitus & S. Herundo.

Inter cetera tamen Eccleſiæ Prænestinæ Lumina maximè enituit *S. Agapitus*, qui anno Chriſti 272, ſub *Aureliano* Imperatore, præſide Antiochiano urbis præfecto, puer quindecim annorum, virili conſtantia Heroum quorumvis fortitudinem ſuperavit, dum imperterrito animo *Chriſti* amore ſaucio, nullo non tormentorum genere ſuperato, tandem gladio percuſſus martyrii coronam adeptus eſt, 15 Septembris: cujus vitam apud omnes, qui de Sanctorum vitis ſcripſerunt, obviam reperies. Prodierunt & indè *Sancta Herundo*, quæ ſanctiſſimam vitam in vaſta *Præneſtinorum* ſolitudine egit, diciturque habuiſſe duas diſcipulas, *Redemptam* & *Romulam* fæminas ſanctitate vitæ illuſtres, quarum corpora *Tybur* tranſlata, in *Templo S. Laurentii*, tribus arculis incluſa requieſcunt, de quibus in ſequentibus de *Tyburtinæ Urbis* antiquitatibus mentio fiet. Sed jam de Epiſcopis Præneſtinis nonnihil dicamus.

CAPUT VI,

De Epiſcopis Præneſtinis, ex Suareſio & Hughello.

Præneſtini Epiſcopi. — Ann: Chriſti

PRimus Præneſtinæ Eccleſiæ Epiſcopus, quem *Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ Scriptores* memorant, fuit *Felix*, qui ſedente *Melchiade* Pont: Max. condemnationi *Cæciliani Donatiſtæ ſubſcripſit.* 313

Ianuarius, ſedente *Hilaro* Pont: Max: Concilio Romano interfuit. 455

Romulus, interſuit concilio Romano à *Symmacho* Pont: Max: coacto, tempore quo *Boëtius* vivebat. . . . .

Maurus, cui contra calumniatores *Pelagius* Pont: Max: diploma dedit, cujus initium: P*elagius Mauro* Epiſcopo Præneſtino. . . . 556

Sergius, quem indulto *Monaſterii S. Madardi in Gallia* ſubſcripſiſſe, ex *actis S. Gregorii* conſtat. 593

P*roculus*, decretis Romanæ Synodi habitæ *Romæ* coram tumba D. Petri, imperante *Mauritio Auguſto*. 596

Majoranus, in Synodo Romana ſub *Martino* I. Pont: Max: coactâ, contra *Monothelitas* ſubſcripſit. 642

Stephanus, ſub *Agathone* Pont: Max: ad profligandum *Monothelitarum* errorem ſubſcripſit pariter. 680

Sergius, ſub *Gregorio II*, Pont: Max: in Synodo Romana contra illicita matrimonia ſubſcripſit, imperante *Leone III*. . . . 701

Venantius, aut *Valentius*, Synodo Romanæ ſub *Zacharia* Pont: Max: interfuit. 741

Gregorius, vel *Georgius*, diplomati *Pauli I*, Pont: Max: anno *Conſtantini Copronymi* 16 ſubſcripſit. 752

Atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Pontifex vi conſecratus, & Epiſcopus conſecrans vindicem Dei manum experti.

Atque hic fuit Epiſcopus, qui *Conſtantinum*, fratrem *Guidonis Nepeſinæ* Civitatis Ducis, magna militum vi in urbem irrumpentis, minis tormentiſque coactus, primò Laicum præmiſſa prima tonſura, cæteriſque Eccleſiaſticis gradibus in Epiſcopum, deindè etiam aſſiſtentia Epiſcoporum *Albanenſis* & *Portuenſis* in Pontificem conſecravit; ſed hic uti in audita violentia Pontificatum obtinuit, ita vix anni exacto tempore infeliciter obiit; *Gregorius* verò divinæ indignationis manum ob indignam rei præſtitæ operam mox expertus eſt. Nam uti *Anaſtaſius* refert, non poſt multos dies, prodigioſa infirmitate oppreſſus, omnibus membris ſideratis, dextra quoque conſecrationis inſtrumento areſacta, vitam miſerabiliter concluſit.

Stephanus, de quo nil memoratu dignum narratur. . . . 771

Andreas, qui ſedente *Stephano IV*, ſeu *V*, Pont: Max: vixit, & ſub *Adriano I* Pont: Max: ad *Deſiderium* Regem *Longobardorum* miſſus, Interamnes ut ab infeſtatione Romanæ Eccleſie cohiberet, pœnis etiam eis intentatis. . . . 763

Ioannes, qui interfuit œcumenico Concilio Niceno ſeptimo, ſub *Adriano I.* Papa, cui & *Conſtantinus* cum *Irena Auguſta* interfuerunt contra Iconomachos. 787

Siſinnius, Oecumenicæ Conſtantinopolitanæ Synodo ſubſcripſit his verbis: Miſericordiâ Dei, *S. Prænestinæ* Eccleſiæ Epiſcopus. . . . 800

Stephanus, interfuit conſecrationi *S. Salvatoris de Aniana*, in *Agro Megalonenſi*. 804

Conſtantinus, interfuit Concilio Romano ſub *Eugenio II*. . . 826

Saracenorum furor.

Ab hoc ſedes *Præneſtinæ* Eccleſiæ vacat, ob ingentes calamitates, quas & *Romæ* & *Romanis regionibus* intulerant *Saraceni*, qui repentina irruptione facta nec *Romæ*, nec Templis parcentes, in vaſtitatem cuncta redegerunt.

Theophylactus, qui conciliabulo Romano contra *Ioannem XII.* interfuit. 963

Stephanum, *Præneſtinæ* Eccleſiæ Epiſcopum, tabulæ Sublacenſes ex quodam diplomate indicant. 988

Petrus, S. R. Eccleſiæ Cardinalis, & *Præneſtinæ* Epiſcopus, ſedis Apoſtolicæ Bibliothecarius. 1000

Petrus II, à *Ioanne XIX* ad Cardinalitiam dignitatem, & *Præneſtinæ* Eccleſiæ ſedem evectus fuit. 1024

Ioannes, qui *Leone IX* ſedente, Altaris *S. Agathæ* dedicationi *Romæ* præfuit. 1048

Bernardus, ab eodem *Leone* ſuffectus. 1061

Bruno, *Præneſt:* Epiſcopus. 1072

Leopardus, ab *Alexandro II* Papa in *Præneſtinæ* Eccleſiæ præſulem electus, alii 1077 alii anno, ... 1074

Vbertus, ſedente *Gregorio VII* Papa dedicavit Altare *S. Andreæ* in Eccleſia *S. Ceciliæ Romæ*. legatione functus ad *Henricum V*. Imperatorem & *Agnetem Auguſtam*, religioſiſſimam *Henrici* matrem. . . 1080

Hugonis Pſeudo-papæ ſchiſmatici factioſique vita & mors.

Hugo, variorum ſchiſmatum author, tempore *Gregorii VII*, qui à *Guiberto* Archiepiſcopo *Ravennate* pſeudopapa ſub nomine *Clementis III* ad Cardinalatum & *Præneſtinæ* Eccleſiæ ſedem electus, contra *Vbertum* legitimum Epiſcopum, à *Nicolao II* damnatus eſt; quo defuncto, novum ſchiſma orditus, quo *Cadaloum* Pallavicinum *Parmenſem* Epiſcopum ad Pontificatum evehere conatus fuit, vivente adhuc legitimo Pontifice *Alexandro II*, à quo & excommunicatus, ac deindè abſolutus, denuò iterum iterumque defecit, donec *Wormaciam* profugus, novaque ſemper

 moliens,

moliens, in contumacia & perduellione perſiſtens, infelicem animam efflavit. . . . 1098

Bernardus, Cardinalis & Epiſcopus, *Vbertum* legitimum *Præneſtinæ* Eccleſiæ Epiſcopum ſecutus. 1092

Milo, ab *Vrbano II* in *Præneſtinæ* Eccleſiæ ſedem evectus, qui *Paſchalem II* Pont. Max. conſecravit. . . . 1096

Berardus, *Beneventanus*, à *Paſchali II*, Pont. Max: *Præneſtinæ* Eccleſiæ ſuffectus, ex legatione in Orientem redux *Romæ* moritur. . . 1107

Conradus, Cardinalatum adeptus à *Paſchale II*, Concilio Quaſtallenſi interfuit. 1106

Cononis præclara vita & mors.

Cono, ſive *Cuno*, *Germanus*, ex Eremita Canonicus Regularis, deindè ob vitæ ſanctitatem à *Paſchale II* ad Cardinalatum evectus, & *Præneſtinæ* Eccleſiæ præfectus fuit, qui & *Hieroſolymam*, profectus *Henricum V*, Eccleſiæ perduellem, variis hinc indè tum in *Aſia*, tum *Europa*, coactis conciliis excommunicavit. 1011

Maximorum geſtorum gloria celebris, tandem innumeris laboribus pro Eccleſia Dei perfunctus *Romæ* obiit. 1122

Guilielmus, natione *Gallus*, à *Caliſto II*, Pont. Max. Cardinalitia dignitate & infulis Præneſtinis donatus, multis Conciliis interfuit, magniſque pro Eccleſia Dei geſtis rebus clarus obiit, anno. . . 1140

Stephanus *ex Monacho Claræ-vallenſi Epiſcopus, vitæ ſanctitate inſignis.*

Stephanus V. S. Bernardi diſcipulus, Monachus Claræ vallenſis, ab *Innocentio II*, Pont. Max. promotus, vitæ ſanctitate claruit, de quo & Martyrologium Gallicanum ita dicit: Pridie Idus Februarii *Catalaunii* in *Campania S. Stephani* Epiſcopi & Confeſſoris, qui ex Monacho Ciſtercienſi ob egregia ſanctitatis teſtimonia, ab *Innocentio II* Papa inter Eccleſiæ Cardinales cooptatus, Epiſcopuſque Præneſtinus creatus, ſuſceptam dignitatem miris virtutum ornamentis ampliavit, de quo & Sariſberienſis: *Quis non ſtupeat Epiſcopum* Præneſtinum, *qui ſcrupulum conſcientiæ metuens à participatione bonorum communium abſtinuit?* & in *Vita S. Bernardi* dicitur, *Præneſte* habuiſſe *Stephanum* totius gloriæ virum; obiit. 1144

S. Gurini *ſanctitas.*

Gurinus, Ord: Reg: *S. Auguſtini*, ſucceſſit *Stephano*, Sanctus Sancto, à *Lucio II*, Pont: Max: ſuffectus; Epiſcopatum *Papienſem* ſibi oblatum repudiavit, & à *Lucio II* Utraque infula donatus, ſanctiſſimè adminiſtravit Eccleſiam, undè miraculis clarus in numerum Sanctorum relatus eſt à *Pio V*, Pont: Max: Obiit *Præneſte* in ſepulchro *S. Agapiti* poſitus. 1559

Iulius, ſedente *Adriano IV*, & fugiente *Alexandro III* rabiem *Friderici Barbaroſſæ*, ipſi *Romanæ urbis* adminiſtratio conceſſa fuit, quam & in tanta temporum perturbatione ſapientiſſimè gubernavit, obiit. 1165

Manfredus, ab *Alexandro III* Utramque dignitatem aſſecutus, adfuit unus ex ſeptem Cardinalibus, qui cum Pontifice *Alex*: abjurationi *Friderici* interfuit. . . . 1177

Beneredus, ſive *Berneredus*, in *Manfredi* locum iiſdem dignitatibus ſuffultum ab *Alexandro III* ſuffectus eſt, Ordinis *S. Bernardi*. . . 1181

Paulus Sodolinus è Canonico S. Mariæ Majoris Cardinalis, deindè Epiſcopus Præneſtinus ab *Alexandro III* factus, tandem ad Pontificatum aſſumptus *Clemens III* dictus fuit. . . . 1188

Mainardus Gallus, Monachus Ciſtercienſis à *Clemente III* Utraque dignitate donatus, eodem anno ſummo Pontificis mœrore è vivis exceſſit. 1188

Ioannes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Friderici Barbaroſſæ Imp: abjuratio facta Venetiis.

Ioannes è Comitibus, *Signiæ Anagninus*, poſt adeptam Cardinalitiam dignitatem *Præneſtinæ* Eccleſiæ præſul, *Alexandri III* partes conſtanter defendit, & unus fuit è ſeptem Cardinalibus, qui abjurationi *Venetiis* à *Friderico Barbaroſſa* factæ interfuit. 1196

Primus author Cerimoniæ pulſandi Campanulam ad corporis Dominici venerationem.

Wido, ſeu *Quido de Parè*, Ciſtercienſis Monachus & Abbas, deindè Archiepiſcopus *Rhemenſis*, poſteà ab *Innocentio III* Cardinalis & Epiſcopus *Præneſtinus* creatus, multis præclarè geſtis celebris, author fuit ejus cerimoniæ, qua in Eccleſia Catholica ad elevationem Dominici corporis & Sanguinis, & dum ad ægros deportatur, campanula pulſatur. obiit peſte *Gandavi*: *Ciſtercium* tranſlatum corpus hoc Epitaphium meruit: 1206

Nobis donatus de culmine Pontificatus,
Rhenis tranſlatus jacet hic vir Quido *beatus.*

Quido, Papa Romanus à *Clem.* III factus Cardinalis, ab *Innocentio* Epiſcopus Præneſtinus, vitam omni laude dignam geſſit, obiit. 1221

Quido ex Nobilibus *de Suntio*, Orvietanus regulus, ab *Innocentio* III Cardinalis factus, ab *Honorio* verò III Epiſcopus Præneſtinus. 1231

Iacobus Pecoraria, Placentinus, Monachus & Abbas *S. Vincentii, & Anaſtaſii, ad Aquas Salvias*, Ord: Ciſtercien: poſt à *Gregorio* IX Cardinalis Præneſtinus, obiit 1244

Stephanus, Hungarus, Archiepiſcopus *Strigonienſis*, ab Innocentio IV *Præneſtinæ* Eccleſiæ præfectus Cardinalis. 1251

Vicedominus de Vicedominis, Placentinus, Ord: Min: Archiepiſcopus *Aquenſis*, dictus Cardinalis & Epiſcopus Præneſtinus, ſedente *Gregorio X.* obiit *Viterbii.* 1276

Gerardus Cupalates, Placentinus, à *Nicolao* III Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus electus, obiit. 1279

Hieronymus Aſculanus, Ord: Min: Generalis Miniſter, à *Martino* IV factus Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus, & tandem ad Pontificatum aſſumptus, *Nicolaus* IV dictus eſt. 1288

Berardus de Berardis, à *Nicolao* IV electus Epiſcopus Præneſtinus, obiit. 1291

Simon Beaulieu, Gallus, Monachus Ciſtercien: Archiepiſcopus *Bituricenſis*, electus Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus à *Cœleſtino* V, *obiit* Urbe *veteri.* 1297

Theodoricus Reynerius, Urbivetanus, Archiepiſcopus *Piſanus*, à *Bonifacio* VIII electus in Epiſcopum & Cardinalem Præneſtinum, obiit. 1306

Petrus de Anablay, Gallus, Archiepiſcopus *Tholoſanus, Galliæ* conſiliarius, à *Clemente* V in Epiſcopum & Cardinalem Præneſtinum electus *Avenione* deceſſit. 1312

Guilielmus Mondagoſus, Gallus, Archiepiſcopus *Aquenſis*, à *Clemente* V Epiſcopus & Cardinalis Præneſtinus eligitur: *Bonifacio* VIII in 6 Decretalium adjutor fuit, juris conſultiſſimus, multiſque operibus clarus, deceſſit *Avenione* ſub *Ioanne* XXII. 1321

Petrus de Prato, Gallus Epiſcopus *Regienſis*, mox *Aquenſis*, à *Ioanne* XXII Epiſcopus & Cardinalis Præneſtinus electus fuit, variiſque legationibus functus *Avenione* deceſſit. 1361

Raymundus de Canilacho, quem alii *Deodatum* appellant, ex Canonico Regulari Abbas *Conchenſis*, deindè Epiſcopus *Florenſis*, poſteà Archiepiſcopus *Tholoſanus*, ab *Innocentio* VI declaratus Epiſcopus & Cardinalis Præneſtinus, *Avenione* deceſſit. 1373

Simon de Langan, Anglus, Abbas *Weſtmonaſterienſis*, Ord: *S. Benedicti*, Archiepiſcopus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Archiepiſcopus *Cantuarienſis* & Regni Cancellarius, à *Gregorio XI* factus eſt Epiſcopus Cardinalis Præneſtinus, *Avenione* deceſſit. . 1376

Ioannes de Groſſo, Epiſcopus *Lemovicenſis*, à *Gregorio XI* Epiſcopus & Cardinalis Præneſtinus declaratur; hic cum Antipapæ *Clementis VII* partes contra *Vrbanum VI* in *Gallia* promoveret, *Avenione* deceſſit, anno 1383

Franciſcus Pregnanus, ex Archiepiſcopo *Piſano* in Epiſcopum & Cardinalem Præneſtinum ab *Vrbano VI* aſſumptus, *Pariſiis* deceſſit. . . 1483

Antonius Cajetanus, in Concilio Piſano ultrò conceſſit Eccleſiam Præneſtinam *Vidoni*, ut ex pſeudo-Cardinali legitimus efficeretur, ab *Alexandro* verò *V Portuenſi* Eccleſiæ præfectus fuit, obiit *Avenione*. . . 1484

Guido de *Maleſicco*, *Gallus*, Epiſcopus *Lodevenſis*, poſteà S. R. E. Cardinalis, beneficio *Gregorii XI* Qui cum duobus pſeudo-Pontificibus ſummè ſemper faviſſet, tandem pœnitens facti, *Piſis* relicto ſchiſmate, cum ſacro Senatu elegit Pontificem *Alexandrum V*, à quo & Epiſcopus Præneſtinus factus, à *Ioanne* verò *XIII* in *Galliam* miſſus ob negotia graviſſima, obiit *Pariſis*. 1411

Angelus de Anna, *Neapolitanus*, Monachus *Camaldulenſis* ab *Vrbano VI* electus Cardinalis, variis Legationibus functus *Romæ* deceſſit. . 1428

Hugo Luſignanus, Regis *Cypri* frater, Archiepiſcopus *Nicoſiæ*, à *Martino V* ad purpuram vocatus, ab *Eugenio IV* Præneſtinus Epiſcopus, obiit in *Sabaudia*. 1452

Ioannes ex Comitibus *Tagliacotii*, *Neapolitanus*, *Tarentinus* Epiſcopus, ab *Eugenio IV* Cardinalatu donatus, *Præneſtinæ* Eccleſiæ præfuit, legationibus celebris, *Romæ* obiit, in Eccleſia *S. Auguſtini* ſepultus. . . 1449

Georgius de Fliſco, ex *Lavaniæ* comitibus, Archiepiſcopus *Genuenſis*, à *Nicolao V* Cardinalis & Epiſcopus Præneſtinus factus, obiit Anno & die incerto.

Ioannes de Turrecremata, Ord: Prædic: Cardinalis *S. Sixti* & Epiſcopus Præneſtinus, obiit *Romæ*. 1455

Philippus Calandrinus è *Sarazana*, ex Cardinali Epiſcopus Præneſtinus, à *Paulo II*. 1464

Angelus, Cardinalis *Capranica*, Epiſcopus Præneſtinus cooptatus eſt, *Sixto IV* ſedente, *Romæ* obiit, ſepultuſque eſt ad *Minervam*. . 1478

Marcus Barbus, Venetus, Cardinalis & Patriarcha *Aquilegiæ*, *Romæ* obiit, ad *S. Marcum* ſepultus. 1491

Ioannes Balves, *Gallus*, Card: *S. Suſannæ*, Epiſcopus Præneſtinus à *Paulo II*. factus, deceſſit *Romæ* eodem anno, ſepultus ad *S. Praxedem*. . 1491

Ioannes Michaël, *Venetus*, Card: *S. Angeli*, *Pauli* II nepos, *Præneſtinæ* Eccleſiæ Epiſcopus, obiit *Romæ*, ad *S. Marcellum* ſepultus. . . 1503

Hieronymus Boſſus de Ruvere, *Savonenſis*, Card: *S. Cæciliæ* ab *Alexandro VI* factus Epiſcopus Præneſtinus. . . . . . .

Laurentius Cibo, *Genuenſis*, Cardinalem *Albanenſem* junxit *Præneſtinæ* Eccleſiæ, obiit eodem anno. . . . 1503

Antoniottus Pallavicinus, *Genuenſis*, ab Innocentio VIII Cardinalis Eccleſiæ *Præneſtinæ* præfuit, obiit *Romæ*, ſepultus ad *S. Petrum*, cujus oſſa deindè deſtructâ veteri Eccleſiâ, ad *S. Mariam de populo* tranſlata fuerunt. 1507

Ioannes *Antonius de S. Georgio*, *Placentinus*, ex Epiſcopo Cardinali *Tuſculano* Præneſtinus electus eſt. . . . 1507

Guilielmus Briſonetta, *Gallus*, Epiſcopus *Maclonienſis* ab *Alexandro* VI Cardinalis factus, Eccleſias *Tuſculanam* & *Præneſtinam* adminiſtravit,

Caroli

Caroli VIII Regis *Galliæ* Conſiliarius, poſtquam à *Iulio* II purpura ſpoliatus, à *Leone X* eâdem iterum indutus eſſet; *Narbonæ* deceſſit. 1524

Marcus Vegerius, Savonenſis, Ord: Min: à *Iulio* II Cardinalis & Epiſcopus Præneſtinus conſtitutus, obiit *Romæ* ad *S. Mariam Tranſtyberimam* ſepultus. 1516

Ioannes *Serra, Hiſpanus*, Archiepiſcopus *Arborenſis*, à *Leone X* Cardinalis & Epiſcopus Præneſtinus, deceſſit *Romæ*, ſepultus apud *S.* I*acobum* Hiſpanicæ Nationis.

Franciſcus, Card: *Soderinus*, ex Epiſcopo *Albanenſi* Præneſtinus factus.

Alexander, Card: *Farneſius*, ex Epiſcopo Cardinali *Tuſculano* Præneſtinus factus anno. 1523

Antonius, Card: *de Monte*, Epiſcopus Præneſtinus. 1523

Petrus, Cardinalis *Accoltus*, Epiſcopus Præneſtinus. 1524

Marcus Cornelius, V*enetus*, Præneſtinus Epiſcopus, obiit V*enetiis* eodem anno. 1524

Laurentius, Card: P*uccius, Florentinus*, Epiſcopus Præneſtinus; obiit *Romæ* ſepultuſque eſt in *Minerva*. 1531

Ioannes *Piccolomineus*, Card. ex Epiſcopo Præneſtino P*ortuenſis* factus, eodem anno. 1531

Andreas de Valle, deceſſit *Romæ* in *Ara Cœli* ſepultus. 1583

Bonifacius, Card. *Ferrerius*.

Laurentius, Card: *Campegius*.

Antonius, Card: *Sanſeverinus*.

Ioannes Vincentius Caraffa.

Alexander, Card: *Cæſarinus, Romæ* deceſſit in *Ara Cœli* ſepultus. 1542

Franciſcus Cornelius, Venetus, deceſſit *Viterbii*, corpore tranſlato V*enetias*. 1543

Ioannes Maria de Monte, ex Præneſtino Epiſcopo ad Pontificatum evectus, *Iulius III* nominari voluit. 1550

Borbonius, Gallus, regio ſanguine prognatus, *Pariſiis* obiit, ſepultus in Eccleſia *S. Dionyſii*. 1557

Franciſcus, Card. *Cæſius*.

Chriſtophorus, Card: *Madrutius, Tridentinus*.

Ottonis Card: Truchſes Germani egregia laus.

Otto, Cardinalis *Truchſes, Germanus*, à *Paulo* III. promotus; qui P*iſis* ſub *Hugone Boncompagnon*, qui poſtea pontificatum adeptus *Gregorius* XIII nominari voluit, juriſprudentiæ ſtuduit, conſilio, prudentia admirabilis, Catholicæ Religionis in *Germania* contra Hæreticos malleus, *Romæ* obiit ſepultuſque in Eccleſia de Anima. 1573

Iulius, Card: *Roboreus*, deceſſit R*omæ*. 1578

Ioannes Antonius, Card: *Sorbellonus*.

Ioannes *Franciſcus Gambara*, R*omæ* deceſſit, ſepultuſque V*iterbii* ad *S. Mariam ad Quercum*. 1583

M. Antonius *Columna*, Card. deceſſit R*omæ*. 1597

Ioannes *Antonius Santorius*, Card: deceſſit R*omæ*, ſepultus in Sacello Eccleſiæ Lateranen: à ſe conſtructo. 1602

Alexander Medices, Florentinus, ad Pontificatum evectus nomen *Leonis* XI meruit.

Auguſtinus Valerius, V*enetus*, deceſſit R*omæ*. 1606

Aſcanius, Card: *Columna*, Magnus Literatorum fautor, literarum & ipſe ſcientiſſimus, ſub *Sixto* V obiit R*omæ*. 1608

Antonius Maria, Gallus, Card: *S. Laurentii in Lucina*.

Greg: Petrochinus Montelperus, Ord: *S. Aug*: à *Sixto* V Card: effectus, obiit

Romæ ſepultus ad *S. Auguſtinum*, in Sacello S. Monicæ. . 1612
Benedictus, Card: *Iuſtinianus:*
Franciſcus, Maria Card: *de Monte.*
Octavius, Card: *Bandinus.*
Andreas, Cardinalis *Perettus.*
Dominicus, Cardinalis *Gymnaſius.*
Marcellus, Card: *Lantes.*
Petrus Paulus *Creſcentius*, Rom. *Præneſtinæ* Eccleſiæ Epiſcopus. . 1629
Quido Card: *Bentivolius, Ferrarienſis*, cujus virtutes toti Orbi patent, deceſ-
ſit *Romæ* in conclavi poſt mortem *Urbani* VIII. 1646

Antonius S. R. E. Cardinalis *Barberinus*; cui DEUS Opt: Max: ob ejus eximia merita longam vitam concedat.

Plura hoc loco jungi poterant. Verum cùm illa Ill.mus & Rev.mus *Suareſius* quam ampliſſime in ſuis Præneſtinis antiquitatibus proſecutus ſit. Lectorem eo remittimus.

PARS

PARS IIII.

Regio LABICORUM, HERNICORUM, aliorumque in meditullio LATII oppidorum ſitus & origo.

CAPUT I.

Pedum, Gabij, Labici, *cæteraque oppida.*

Lavicum vel Labicum promiſcue apud Authores ſcriptum reperitur. Villa Gordianorum.

IN *Via Præneſtina*, cujus *P. Martius* Curator erat, *Roma Præneſten* ducebat, eratque frequentibus ſepulchris celebris. Inter cætera verò *Villam Gordianorum* in ea ſitam, quam ſanè magnificentiſſimam fuiſſe *Iulius Capitolinus* refert, his verbis: Domus *Gordianorum* etiamnum extat, quam iſte *Gordianus* pulcherrimè exornavit, & villa eorum *Via Præneſtina* ducentas columnas in tetraſtylo habens, quarum 50 Caryſtiæ ſeu marmore viridi, atque fluctibus concolori, 50 Claudianæ, 50 Synnades, candido marmore ac purpureis maculis interſtincto, 50 Numidicæ pari menſura, in qua baſilicæ centenariæ tres; cætera huic operi convenientia, & Thermæ, quales præter urbem & nunc, nuſquam in orbe terrarum. Ubinam verò hæc fuerit villa, cum eorum nullum veſtigium ſuperſit, difficile eſt conjecturare. Putant nonnulli eo in loco ſitam fuiſſe, ubi modò *Villa Pamphiliorum*, vulgò *Torro nova*, ſpectandam ſe præbet, conjiciuntque ex columnis ibidem erutis, non exigui prætii; putant etiam Columnas Eccleſiæ veteris *S. Ioannis Lateranenſis* ſerpentino lapide conſpicuas indè tranſlatas fuiſſe, ad novæ Eccleſiæ fabricam. Fuiſſe autem ædificium ſplendidiſſimum, hinc patet, quod in quadro poſitum ducentis circum circa, à ſingulis lateribus 50, magni pretii & diverſi generis marmorum columnis ſuſtentatum fuerit. Hîc alicubi quoque fuiſſe Eccleſiam *S. Ianuarii* ex *S. Gregorio Magno* colligimus; ſepulchrum quoque *Q. Attæ* in ea locat *Maraſtellus*.

Magnificum ædificium.

Gabiorum *ſitus.*

GAbiorum ſitus hodierna die adhuc inter Authores controvertitur, adeò etiam vel primis ſeculis ejus veſtigia perierant; in *Via* tamen *Præneſtina Romam* inter & *Præneſten* ſitam fuiſſe, ex *Livio* & *Dionyſio* patet, & ob bella cum *Romanis* geſta magnum ſibi apud poſteros nomen peperit; ſed jam ſitum ejus inquiramus. Appianus Civ: bell: l. 5. Γάβιοι πόλις ἐν μέσῳ Ρ῾ώμης τὲ καὶ Πραινέςου. (Gabii urbs eſt media Romam inter & Præneſten.) Cui Strabo ſubſcribit: Γάβιοι πόλις ἐν τῇ Πραινεςίνη ὁδῷ κειμένη διέχουσα τὸ ἴσον τῆς Ρ῾ώμης τε καὶ Πραινέςου, περὶ ἑκατὸν ςαδίους. id eſt, (Gabii oppidum *in* via Præneſtina *jacens, æquo intervallo diſtat à* Roma *&* Præneſte, 100 *ferè ſtadiorum,* id eſt *utrimque*. Conſentit Dionyſius hiſce verbis: *Oppidum erat, gentis* Latinorum, *&* Albanorum *Colonia,* via Præneſtina, *centum ſtadiis à* Roma *diſſita, quam* Gabios *appellabant.* Cum itaque centum ſtadia, duodecim millia & 500 paſſus conficiant, *Præneſte* verò 20 milliaribus *Romà* diſtet, rectè decem milliaribus à *Roma* & *Præneſte* diſſitus locus, *Gabiorum oppidum* determinat. Quiſnam verò hic locus fuerit, ex menſura modernorum milliariorum determinandum eſt. Nota tamen Lector, milliaria veterum ferè duobus milliaribus noſtratibus longiora eſſe,

Gabiorum *ſitus controverſus.*

Undè

Unde intervallum *Romæ* & *Præneſtes*, quod olim 23 millaribus, prout *Itinerar. Anton.* monſtrat, olim diſtabat, hodiè non niſi 20 aut 21 millaribus diſtat.

Gabiorum *ſitus eruderatur.*

Hinc alii putant, *Gabios* fuiſſe eodem loco, ubi hodiè nobile *Colonnenſium Caſtrum*, vulgo *la Colonna*, monti impoſitum; alii ex ruderibus, uti *Cluverius*, colligunt, eodem loco fuiſſe, ubi hodiè *hoſpitium publicum* in *via Præneſtina*, vulgò *l'oſteria del Finocchio*, ſitum eſt; quod à noſtra ſententia non abludit, cum hoc *Roma & Præneſte* tantum diſtet, quantum prædicti Authores dicunt, & ex ruderibus ingentibus, quæ ibidem ſub terra fatiſcente deteguntur, luculenter mihi patuit. Fuiſſe autem Priſci *Latii* unam, quam *Albani* ſemper præ ceteris coluerint; imò *Romulum* & *Remum*, poſt educationem ab *Acca Laurentia Fauſtuli* uxore factam, *Numitorem Gabios* miſiſſe, ibique ſecretò literis omnique liberali diſciplina excultos fuiſſe *Dionyſius*, *Plutarchus*, *Feſtus*, aſſerunt. Dionyſ. l. 4. his verbis eam deſcribit: *Nunc equidem haud tota urbs habitatur, ſed ea tantum pars, quæ ad viam frequentatur diverſoriis; tunc enim populoſa erat, & ſi qua alia ampla ac ſpatioſa; ſicuti conjecturam facere licet ex ædificiorum ruinis paſſim exiſtentibus & mænium ambitu, quæ hodièque magna ſui parte ſuperſunt.* Ego ſanè, quantum mihi laborioſiſſimis itineribus per *Latium* confectis, & ex *Dionyſii* verbis colligere licuit, dicerem profectò, ſeptem à *Tuſculo* milliaribus *via Tyburtina*, non procul à *lacu Regillo* ſitam fuiſſe, ubi modò viſitur *hoſpitium*, vulgò *l'oſteria del Finocchio*. Quantum *Tarquinius Superbus* ad *Gabiorum urbem* capiendam, irrito ſemper conatu, laboraverit, *Valerius Max:* ſcitè deſcribit. Sed enim, quod ſenili *Tarquinii* aſtutia conficere non licuit, juvenili *Sexti filii* miro calliditatis aſtu peractum fuit: hic enim iram in ſe patris concitam ſimulans ad *Gabios*, ceu ad aſylum confugit, ubi poſtquam compoſitis blanditiis, fictæque benevolentiæ illiciis, omnium attractis animis, plurimum apud omnes authoritatis obtinuiſſet, Patrem de re feliciter gerenda admonuit, qui in hortum introductum nuncium, dum altiſſima papaverum capita baculo decuſſiſſet, quid à filio vellet, veluti hieroglyphico quodam ſubobſcurè indicavit, quod paulò poſt urbe expugnata, & Reipublicæ capitibus partim exilio mulctatis, partim capite plexis completum fuit. Circa hanc urbem Galli captâ Româ cum omnem conatum depoſuiſſent, eòdemque ſe fuga recepiſſent, *Camilli* ductu auſpicioque caſtris obtentis adeò horrendam ſtragem perpeſſi ſunt, ut *Livio* teſte, ne nuncius quidem tantæ cladis relictus fuerit; & ipſa tandem civilium bellorum ſævitie adeò interiit, ut ubinam ſita fuerit, ne veſtigium quidem ſuperſit.

Sexti *filii* Tarquinii ſuperbi *aſtutia* Gabiis.

Tarquinius *papavera decapitat.*

Gabiorum *urbs funditus excita nec veſtigium ſui reliquit.*

CAPUT II,

Labicum, Pedum, Scapſia, Pupinia, *&c: oppida veteris Latii.*

Lavicum.

LAvicum, ſeu *Labicum*, Gabiis vetuſtate par, *Albanorum* pariter colonia, à quo & *Lavicana via* celeberrima nomen obtinuit, in *via Præneſtina* ſitum fuit, quinque millibus paſſuum ultra *Gabios*, eo in loco, ubi hodiè oppidum vulgò *Zagaruolo*, juriſdictioni Principis *Ludoviſii* ſubditum, in colle ſpectatur, magnæque vetuſtatis rudera. inſcriptioneſque ibidem paſſim inventæ, affatim demonſtrant, & *Strabo* id luculenter exponit, quamvis jam ſua ætate dirutum. Nonnulli eo in loco, qui *Valmontone* dicitur, poſitum fuiſſe exiſtimant; verùm cum id omnium Authorum relationibus repugnet, maneat id eo in loco, ubi illud non ſine urgentibus


Sibus eaque olim ubi hodie Zagarolo.

urgentibus rationibus poſuimus. *Lavicani* cum bellis continuis *Romanos* mirè exagitaſſent, anno urbis conditæ 337 tandem oppidum illorum à *Romano* Dictatore militum ingenti corona circundatum, ſcaliſque captum, coloniam fecerunt, & 1500 eò miſſis *Romanis* jugera acceperunt, uti *Livius* refert.

Pedum.

Pedum, antiquum *Latinorum* priſcorum oppidum ob bella continua, quæ contra *Romanos* geſſerunt, à *Scriptoribus Romanarum rerum* maximè celebratum fuit, in *via Prænestina* ſitum ſuum habuit: ubinam verò, controverſum eſt, nec res diſcerni poteſt, niſi ex diſtantia, quam ei *Authores* & *Tabulæ Itinerariæ* tribuunt. Certè inter *Tuſculum*, *Tybur* & *Lavicum* medium locum tenuiſſe, ex *Dionyſio* & *Livio* colligimus, qui eam urbi vicinam fuiſſe ajunt. Siquidem *Livius*, ubi de *Marcio Coriolano* agit, ait eum devictis *Circejis*, transverſis tramitibus in *Latium* tranſgreſſum, *Sabricum*, *Longulam*, *Polluſtiam*, poſteà *Corbionem*, *Vitelliam*, *Trebiam*, *Lavicos*, *Pedum* cepiſſe, caſtris ad foſſas *Clœlias* quinto ab urbe lapide diſſitas poſitis: cui conſentiunt *Dionyſius* & *Plutarchus*, qui *Labico Pedum* moviſſe *Coriolanum* dicunt. Cum enim *Pedum* quatuor milliaribus à foſſa *Clœlia* diſſitum verſus *Lavicum* fuerit, foſſam vero *Clœliam* quinque millibus paſſuum *Româ* diſtitiſſe ex *Livio* jam didicerimus, certe eam novem milliarium intervallo præter propter remotam fuiſſe clarè patet. Tum præter eà locum *Tuſculum* inter *Tyburque* medium obtinet. Ego re ſtudioſa indagine inquiſita dum omnia diligenter perluſtro, tandem incidi in locum, quem hodiè *l' Oſteria dell' Oſa* vocant, juriſdictioni *Strozziorum* ſubditum, quem *Oſa fluvius* præterlabitur, qui ex lacu *Regillo* originem ſuam deducit, ad cujus ripas ingentia adhuc rudera ſpectantur, partim terrâ obruta, partim adhuc exitiis parietinis ſpectanda; atque hoc loco ego *Pedum* conſtitiſſe exiſtimo, quaſi in centro trianguli, quod

Pedi ſitus inquiritur.



Tybur, *Tuſculum*, & *Roma* ſitu ſuo conficiunt: quamvis *Cluverius* eo loco id conſtitiſſe velit, ubi modò *oppidum Gallicanum*: ſed qui diligentius Authores interſe comparaverit, videbit, id dici non poſſe, cum *Gallicanum* plus quam 15 milliaribus *Româ* diſtet. Hoc itaque oppidum multis variiſque bellis à *Marcio Coriolano*, à *Gallis* deindè, *Tito Æmilio Mamercino*, *Q. Publio Philone* Coss. aliiſque exagitatum, tandem à *Camillo* Dictatore ſcalis appoſitis, unà cum *Tyburtinorum Præneſtinorumque* auxiliaribus copiis expugnatum fuit, uti ex *Fragmento* quodam *Faſtorum Conſularium* triumphorumque à Ducibus Romanis actorum, quod etiamnum in capitolio exſtat, diſcimus, ubi ſic legitur:

Pedum expugnatum.

L. FURIUS SP. F. M. N.
CAMILLUS COS. DE PEDANEIS ET TIBURTIBUS AN. CDIV.

Scaptiam non procul à *Pedo* diſſitum, antiqui *Latii* à *Feſto* & *Plinio* celebratum oppidum, eo in loco ponimus, quo hodiè *Villa Strozziorum* vulgò *Longhezza*, proxima *Anieni* cernitur, quatuor à *Pedo* milliaribus diſſitum. Nam uti Plinius aſſerit, *Scaptia* tribus à nomine urbis *Scaptiæ* appellata, quam *Pedani* inhabitabant. In ſuburbano itaque *Pedi* agro conſtitiſſe, clarè patet.

Scaptia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Pupinia. *Pupinia oppidum*, ſive *Pupinienſis ager*, cujus frequens apud Authores mentio fit. In hoc *Decium* conſulem ex *Hetruria* trajecto *Tybri* & *Aniene*, ad rebellium *Hetruſcorum* contra *Romam* machinas infringendas, conſediſſe ſcribit *Livius*: *Hannibalem* quoque ex *Hernicorum agro* in *Lavicanum*, & hinc *Tuſculanum Gabiorumque agrum* diſcedentem, in *Agro* Pupinienſi, octo millium paſſuum à *Roma* intervallo, caſtra poſuiſſe tradit; ex quibus clarè patet, hunc agrum ejuſque oppidum alio loco conditum non fuiſſe, quàm eo in loco, ubi hodiè T*uſculum* euntibus, hoſpitium medio *Romam* inter T*uſculumque* intervallo ſitum eſt, & vicinæ ruinæ urbis haud exiguæ etiamnum oſtendunt; quamvis has ruinas veteris *Pupiniæ* minimè eſſe putem; ſed *urbis* Lucullanæ à poſteris conditæ, & poſteà tempore *Friderici Barbaroſſæ* deſtructæ, parietinas conſultius aſſeram: hoc enim oppidum, quod hodiè *6* mill: paſſuum *Româ* diſtat, olim octo, milliaribus hodiernis minoribus, diſtitiſſe ex L*ivio* paulò ante citato collegimus; cum prætereà *Plinius* id circa T*uſculum*, id eſt, non procul indè remotum aſſerat, maximè noſtram opinionem confirmat, id inter *Viam* Latinam & L*avicanam* ſitum fuiſſe; indicioque haud obſcuro eſt, macilenta agri hujus uti olim ita hodiè, ob tophaceam, qua obtegitur, glebam ſterileſcentis conſtitutio. Nam uti *Varro* refert; In *Pupinienſi agro* neque arbores prolixas, neque vites feraces, neque ſtramenta videri craſſa poſſe, neque ficum: quin & plantas, & arbores pleraſque, & prata retorrida & muſcoſſa eſſe; quæ ſtabilit *Columella l.* 8, *c.* 4, M. *Attilium Regulum Carthaginenſium* Domitorem *Pupiniæ* peſtilentis ſimul & exilis agri cultorem fuiſſe, ut proindè *Valerio* Maximo referente Attilius demortuo villico, alium ſibi ſubmitti à ſenatu petierit, ne deſerto agro, omne quoque ad alendam familiam ſuam ſubſidium deficeret. De cæteris oppidis Latii ad radices *montium*

Pupiniæ olim ſitus.

Præneſtinorum inter *Tybur* & *Præneſten* ſuo loco dicetur. Porrò à *Tuſculo* progredientibus *via Latina*, primò, uti ſuprà diximus cum de *Tuſculano agro* tractaremus, proxima occurrit *Roboraria*: hodiè locus eſt, vulgò *la Molara*, cujus rudera in colliculo adhuc videntur. Sequitur deindè *via Latina Algidus mons* unà cum oppido infra poſito: hodiè locum hoſpitium occupat, vulgò *l' Oſteria*, tribus milliaribus ultra *Roborariam*, *Dianæ templo* celebre. Sequitur poſteà *Corbio Æquorum* oppidum, *Algido Hortonæque* confœderatum, quæ egregiè ſeſe ſemper contra *Romanos* geſſerunt, donec tandem, *Dionyſio Livioque* teſte, ab *Horatio Pulvillo* Dictatore capta dirutaque fuere, anno Urb: Cond: 258. Ultra verò *Algidum* fuiſſe ſitum, ex dictis Authoribus patet: per hoc enim aditus patebat in *Algidum*. Dico itaque veriſimile eſſe, hoc eodem loco fuiſſe, ubi hodiè oppidum ſpectatur, vulgò *Monfortino*, *Burgheſiorum* juriſdictioni ſubditum: hoc enim vicinum fuit *Algido*, ab hoc non niſi tribus aut quatuor milliaribus diſſitum.

Roboraria.

Corbio.

Vitelliæ quoque & *Hortonæ* apud dictos Authores frequens fit mentio, quæ haud dubiè *Algido* & *Corbioni* vicina fuit, *Labicos* inter & *Corbionem* poſita; hanc *Marcium Coriolanum Dionyſio* teſte cepiſſe, *Livius* author eſt, quem & menſtruo ſpatio ſeptem oppidis potitum citatus jam *Dionyſius* refert; *Hortonam* verò magis à *Vitellia* verſus *montes Præneſtinos* declinaſſe colligitur. Sed hæc in mappa apertius explicantur. *Bolam* quoque oppidum *Æquorum* hîc vicinum fuiſſe, quod *Poſthumus* tandem magnis cladibus ſuorum cepit, inter *Præneſten* & *Labicos* ſitum. Sed hæc & alia pleraque oppida à *Livio*, *Dionyſio*, & Plinio memorata, jam eorum ætate nullo relicto veſtigio interierant. Atque hæc de mediterraneis oppidis *Latii* priſci ſufficiant.

Vitellia & Hortona.

Bola.

Atque hæc ſunt ferè loca priſci *Latii* à *Tybure Circejum* uſque nonnullius apud

Antiquorum Latii *Populorum ſedes incognitæ.*

apud Scriptores celebritatis; in quo & à *Plinio* recenſentur poſt dictos populos alii complurium oppidorum, quæ neque ab aliis referuntur Authoribus, neq; ubi, aut quo loco conſtiterint, ſciri poteſt. Sunt autem ſequentia nomina:

Bitulum,	*Cuſuetani,*	*Octulani,*
Tifata,	*Foretii,*	*Querquetulani,*
Amiternum,	*Hortenſes,*	*Siſolenſes,*
Acienſes,	*Manates,*	*Tutienſes,*
Abolani,	*Macrales,*	*Vrnitellarii,*
Bubetani,	*Mutucomenſes,*	*Velienſes,*
		Venetulani.

Adeòque concludit *Plinius*, ex antiquo *Latio* 53 populos ſine ullis relictis veſtigiis interiiſſe, nec ſuo tempore ulli eorum ſitum cognitum fuiſſe.

Cauſæ, ob quas ſine ullo ſui veſtigio plurima loca vetuſtate ſepulta lateant.

Quæri itaque non immeritò poteſt, cur vel quomodò adeò perierint, ut nè veſtigium ſui relinquerent? Illi reſpondeo, id multiplices ob cauſas accidiſſe. *Primò* ob bellorum civilium ſævitiem, qua uti nulli rei parcitur, ita igne & gladio omnia paulatim conſumpta fuerunt. *Secundò*, quia incolæ inter continuas bellorum moleſtias exagitati, cum quietem tutamque vitam ſe degere poſſe non viderent, relictis oppidis aliò ſe tranſtulerunt, vel ab ipſis *Romanis Romam* abducti ibidem habitare permiſſi ſunt, uti de *Albanis, Lanuvinis, Pedanis*, aliiſque ſuprà diximus. *Tertiò*, ob frequentiam peſtilentiæ, quæ nullo non tempore *Latium* graviſſimè ad internecionem uſque vexavit, qua urbes & oppida viduata, homines paulatim ſibi ipſis in ultimum interitum viam ſtravêre. Succeſſit hiſce non habitatis peſtilens & gravis aër, quo oppidorum ager oppreſſus, poſteris omnem ſpem eorum incolendorum ademit, uti ſuprà de locis maximè maritimis, *Ardea, Laurento, Lavinio, Oſtia* aliiſque diximus. Atque hæc ratio eſt, cur habitari ceſſârint. Quod verò ſine veſtigiis interierint, mirum alicui videri poſſet; ſed qui norit, quantas tempus edax rerum mutationes inducat, is non adeò mirabitur: eſt enim ita natura comparatum ingentibus molibus fabricarum, ut ſucceſſu temporis ita mole ſua ſubſideant, ut non dicam centum annorum ſpatio, ſed decennio quicquam amplius appareat, molibus pondere ſuo terrenas glebas extrudentibus, uti in *Obeliſcis Romanis* patuit, qui ab ultima eorum ruina ſub *Gothis* facta uſque ad *Sixtum V*, Pont: Max: 24 palmorum profunditate ſubſiderant. Accidit hiſce, quod pluviis, imbribuſque, agrorumque inundationibus madefacta rudera, arenis lutoque invecto muſcum paulatim progenerent, deindè herbas, poſteà etiam varios frutices, virgultaque producant: quorum radicibus paulatim incraſſeſcentibus inſtar cuneorum, ſaxa parietina in minutiores ſemper minutioreſq; partes diffindant, ac proindè ſucceſſu temporis facilè integantur, aliundè advectis glebis; rurſum cum quotannis foliis cadentibus nova terrenarum quiſquiliarũ ſoboles naſcatur, certum eſt, horum incremento multorum annorum ſpatio terram adeò attolli, ut vix mòles ruderum amplius appareant, quod quotidiana me experientia docuit, in pleriſque tum *Romæ*, tum in ſuburbanis oppidorum ruinis; in quocunque enim loco paulò profundiùs terram effoderis, ſtatim, nõ modò rudera, ſed & integras habitationes reperies. Sed de hiſce alibi fuſiùs.

Temporũ, tempeſtatumque edacitas.

Volſco-rum oppida.

Volſcorum oppida fuêre, *Satricum, Corioli, Longula, Polluſca*; ab *Æquis* occupata, in meditullio *Latii* ſita, de quibus in præcedentibus; duo verò oppida *Vorrugo* & *Echetra*; hæc in *Hernicorum agro* inter *Ferentinum* & *Signiam* in montibus conſtitit: illa huic proxima, *Antena Volſcorum* oppidum pariter in montibus. De reliquis oppidis *Volſcorum* ampliſſime in *Agri Pomtini* deſcriptione agetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

CAPUT III,

De Agro, *ſeu Regione* Hernicorum.

Hernicorum *Etymon ac ſedes.*

HErnici à locis ſcopuloſis ſaxoſiſque, quæ paſſim incolebant, appellationis ſuæ etymon ſortiti ſunt: eſt enim juxta linguam *Marſorum Hernia* nil aliud, quàm ſaxum; quamvis alii dicant, hoc nomen habuiſſe à Capitano quodam *Pelaſgorum* nomine *Hernico;* & quamvis hi populi inter veteres *Latinos* non fuerint computati, quia tamen ſtatim à principio jugo *Romanorum* ſubditi fuerunt, *Latio* latè ſumpto jure belli acceſſerunt; comprehenditque omnes illos populos, qui *Præneſtinorum Albanorumque montium* dorſo utrimque ad *Lirim* uſque fluvium inhabitabant; quos inter populos præcipuè celebres fuerunt *Anagnini*, *Ferentini*, *Fruſinates*, *Verulani*, *Alatrini*, qui multo tempore atrociſſima cum *Romanis* bella geſſerunt, de quibus vide *Livium*, *Dionyſium* alioſque.

Anagnia.

Anagnia non antiquitate minus, quàm rebus geſtis celebre *Hernicorum* oppidum eſt; Virgilius à fertilitate eam commendat, cum dicit:

> Hernica *ſaxa colunt*, *quos dives* Anagnia *paſcit.*

Cui ſubſcribit Silius *l.* 8.

> Quis p. *pinguis ſulcans* Anagnia *glebis.*

Et *l.* 12. *Frugiferis gaudens* Anagnia *glebis.*

M. Antonii *numiſmata.*

Hac in Urbe *M. Antonius*, poſtquam repudiata *Fulvia Auguſti* ſorore *Cleopatram* duxiſſet in uxorem, numiſma ejus honori conſecratum cudit: variis etiam prodigiis apud *Livium* celebris habetur, quem vide; adeò ut non tantùm *Romani Imperii* gliſcente magnificentia, ſummo in honore furit, ſed & decreſcente ea ob præclariſſimorum virorum indè prodeuntium geſta, ingens nullo non tempore famæ celebritatiſque incrementum ſumpſerit. Ex hac enim quatuor orti ſunt ſummi Pontifices: *Innocentius III, Gregorius IX, Alexander IV*, & *Bonifacius VIII. Innocentius* quidem *III*, uti & *Gregorius IX*, ejus nepos, ex nobiliſſima juxta atque antiquiſſima Familia Comitum, vulgò *de Conti*, originem traxerunt. *Gregorius IX* prudentia & literis clarus Decretalium author fuit, quæ ex variis literis & conſtitutionibus Pontificum diverſorum conciliorumque ſententiis conſtituebantur; Apotheoſeos honore affecit Reate *S. Dominicum* ord. Prædicatorum Fundatorem, & *S. Eliſabetham Thuringiæ* principem inter Sanctos relatos. *Alexander IV* Pontifex ſimilibus virtutum ornamentis inſignitur ab Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Scriptoribus. *Bonifacius VIII*, ex nobili *Cajetanorum* Ducum familia, primus Annum Jubilæum anno quovis centeſimo inſtituit ac celebravit anno 1300. quem ritum poſteris mandavit centeſimo quoque anno antiquæ legis imitatione ſervari; Sextum Decretalium Librum ope *Divi Magellani* compoſuit; tandem à ſuis propriis concivibus *Anagniæ* patria ſua captus conſignatuſque in manus *Sciarræ Columnæ* inimici ſui mortalis, *Romamque* redux poſt captivitatem in *Caſtro S. Angeli* fatis ceſſit. Præter complures Cardinales Epiſcopos ſine numero habuit; hodiè quaſi deſerta jacet, & partim peſte, partim civilium cædium truculentia ad nihilum quaſi reducta: cujus cauſam dicere rogati indigenæ reſpondent, ultròque fatentur, poſt actionem indignam, qua *Bonifacium* VIII *Chriſti* Vicarium in manus inimicorum injuſtè tradiderunt, juſto DEI judicio, omni maledictionis genere ſe percuſſos fuiſſe: jam enim annonæ caritate, peſtis pediſſequa, nunc incendiis, modò inteſtinis urbis diſſidiis, ſanguine multorum contaminatis, civitas mirum in modum ad uſque integrarum familiarum exſtir-

Anagnia *virorum illuſtrium patria.*

S. Dominicus & S. Eliſabetha à Gregorio IX, *inter Divos relati.*

Bonifacius VIII *Jubilæi author.*

Pontificii incarcerati mors.

Anagnia *cur propemodum deſerta.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

exſtirpationem afflicta, nunquam in priſtinum dignitatis ſtatum ſe reducere potuit. Undè peccatum Anteceſſorum ſuorum, in *Bonifacium* VIII commiſſum, tantorum malorum cauſam conſiderantes, ut DEUM propitium redderent, à *Clemente* VIII peccati commiſſi abſolutionem petiiſſe, eamque obtinuiſſe dicuntur; ut vel hinc pateat, quantoperè DEUS puniat eos, qui temeraria mente *Chriſto* Domini, ſacerdotibuſque DEO conſecratis, maximè autem Vicario ejus in terris violentas manus imponunt. Certè in nulla hiſtoria legitur, tales vindices DEI manus evaſiſſe.

Nolite tangere unctos meos.

Toſani fluvii mirabilis natura.

Eſt urbi huic vicinus fons à *Plinio* oppidò celebratus, *Toſanus* nomine, cujus fluxus hyberno tempore ſiſtitur, æſtivo, copioſo aquarum profluvio exundat, flumenque efficit, quod in *Lirim* ſe exonerat, de quo de rebus phyſicis *Latii* infrà fuſius agemus.

Ferentinum.

Intervallo verò quinque millium paſſuum *Anagnia*, in colle ſe ſpectandum præbet nobile olim *Hernicorum oppidum Ferentinum*, vulgò *Ferentino*, de quo multis in locis *Strabo, Dionyſius, Livius, Antoninus, Ptolomæus*, tanquam de priſco *Hernicorum oppido* crebram mentionem faciunt. Indigenas primò *Romanorum* jugo *Tullium Hoſtilium* tertium *Romanorum* Regem ſubjeciſſe tradunt ſcriptores, qui tamen jugo excuſſo propriis legibus vivere maluerunt, quàm *Romanorum* civium numero adſcribi.

Portenta, quæ Fruſinone contigerunt.

Sequitur *Ferentinum Fruſino Hernicorum* urbs celebris, gravia bella geſſit cum *Romanis*. In hac *Livio* teſte *l.* 27, prodigioſæ magnitudinis infans natus dicitur; agnus quoque cum capite porcino: poſterioribus verò temporibus, duorum ortu Pontificum magnam famam acquiſivit, ſcilicet *Hormiſtæ* & *Sylverii*. Non procul hinc *Verulæ* in monte fit obvium oppidum, una ex priſcis *Hernicorum urbibus*, paſſim apud Authores veteres celebratum; magnam famam illi peperit *Æneas Philonardus* à *Paulo* III ex Epiſcopo patriæ ſuæ ad Cardinalitiam dignitatem aſſumptus, rerum geſtarum gloriâ clarus, ſummus ſemper Literatorum fautor.

Verulæ.

Caſtrum Fumanum *Carcer* S. Cæleſtini *Papæ, ejuſque vita ac mors.*

Huic vicinum occurrit *Caſtrum Fumanum*, nomen carceris *Cæleſtini* V Pont: Max: qui prius *Petrus Maronus* appellabatur, meruit; hic ex Eremitica vita, quam in *monte Maiella* ſanctitate plenam agebat, *Peruſiis* à duodecim Cardinalibus in Conclavi, ad Pontificatum *Caroli IV* Regis *Neapolitani* favore, aſſumptus, *Aquilæ* mitræ ſolennia obivit, ubi rei novæ miraculo ducenta ferè hominum millia ſpectatum convenêre; ſed vir optimus & ſanctiſſimus magis ſolitudini natus, quàm rebus agendis, à *Benedicto Cajetano* Cardinale perſuaſus, qui poſteà *Bonifacius* VIII, ejuſque ſucceſſor fuit, ſeſe Pontificatu menſe ſexto *Neapoli* abdicavit; verùm cum poſteà etiam totum ferè mundum ſanctitatis opinione motum poſt ſe traheret; Pontifex *Bonifacius* Schiſma prævertens, captum in cuſtodiam *Fumani* intruſit, ubi ſanctiſſimè obiit; *Clemens* verò *V* eundem ob merita, ſummamque vitæ ſanctitatem ac patientiæ incredibile documentum, in ſanctorum numerum *Lugduni* retulit.

Alatrium.

Alatrium hinc tenditur antiquiſſimum *Hernicorum oppidum*, monti impoſitum; de quo, cum confœderati eſſent *Anagninis, Ferentinis, Fruſinatibus, Verulanis*, & *Alatrenſibus* contra *Romanos*, frequentem mentionem faciunt ſupracitati Authores. Ex altera verò montium *Tuſculanorum* catena in *Hernicorum* agrum longè extenſa, occurrit primùm à *Tuſculo* oppidum *Monfortinum*, quod nos veterem *Corbionem* ſuprà diximus; hoc ſequitur *Signia* quondam celeberrima urbs, & hodiè etiamnum Epiſcopatu illuſtris; quam ortu ſuo ſummè illuſtravit *Vitalianus* Pont:Max: Cantus Romanæ Eccleſiæ organorumque inſtitutor; Item *Laurentius Grana* Epiſcopus hujus loci, omni virtutum genere clarus, orator ſui temporis facilè primus, adeòque

Monfortinum.

Signia *patria* Vitaliani *Pontif. qui primus Pſalmodiam inſtituit.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Memoria ſtupenda Laurentii Granæ.

Vinum Signinum laudabile.

tenaci memoria præditus, ut quicquid legiſſet, id ex memoria depromptum iiſdem verbis referret. Vinum quoque *Signinum* multum celebrari à *Strabone* & *Plinio* legimus, vi adſtringente cumprimis præditum: undè Martialis:

Potabis liquidum Signina *morantia ventrem*
Ne nimium ſiſtant, ſit tibi parca ſitis.

Atque hæc de *Hernicis* pauca ſufficiant.

LATII

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

CIVITATIS TYBURI

NOTABILIORA QUAE IN HAC DELINEATIONE CONTINENTUR.

1. Anio Fluuius.
2. Ciuitatis mœnia.
3. Porta S. Ioannis.
4. Turres quatuor ad cuſto diam.
8. Eccleſia S. Mariæ de Pōte & Hoſpit.le
9. Baratrum, os Inferi uocatum. la Caſcata.
10. Domus Sybillæ Tyburtinæ.
11. Pons S. Mariæ.
12. Eccleſia S. Mariæ.
13. Eccleſia S. Pauli
14. Eccleſia Catre dalis S. Laurenty cum palatio Epiſcopi.
15. Eccleſia S. Mariæ de Carmine.
16. Eccleſia S. Silueſtri.
17. Eccleſia S. Petri.
18. Eccleſia S. Aññuntiatæ & Hoſpitale.
19. Eccleſia S. Franiſci.
20. Eccle.a Nominis Ieſu, & S. Symphoroſæ. ſiue Coll. Soc. Ieſu.
21. Eccleſia S. Blaſy.
22. Eccleſia S. Andreæ.
* 22. Eccleſia S. Leonardi.
23. Domus Aeſtenſium Familiæ.
24. Domus Cœſium Familiæ.
25. Aquæ ductus ex Anienis aqua.
26. Fontes ex aqua Reuelleſia.
27. Eccleſia S. Mariæ Angelorum.
28. Eccleſia S. Ioannis & Hoſpitale.
29. Eccleſia S. Valery.
30. Eccleſia S. Georgi.
31. Monaſterium S. Claræ.
32. Monaſterium S. Heliſabettæ.
33. Palatium Magiſtratus.
34. Horti Eſtenſes.
35. Villæ Mecęnatis rudera.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

LATII PRISCI

LIBER III,

De Antiquitate TYBURTINÆ URBIS, & ſumma veteris magnificentiæ, quæ in villarum ruderibus adhuc in toto Territorio deteguntur, varietate, & multitudine.

PRÆFATIO.

INter cæteras *Priſci* Latii *urbes, quas multorum annorum curriculis, ſummo ſtudio explorare contendi, nullam certè, in qua tot ac tanta veteris magnificentiæ indicia ſpectanda ſe offerunt, quàm in* Urbe Tyburtina, *me offendiſſe fateor, ut proindè eam paulò ampliùs diffuſiùſque, quàm cœteras, hoc loco deſcribendam cenſuerim. Sive enim ejus antiquitatem, quâ* Romam *conditam* 461 *annis,* Dionyſio *teſte ſuperat; ſive loci ad relaxandos animos potentium à ſeculo virorum ſpectemus, reperiemus, nullum ferè ex Regibus, Conſulibus, Cæſaribuſque Romanis fuiſſe, qui non, ſi quandoque ab ingentium curarum ſollicitudinibus, negotiorumque Imperii mole, diverticula quærerent, illa* Tybure, *veluti in opportuno loco, & amœnitate conferto conſtitueret. Sed ut rei veritas luculentiùs pateat, de ſingulis ordine, ab ejuſdem primæva origine, uſque ad ultima præſentis ſeculi tempora dicemus. Valete* Tyburtini *& plaudite.*

PARS

PARS I.

CAPUT I.

De Origine Urbis Tyburtinæ.

COnſtat teſte *Dionyſio Halicarnaſſeo*, Gentem αὐτόχθονα, παλαιώτατων, id eſt, *primævos* poſt diluvium homines *Priſcum Latium* incoluiſſe, quos nos *Ianigenas*, Græci Scriptores, *Sicanos* appellant, corrupto utique ex lingua Chaldaica, qua priſci mortalium homines poſt diluvium, dum in varias mundi oras, ad novas colonias fundandas diſperſi, adhuc utebantur, de- *Sicanorum Etymon Hebræum.* rivato vocabulo. Siquidem סגני *Segani*, à quo *Sicani* vox non multum abludit, in *Chaldæo* idem eſt, ac populorum Ductores, uti in operis hujus principio, & *Hetruria* noſtra quàm ampliſſimè deduximus. Hi *Sicani* in *Latio* priſco poſt multiplices viarum errores, in *Tyburtino colle*, ſive aquarum abundantia, ſive uberrimi agri *Sicilium.* fertilitate allecti, oppido, quod *Sicilium* vocabant, exſtructo conſtiterunt. Ita Dionyſ. παρ' οἷς ἔτι καὶ εἰς τόδε χρόνου μέρος τι τῆς πόλεως ὀνομάζεται Σικελιῶν. Et quod oppidum hodiè *Siciliano* dicitur, pariter ab iis conditum fuiſſe, complures Authores haud incongruâ conjecturâ aſſerunt. Hi *Sicani* itaque in pace & tranquillitate bonis terræ fruentes, derepentè à *Pelaſgis*, qui unà cum *Aboriginibus* in *Reatino Agro* recens ex *Græcia* profugis ſedem ſuam conſtituerant, violentia armorum invaſi, paucis exceptis, toto *Latio* cedere *Trinacria.* coacti, in *Trinacriam*, quæ poſteà ab iis *Sicania* dicta fuit, ſeſe contulerunt. De quibus quia in prima hujus operis parte uberiùs diſſeruimus, eo Lectorem remitto.

Novæ populorum Coloniæ. Haud multò poſt alia *Græcorum* claſſis in eam *Italiæ* partem appulit, uti *Dionyſius* ait, ſexaginta ferè annis ante bellum Trojanum, profecta à *Pallantio* Urbe *Arcadiæ*. Eam Coloniam deduxit *Euander*, *Mercurii* & *Themidis*, quam & *Romani Carmentam* vocabant, filius: claſſem ducebat *Catillus Amphiarai* filius. Hi ex *Ionii Maris* portu, ad quem appulerant, per longas viarum ambages, tandem in *Latio*, ad collem, quem à *Pallantio Arcadiæ* urbe, *Pallantium*, *Latini* poſteà *Palatinum montem*, prima *Romanæ Vrbis* incunabula, dixerunt, conſtiterunt. Hinc *Catillus* caſtra ſua movens, ad 16 lapidem verſus montem, ibidem cum *Aboriginibus*, & paucis *Sicanorum* reliquiis degens, tres filios procreavit, *Tyburtum Catillum*, & *Coracen*, qui congruam ætatem nacti unà ibidem civitatem condidere, quam à majoris fratris nomine *Tyburto*, *Tyburtum* nominarunt. *Corax* *Tyburti conditores.* verò & *Catillus* relictâ curâ civitatis conditæ, aliis intenti, *Coram* in *Volſcorum* Regione condidit; ita Solinus c. 8. Tybur Catillus *condidit præfectus Claſſis* Euandreæ; Catillus *enim* Amphiarai *filius*, *poſt prodigioſum patris apud* Thebas *interitum*, Oeclei *avi juſſu tres liberos in* Italia *procreavit*, Tyburtum, Coram, Catillum, *qui depulſis ex oppido* Siciliæ *veteribus* Sicanis *à nomine* Tyburti *fratris natu maximi urbem vocarunt*. Contigerunt hæc triginta annis poſt adventum *Catilli Majoris* in *Latium* cum *Evandro*, totidemque annis ante *Ilii* excidium, quemadmodum ex *Tyburti Antiquitas Chronologice oſtenditur.* prædictis patet. *Tybur* igitur nomen ſuum obtinuit 460 annis, ſive quod idem eſt, 17 ætatibus ante bellum Trojanum, dando ſingulis ætatibus, juxta mentem *Dionyſii* 27 annos. Nam *Catillum* in *Latium* veniſſe 60 ann. ante bellum Trojanum, ſuprà oſtendimus: *Roma* verò condita poſt *Ilium* expugnatum 432 annos computat; teſte *Dionyſio*. Poſt *Ilium* captum 432 annos

Albani

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Albani Romuli & *Remi* ductu coloniam miſerunt *Romam* anno 1 Olymp. 7. A *Trojæ* verò excidio uſque ad 1 Olymp. numerantur 406 anni, quibus juncti 30, qui à 1 Olympiade ad 7 uſque effluxerunt, idem annorum ſpatium prodit 437. hiſce ſi junxeris 60 annos ante *Trojæ* expugnationem, habebis ſummam annorum 467 ante fundationem *Romæ*, quo hæc facta ſunt, anno videlicet 3736 poſt Creationem Mundi, qui incidit in annos *Iairi* Judicis de Tribu *Manaſſe*, juxta *Euſebii* computum, & ann. 1213 ante *Chriſtum*. Verùm ut hic annorum computus, qui mirum in modum inter Authores diſcrepat, decidatur; ſciendum eſt, varias ex *Græcia* in *Italiam* fuiſſe expeditiones, quæ tamen omnes ab uno *Pelaſgo* originem ſuam trahunt, quem & ego alium non fuiſſe dico, quàm ex *Phalec Hebri* filio, cujus copioſa progenies poſt turris linguarumque confuſionem in vicinam Peninſulam, quam poſteri *Peloponneſum* appellarunt, novas fundatura colonias, penetravit, in qua ex dicta *Phaleci* progenie, *Pelaſgus* nomen proavi ſui retinens *Phalagicam* fundavit gentem; hoc pacto, quo Dionyſius refert, phelaſgus *primus* Peloponneſi *Dux & habitator, filium habuit nomine* Lycaonem, *& hic duos filios, quorum prior & natu major* Nyctrinus *paternum imperium adminiſtravit; alter nomine* Oenotros *relicto fratri imperio primus in* Italiam *expeditionem movit, undè & ab eo* Oenotria *dicta fuit. Poſt centum circiter & 86 annos* Pelaſgi *ex* Peloponneſo *pulſi in* Theſſaliam *&* Hæmoniam *conceſſerunt, ibidemque per quinque ætates commorati per* Lelegas *denuò abacti, expeditione in* Italiam *mota primùm ad oſtium* Padi *conſtiterunt; deindè iter ſuum, quo eos fortuna ferebat, proſecuti, per* Umbros *in* Reatinum Agrum *conceſſerunt, ubi* Aboriginibus, *qui & ipſi à* Janigenis *orti, ſe* conjungentes, unanimi conſpiratione Siculos, quos & Sicanos *appellant, qui toti* Sabinorum *&* Latio *ultra citraque* Anienem *dominabantur, adorti eos ſedibus ſuis pulſos exulare coëgerunt. Hiſce igitur poſteà in ſecunda expeditione* Græcorum Arcadica Catillus, *recens ex* Græcia Evandreæ *Claſſis præfectus, ſe conjungens, ibidem tres filios genuit,* Tyburtum, Coracem, *&* Catillum, *qui novam in colle ad* Anienem *civitatem condiderant, eandem à majori natu fratre* Tyburte *appellantes.*

Authorum diſconvenientia.

Græcorū *expeditiones in* Italiam.

Coloniæ à Phalec Hebri *filio deductæ.*

Viciſſitudines quas ſubivit Italia *à novis noviſque ſemper colonis.*

CAPUT II,

De Catilli Domus *origine.*

Oedipus Laji *filius.*

REx *Thebarum Lajus* Regni felicitate gaudens, dum liberos non haberet, eorundem percitus deſiderio, Oraculum conſuluit, quod reſpondit, melius eſſe, ipſum liberos non habere. Accidit tamen, ut poſteà *Lajo* naſceretur filius, qui, uti dixerat Oraculum, veritus ſiniſtram filii ſortem, eum perforatis pedibus expoſitum Campis ad interitum relinquebat; innocentis tamen pueri commiſeratione tactus, eum ex Campis ablatum fœminæ cuipiam *Polybiæ* enutriendum commiſit, quæ eum à foratis pedibus *Oedipum* nominabat. Poſt complures itaque annos *Lajus* ingenti concitabatur deſiderio cognoſcendi, quid de filio ageretur: eodem ardebat deſiderio *Oedipus* jam adultior factus, ut quid de *Lajo* patre gereretur, intelligeret. Undè uterque utrique ignotus, *Lajus* pater de filii *Oedipi*, hic de patris *Laïi* ſtatu conſulturus Oraculum, itineri ſe accingit. Accidit autem, ut inter angiportum montis ſibi invicem obvii, dum neuter alteri cedere vellet, exortâ rixâ, ubi ad arma perventum eſt, infelix *Lajus* proprii filii manu trucidatus occubuerit, Regno ſine ſucceſſore relicto. Habebat Rex *Lajus* uxorem

Laji Oedipique *hiſtoria.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Iocaſtam nomine, *Oedipi* matrem, quæ cum audiſſet, *Oedipum* quendam Ænigma perarduum à *Sphynge* ſibi propoſitum miro ſucceſſu ſolviſſe, adeòque complures viatores à morte, quam *Sphynx* Ænigmata à ſe propoſita non ſoluturis intentabat, liberaſſe; *Oedipum*, in tanti beneficii recognitionem, matrimonio ſibi connexuit; neſcio *Oedipo Iocaſtam* matrem ſuam eſſe, neſciâ *Iocaſtâ Oedipum* filium ſuum eſſe. Cognita tandem ex variis caſibus ſanguinis affinitate, adeò *Oedipum* ſuſcepti matrimonii puduit, ut renunciato humani generis conſortio, voluntario ſeſe exilio, relicto *Etheocli*, & *Polynici*, filiis ſuis, ex *Iocaſta* procreatis, jam adultis, regno damnârit. *Etheocles* inito inter fratres pacto, ut annua regnatione peracta alter ſuccederet, *Regni Thebani* gubernacula adiit. Sed cum anno jam elapſo, dulci regnandi veneno illectus, cedere nollet; *Adraſtus* Rex *Argi*, de injuria *Polynici* genero ſuo in pacti violatione commiſſa certior factus, ira ſuccenſus, *Etheocli* bellum movet, ſelectis in hunc finem *Hippomedonte* & *Parthenopæo* ducibus fortiſſimis. Sed enim cũ videret, ſine *Amphiarao*, ſanguinis affinitate cojuncto, acceptum molimen deſideratum ſucceſſum ſortiri non poſſe, illum ad conſortium belli invitavit. Hic ab oraculo, (Thebas *ne adiret, in ea* verò *enim ſibi moriendum eſſe*) monitus, ſeſe clandeſtinâ fugâ ſubduxit, nemine præter *Eriphylen* uxorem *Amphiarai*, & Sororem *Adraſti*, ubinam locorum eſſet, conſcio. *Eriphyle* uxor *Polynici*, oblatâ ſibi ab *Argia*, filia *Adraſti*, aureâ catenâ evicta, latebras *Amphiarai* mariti ſui detexit, & mox ad belli *Thebani* molem ſuâ authoritate ſuſtinendam, quà precibus, quà minis adactus, aureo curru inſidens, dum fortiſſimè pugnaret, en horrendum dictu, fatiſcente terra, vaſta voragine unà cum curru abſorptus nunquam comparuit, interfectis in eodem bello *Etheocle* & *Polynice*, cœteriſque Principibus confœderatis. Habebat *Amphiaraus* duos filios, *Alcmæonem*, & *Catillum*. Ille *Apollinis* conſilio ſupremum adeptus *Argivorum* dominium, tanto *Thebas* impetu, tanta armatæ manus violentia invaſit, ut tandem omnibus devictis trucidatiſque, ingenti quoque prædâ ſpoliiſque onuſtus, eam in ultimam exterminii ruinam deduxerit, *Eriphylen* quoque matrem ſuam, eò quod *Amphiaraum* in latebris abſconditum detexiſſet, in commiſſi ſceleris vindictam, tanquam unicam mortis inauditæ cauſam, nullâ maternorum viſcerum commiſeratione commotus, è medio ſuſtulit. Tandem & ipſe *Alcmæon*, ſive æſtuantis vehementius ex furore cerebri inflammatione, ſive ex impiè patrati matricidii immanitate perturbatus, in amentiam lapſus, miſerabili fine vitam ſuam concluſit. *Oecleus* itaque *Amphiaraum* filium terræ abſorptum voragine, *Eriphylen* nurum ſuam à proprio filio confectam; *Alcmæonem* matricidam, nepotem mente inſuper captum, univerſæ domus ſuæ ſtirpem, novercantis fortunæ inclementia penitus deſtructam, *Catillum* natu minorem *Amphiarai* filium ſolemni ſacrificio Diis conſecratum voto quoque, de patria oppidò iis infortunata relinquenda, obſtrinxit: undè poſteà hoc pacto conſecrati, nomen apud poſteros meruêre, ſacræ juventutis, uti rectè *Dionyſius*: ἱερά τις αὕτη νεότης καθοσιωθεῖσα θεοῖς, κατὰ τὸν ἐπιχώριον νόμον ὑπὸ τῶν πατέρων ἀποσαλεῦσαι λέγεται, οἰκήσουσα τὴν ἀπὸ τοῦ δαίμονος σφίσι δοθησομένην. (*Hi fuerunt quædam Diis ſacra Iuventus patrio ritu à parentibus miſſa ad incolendas, quas fortuna datura erat, ſedes.* *Catillus* itaque *Amphiarai* filius *Oeclei* avi juſſu, uti *Solinus* ait, poſt prodigioſum patris apud *Thebas* interitum, cum omni fœtu, ver ſacrum miſſus, relictis omnibus fortunæ patriæ bonis, ſeſe *Evandro Mercurii* filio junxit, qui ob civilium in *Arcadia* ſeditionum exortos turbines, comparata valida claſſe averſans patriam ad alias

Sphynx *Ænigmatica.*

Oedipi *familia ſceleribus innata.*

Etheoclis & Polinicis *hiſtoria.*

Amphiarai *hiſtoria.*

Continuata ſcelerum ſeries in Oedipi *familia.*

Oeclei *hiſtoria.*

Coloniarum *origo.*

Thebanorum *expeditio.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

alias colonias detegendas jam in procinctu erat; qui & *Catillum* ætate florentem inſigni corporis robore & haud diſpari animi magnitudine præditum, jam abiturientis claſſis præfectum conſtituit. μετὰ δὲ οὐ πολὺν χρόνον στόλος ἄλλος ἑλληνικὸς εἰς ταῦτα τὰ χωρία τῆς Ἰταλίας κατάγεται, ἑξηκοστῷ μάλιστα ἔτει πρότερον τῶν Τρωϊκῶν, ὡς αὐτοὶ Ῥωμαῖοι λέγουσιν, ἐκ Παλαντίου πόλεως Ἀρκαδικῆς ἀναστάς. ἡγεῖτο δὲ τῆς ἀποικίας Εὔανδρος Ἑρμοῦ λεγόμενος. *Haud multò poſt alia claſſis* Græcorum *in eam* Italiæ *partem appulit,* 60 *fermè annis ante bellum* Trojanum, *ut ipſi* Romani *tradunt*, *profecta à* Pallantio *urbe* Arcadiæ. *Eam coloniam deduxit* Evander *filius* Mercurii. Claſſis verò *Evandreæ, Solino* teſte, præfectus erat *Catillus*. Græcorum *in* Italiam *adventus*.

CAPUT III,

De Evandri *colonia in* Aborigenum *Terram, quod* Latium *dicebatur, deducta, & inde per* Catillum *in* Tyburtinum Collem.

Saturniæ Etymon.

IN prima hujus Libri parte oſtenſum fuit, uti & in noſtra *Hetruria, Ianum* primum *Latii* poſſeſſorem, poſtmodum *Saturnum Iovis* fugientem inſidias, advenam hoſpitio excepiſſe; qui defuncto *Iano* ſucceſſor Regni, ob ingentia in humanum genus præſtita merita, in Deorum numerum relatus, *Latium Saturniam Terram* dici voluit; de qua certiores facti *Pelaſgi*, illuc cum valida expeditione, ubi tantorum bonorum abundantia foret, Oraculi monitu, conceſſerunt, quod hujuſmodi fuit:

Στείγετε μαιόμενοι Σικελῶν Σα-
τουρνίαν αἶαν,
Ἠδ' Ἀβοριγινέων κοτύλην, οὗ νᾶσος
ὀχεῖται.
Οἷς ἀναμιχθέντες δεκάτην ἐκ-
πέμψατε Φοίβῳ.
Καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ καὶ τῷ πατρὶ
πέμπετε φῶτα.

Pergite quærentes Siculûm Saturnia
rura,
Atque Aborigeniam Cotylen, *ubi ſe*
inſula vectat.
Queis miſti, decimas Clario tranſmitti-
te Phœbo,
Et Diti capita, & tranſmittite lumina
Patri.

Pelaſgi oraculi monitu in Italiam appulſi.

Pelaſgi itaque in *Agrum Reatinum* appulſi, cum *Aboriginibus*, unitis viribus opibuſque, *Siculos* in *Saturnia Terra*, quod & *Latium* dicebatur, dominantes adorti expulerunt. Interim *Evandro* ad *montem Palatinum*, rerum magnarum curæ intento, *Catillus* ad vicinum *Aborigenum collem* excurrens, amœnitate loci allectus, unà cum paucis *Siculis* ibidem ſuperſtitibus communi vita vivens, exiguum primò vicum in ampliorem formam extendit, quem poſteà filii *Tyburtus, Corax, Catillus* in eam, quam jam deſcribemus urbem exſtruxerunt, à majoris natu filio *Tyburte* nomine illi impoſito. ita Virg. Æn. 7.

Evandri ac Catilli molimina.

Tum gemini fratres Tyburtia *mœnia*
linquunt,
Fratris Tyburti *dictam cognomine*
gentem,
Catilluſque, *acerque* Corax, Argiva
juventus.

Summo & peculiari cultu *Ianus* ſub iiſdem temporibus colebatur tum in *Sabinorum*, *Aborigenum* unà cum *Pelaſgis* communi regione, tum potiſſimùm in *Latio*, quæ *Saturnia Terra* tunc temporis dicebatur. Nam uti Trogi Epitomator Juſtinus l. 43. Italiæ, inquit, *Cultores primi* Aborigenes *fuêre, quorum* Rex Saturnus *tantæ juſtitiæ fuiſſe traditur, ut neque ſub ipſo ſervierit quiſquam,* neque

Saturnia Secula.

neque quicquam privatæ rei habuerit, ſed omnia communia & indiviſa omnibus fuerint, veluti unum omnibus patrimonium eſſet; ob cujus exempli memoriam cautum eſt, ut Saturnalibus, exæquato omnium jure, paſſim in conviviis ſervi cum Dominis recumbant. Itaque Italia *à Regis nomine* Saturnia *appellata eſt, & mons, in quo habitabat* Saturnus, *in quo nunc veluti à* Iove *pulſo ſedibus ſuis* Saturno, Capitolium *eſt.* Et confirmat dicta Herodianus l. 1. Νέου μὲν ἔτους σέβουσι τὴν ἑορτὴν Ῥωμαῖοι εἰς θεὸν ἀρχαιότατον τῆς Ἰταλίας ἐπιχώριον ἀναφέροντες. Φασὶ γὰρ αὐτοῦ καὶ Κρόνον ὑπὸ Διὸς ἐκβληθέντα τῆς ἀρχῆς κατελθόντα εἰς τὴν γῆν γενέσθαι ξένον. *Anno ineunte diem* Romani *feſtum agunt ad vetuſtiſſimum* Italiæ *Deum referentes, cujus etiam* Saturnum *ipſum, quum à* Iove *filio regno pulſus in terram deſcendiſſet, fuiſſe hoſpitem prædicant.* Antiquiſſimum Deorum *Ianum* fuiſſe, à quo, *Macrobio* teſte, *Saturnus* exceptus, unà ſummâ concordiâ regnarunt, ac vicina oppida communi opera condiderunt, Marone aſſerente:

> Janiculum *huic*, *illi fuerat* Saturnia *nomen.*

Et illud quoque in promptu eſt, quod poſteri duos eis continuos menſes dicarint, ut *December* Sacrum *Saturni*, *Ianuarius* alterius vocabulum poſſideret; unde & feſta originem ſuam habuerunt, quæ *Saturnalia* nominavit Macrobius. *Regni ejus tempora feliciſſima feruntur, cum propter rerum copiam, tum etiam, quod nondum quiſquam ſervitio & libertate diſcriminabatur. Saturnus* itaque ob ingentia in humanum genus collata beneficia, ubique per *terram Saturniam*, tum potiſſimùm *Tybure* à *Catillo* templo ei dicato per univerſum *Latium* celeberrimo, quod uſque ad poſteros etiam *Romanos* ſumma ſemper in veneratione fuit habitum, in quo & Theſauros repoſitos fuiſſe, tradit Appianus Civil. bell. c. v. Καῖσαρ δὲ ἐκ τῶν ἱερῶν ἐδανείζετο τὰ χρήματα ἀπό τε Ῥώμης ἐκ τοῦ Καπιτωλίου, καὶ ἀπὸ Ἀντίου, καὶ Λανουβίου, καὶ Νέμους, καὶ Τίβυρος, ἐν αἷς μ. πόλεσι, καθὼς παλαιῶς, οὕτως καὶ νῦν εἰσί θησαυροὶ ἱερῶν δαψιλεῖς. Cæſar è *fanis pecunias mutuò accipiebat, nempè à* Capitolio Romæ, *ab* Antio, Lanuvio, Nemore, Tybure, *in quibus civitatibus uti olim, ita nunc quoque ſunt theſauri grandes ſacrarum pecuniarum.* Imò idipſum ſat ſuperque atteſtatur inſcriptio, quam ex erudito *Franciſco* Martio deprompſimus; & dicitur etiamnum legi in abaco quodam marmoreo, qui hodiè ſpectatur in *Eccleſia S^{ti.} Angeli* extra urbem vulgò *in Piaula*, hujus tenoris:

Delubrum Saturni opulentum.

H. V. V. S.
C. JULIUS C. F.
P. AL. RUFUS
TRIBUNVS MILITUM BIS
FANI CURATOR
V. Q.
AB ÆRARIO SATVRNI.

Vbinam verò hoc *Saturni* Delubrum fuerit, incertum eſt. Nonnulli putant ex *Scriptoribus Tyburtinis*, priſcis *Aborigenum* temporibus, eodem in loco, in quo poſtmodum *Herculis Templum* fuit ædificatum, vel ſaltem ei proximum *Saturni templum* conſtitiſſe. Vnde accidit, ut cum tempore Delubrum hoc *Saturni* cum *Herculis* Authores confuderint. Quicquid ſit, iſtiuſmodi *Saturni Templum*, prout priſcorum temporum conſuetudo ferebat, ædem fuiſſe, rudi, uti dici ſolet, *Minerva* primò exſtructam, veriſimile eſt, quæ & longo annorum ſpatio labefactata, *Herculeo Templo*, eo in loco exſtruendo occaſionem præbuerit. Reſtat modò, ut celebris *Herculis*

Tyburtini Templi originem exponamus.

Herculis Tyburtini Templi origo.

Evander à *Carmenta* matre, de Apotheoſi *Herculi* procuranda oraculo edocta, inſtructus, matris inſtinctibus obſecundans, cum jam dudum deſiderio *Herculem* cognoſcendi flagraret, intellexit tandem, illum ex *Heſperia* quantocyus in *Latium* appulſurum: quod cum paulò poſt accidiſſet, eundem fatidico matris inſtinctu jam multò ante monitum ſummis honoribus in *Palanteo monte* excepiſſe, Author eſt Euſtathius Dionyſii commentator. Εὐάνδρου τὸν Ἡρακλέα ξενίσαντος ἀπὸ τῶν τοῦ Γηρυόνου ἐπανίοντα. Imò juvencum ei primò ab *Evandro* dicatum *Dionyſius* aſſerit; primuſque aras, *Servio* teſte, per univerſum *Latium* cæteros extruere ſuo exemplo compulit; qui deindè recens *Herculis* ab *Evandro* inſtitutus cultus *Catillum* movit, ut & *Tybure Saturni* cultum quo poterat ſtudio promoveret. Vnde & ſumptuoſiſſimum *Templum* ejus honori conſecratum poſteri ejus exſtruxerunt, eo in loco, in quo hodiè eximium *S^ti. Laurentii Templum* Cathedrale, à *Iulio* S. R. E. Cardinale, Epiſcopo Tyburtino, à fundamentis exſtructum cernitur. Fuiſſe autem amplis ſuperbiſque porticibus, quas columnæ vaſtæ ex vario marmore ſuſtentabant, quam excultiſſimum ex eorum reliquiis patet; intra quas *Auguſtum Cæſarem* non dedignatum, ſæpe numerò jus dicere, *Suetonius in ejus vita* commemorat. imò ex *villa Mæcenatis*, quà *Auguſtus Tybure* quandoque ruſticaturus utebatur, per oblongam porticum, cujus etiamnum veſtigia extant, in dictum *Herculis templum* adibus dabatur. Hoc *Templum* circumdabant diverſæ fabricæ domuſque, partim in habitationem miniſtrorum, partim in ſupellectilis ſacræ cuſtodiam deſtinatæ; ibidem quoque ærarium illud, in quo pecuniarius theſaurus in uſum publicum conſervabatur, de quo *Appianus* jam ſuprà citatus. Bibliothecam quoque *Templi* porticibus junctam Aulus Gellius l. 19, c. 5, tradit: *Promit*, inquit, *è Bibliotheca* Tyburti, *quæ tunc in* Herculis Templo *ſatis commodè inſtructa libris erat.* Fuiſſe autem hujuſmodi *Templum* eodem in loco exſtructum, in quo modò *Templum S^ti. Laurentii Martyris* exſtat, docent inſcriptiones, quas eruditus *Franciſcus Martius in ſua Tyburtina Hiſtoria*, dum fundamenta jacerent, inventas fuiſſe, marmoreis abacis inſculptas, tradit. & ſunt ſequentes:

Templi Herculani Situs.

Inſcriptiones Antiquæ teſtes Templi Herculani.

I.
CALVINIÆ
M. SILLANI FIL.
DELICIO
JUNIÆ S. P. F.
TYRANNIDI
VXORI OPTIMÆ
C. ALBIVS LIVILLÆ
L. TYMELVS
HERC.
AVGVST.

II.
D. M.
P. RVSTICELLIVS.
SALTATOR
HERC. VICT. M.

III.
HERCVLI SAXANO
SACRVM
SER. SVLPITIVS
TROPHIMVS ÆDEM
ZOTHECAM CVLINAM

 PECVNIA

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

PECUNIA SUA
A SOLO RESTITVIT
IDEMQVE
DEDICAVIT. K.
DECEMBRIS. L. TVRPILIO
DEXTRO M.
MAECIO RVFO COS.
EVTICIVS
SER.
PERAGENDVM CVRAVIT.

Tybur Herculeum.

Undè & *Tybur* vel ab antiquiſſimis temporibus *Herculeum* dictum fuit, juxta illud Virg.

Herculeaſque *vides antiqui* Tyburis *arces,*
Amphiaraæis *regnata nepotibus arva.*

Fauni cultus Tyburti.

Sed & *Fauni* cultum, quem *Evander Arcadum* more, inſtituerat, in *Territorio Tyburtino* ſummè viguiſſe ſemper, non procul à *Lacu ſulphureo*, quem & *Albuneum* vocabant, unà cum *ſylva* & *fonte ſacro*, quæ *Lacui* adjacebat, juxta illud Virgilii:

At Rex (ſcilicet Latinus) *ſollicitus monſtris, Oracula* Fauni
Fatidici genitoris adit, lucoſque ſub alta
Conſulit Albunea, *nemorum quæ maxima ſacro*
Fonte ſonat, ſævamque exhalat opaca mephitim.

Qui locus tanta in veneratione fuit habitus, ut non eſſet, qui ex toto *Latio* non ad illum conſulendi Oraculi cauſa in neceſſitatibus conſtitutus (qui cœcæ gentilitatis Satanicæ calliditatis technis ſeductæ error erat) concurreret. Nam ut Maro canit:

Hinc Italæ *gentes, omniſque* Oenotria *tellus*
In dubiis reſponſa petunt.

Oraculum Fauni.

Erat autem *Dionyſio* teſte, ſpelunca ſub tumulo magna, denſo querceto contecta, & ſub petris profundi fonticuli, ſolumque rupibus contiguum nemoroſum, & frequentibus proceriſque opacum arboribus, ibi ara dicata Deo more patrio ſacrùm faciebant. & ad hoc Oràculum *Latinum* Regem *Aborigenum, Fauni* & *Martis* filius, dum de filia ſua *Lavinia Turno Rutulorum* Regi in matrimonium locanda deliberaret, concurriſſe, Virgilius narrat, cui & Oraculũ hiſce verbis reſpondiſſe fertur:

Ne pete connubiis natam ſociare Latinis
O mea progenies; thalamis neu crede paratis.
Externi veniunt generi, qui ſanguine noſtrum
Nomen in aſtra ferent, quorumque à ſtirpe nepotes
Omnia ſub pedibus, quà ſol utrumque recurrens
Aſpicit Oceanum, vertique regique videbunt.

CAPUT IV,

De Æneæ *in* Latium *adventu.*

Æneæ in Italiam adventus.

Latinus itaque *Aborigenum* Rex monitu Oraculi perculſus, à matrimonio filiæ, quam *Turno* deſpondere conſtituerat, deſtitit. Intereà temporis *Æneas Anchiſæ* filius unà cum claſſe maritima poſt Trojanum excidium profugus, ad littus *Laurentinum* appulit. *Aborigenes* novitate tam improviſi exterorum appulſûs perterriti ad arma concurrerunt. *Æneas* uti vir erat prudens & facundus, ita poſt conceſſum ad

ad *Latinorum* Regem aditum tam aptè, ac tantâ verborum energiâ locutus eſt, ut Rex non ſolùm exterorum, qui tot laboribus ſeſe ad ſedem firmandam expoſuerant, commiſeratione tangeretur, ſed & inſuper tantâ fretus prudentiâ viri, eum unà ſecum in unionem bellique molem, contra *Rutulorum* violentiam, agitatam aſſumpſerit, datâ quoque ei juxta oraculi monitum *Laviniâ* filia ſua in uxorem. *Latini*, Regem repudiato *Turno* cum *Ænea*, extraneo & incognito viro, affinitatem per deſponſatam ei filiam contraxiſſe, ægrè ferentes, unanimi conſpiratione bellum contra *Æneam* moverunt, *Tybure* ex noviter à ſe exſtructa urbe magna militum copia impigrè concurrente, prout Virgil. canit.

> *Quinque adeò magnæ poſitis incudibus*
> *urbes*
> T*ela moVent*, Atina *potens*, Tiburque
> *ſuperbum.*

Corax & Catillus *belli duces contra Aeneam.*

Copias ducebant in belli molẽ *Tyburti* fratres *Corax* & *Catillus*, viri fortiſſimi, à T*urno* contra confœderatos cum *Latinorum Rege Trojanos* evocati. Virgil.

> T*um gemini fratres* Tyburtia *mœnia*
> *linquunt*,
> *Fratris* Tyburti *dictam cognomine*
> *gentem*
> Catillusque, *acerque* Corax, Argiva
> *juventus.*

Exiſtimatione de horum *Tyburtinorum* fratrum fortitudine minimè defraudatus T*urnus*, dum accenſo jam militum furiis bello,

> Catillus Jollam,
> *Ingentemque animis, ingentem corpore*
> *& armis*
> *Dejicit* Hermonium.

Gigantem, inquam, in quo ſolo *Latini* exercitus robur & nervus poſitus videbatur, & haud dubiè *Rutuli* mediantibu s *Tyburtinis* deſideratâ victoriâ potiti fuiſſent, ſi morte T*urni* & *Latini* Regis fautrix victoriæ ſors in favorem T*rojanorum* non cecidiſſet; undè & T*yburtini* unà cum 30 *Latii* populis, Duce & Rege *Ænea*, *Trojanorum* ſubjugabantur imperio. Atque ab hoc tempore Regum *Albanorum*, quod ſemper ex *Latinis* & T*rojanis*, teſte *Dionyſio* commixtum fuit, inchoatum fuit imperium. Et primò quidem poſt mortem *Latini Æneas* regnavit annos tres, qui in *flumine Numico* ſubmerſus, dum non comparuiſſet amplius, à ſuis inter Deos indigetes relatus fuit. Hoc eodem tempore T*yburtus* rerum geſtarum gloria celebris ultimum vitæ terminum clauſit, à ſuis luco & fonte ejuſdem honori conſecratis inter divos adnumeratus. Id Horatius innuere videtur l. 1, Ode. 7, his verbis:

Regum Albanorum *inchoatum imperium.*

Tyburtus *rerum gloria clarus morte obita inter divos adnumeratur.*

> *Et præceps* Anio, *&* Tyburti *Lu-*
> *cus.*

Aſcanius, *Æneæ* filius, Regni heres, poſtquam regnaſſet 30 annos, fundato jam *Lavinio*, exſtructionis *Albæ Longæ* initium fecit: & quoniam hujus *Albani* Imperii Reges, jam in præcedentibus expoſuimus, hîc eos repetere ſupervacaneum duxi. Sufficit, ex hiſce *Romulum* & *Remum Romanæ urbis* fundatores prodiiſſe. Non dicam hîc de *Cluilio* Rege *Albanorum*, qui tantum Romanæ potentiæ incrementum ægrè ferens, bellum contra T*ullum Hoſtilium*, tertium *Romanorum* Regem, dum indiceret, in ipſius operis auſpicio morte ſublatus, *Metio Suffetio* molimen occeptum in executionem deducendum reliquit. Hic ad terminandum bellum cum *Romanis*, pactis hujuſmodi conditionibus cum T*ullo Hoſtilio* Rege, ut tres fratres *Curiatii Albani*, & totidem tres *Horatii* fratres *Romani* inter ſe de imperii ſumma decertarent, ut qui ex alterutra parte victores forent, alterutrius partis cederent imperio. Victis tandem ad *Clæliam* foſſam *Curiatiis Albanis*, victoria reſtitit apud *Romanos*, ex tribus fratribus *Horatiis* uno ſuperſtite. *Metius Suffetius*, ſucceſſor *Cluilii* Regis *Albani*, minimè tolerandum exiſtimans *Romanorum* ſupra *Albanos* ex victoria obtentum dominium, clandeſtinis intentat artibus denuò bellum contra *Romanos* inſtaurare, adſcitis in hunc finem

Aſcanius Lavinii *fundator.*

Albanorum *cum* Romanis *hoſtilitas.*

Curiatiorum *ac* Horatiorum *pugna.*

Metii Suffetii crudelis mors.

finem *Latinorum* viribus, potiſſimùm *Fidenatium*; ſed detecta *Metii* contra initi pacti conditiones impoſtura, *Tullus* primò *Albam Longam Latinorum* Metropolim funditus everti, *Metium* verò equis infelici ſorte diſcerpi juſſit. Atque hoc pacto *Albanorum* Regnum poſt quingentos ferè annos, quibus inconcuſſum ſteterat, everſum, *Romanorum* dominio acceſſit, unà cum 30 populis *Latii*, quorum ſinguli libertate ſua fruentes per modum reipublicæ ſe gubernabant.

CAPUT V,

De variis Revolutionibus Tyburtinæ urbis *ſub Regibus* & Republica Romana.

Tullus in reliquos omnes Latinos imperium prætendit.

POſt deſtructam *Albam Latinorumque Imperium* Rex *Tullus* ad 30 *Latii* populos confœderatos, quos inter non immeritò *Tyburtini* haud infimum locum tenebant, ſuos mittens Legatos, poſtulabat, ut imperata facerent, quod nimirum ad victores *Romanos* cum aliis *Albanorum* rebus tranſiſſet etiam *Latinæ gentis imperium*; quibus tamen à nulla civitate privatim reſponſum fuit, ſed indicto in *Ferentina* ſacra ſylva *Latinæ gentis* concilio, minimè *Romanis* imperium concedendum decreverunt; ſed unaquæque *Latinorum* urbs ſuæ libertatis vindex, meliori quo poterat modo ſub conſtituto Magiſtratu ſe gubernabat. Quo decreto *Tullus* exacerbatus, confeſtim iis bellum movit, egregiè ſe *Latinis urbibus* contra intentatam violentiam defendentibus. *Tyburtini* uti *Romæ* viciniores, ita quoque ſub *Tullo*, poſt ſub *Anco Martio*, *Tarquinio Priſco* ter pace initâ, mox eadem rupta denuò, unitis cum cæteris *Latinis*, *Sabinis*, *Hetruſciſque* viribus, tam diù bellorum molem ſuſtinuerunt, donec *Tarquinii Priſci* potentia devicti, faſcibus *Romanorum* tandem ſe ſubjecerint.

Latini Romanis reſiſtunt concordes.

Tulliæ Tarquiniorumque atrocia facinora.

Cum itaque *Tyburtini* cœterique *Latini* jam dudum deſiderata pace, ſub rege *Servio Tullio*, VI *Romanorum* rege, gauderent; accidit, ut *Tarquinius Superbus* ambitionis œſtro percitus, nec non à *Tullia* filia *Servii* Regis, quam ſibi in matrimonium aſſumpſerat, quin & ab ipſa ambitionis labe inſaniente continuis precibus ſollicitatus, mortem *Servio Tullio*, intolerando ſanè facinore intulerat, ſceleri utique tantò immaniori, quantò majori impietate paterni corporis cadaver, vulneribus undique confoſſum, & in publica platea curru, quo vehebatur, protritum filia patrem à *Tarquinio* trucidatum indigniùs tractaſſet; quibus acceſſit ſtuprum abominandum à *Sexto Tarquinii* filio *Lucretiæ* pudiciſſimæ matronæ, violenter illatum. Certè ob adeò atrox *Tulliæ* facinus, immanemque *Tarquiniæ* Domus Tyrannidem, *Tarquinius* à Republica proſcriptus, regnoque ſpoliatus, hoc unicum egit, ut coacto *Ferentino* concilio, *Latinis* ad ſuas attractis partes, bellum *Romanis* moveret, atque horum fultus ſubſidiis, in Regnum ſibi ademptum reſtitueretur; quàm unionem concordiamque cum *Latinis* ut obtineret, concilium vulpinæ calliditatis aſtutia confertum iniit, & fuit Latinarum feriarum in *Monte Albano* inſtitutio; de quibus cum jam in præcedentibus diſſeruerimus, ea hîc repetenda non duxi. Et ne quicquam ad factionem, quam moliebatur, omiſiſſe videretur, miſſis ad *Porſennam Hetruſcorum* Regem, *Cluſii* tunc commorantem, legatis, eum quibus poterat artibus, ad ſuas partes allectare tentabat; ſed ſua fraudatus ſpe, tandem ad *Octavium Mamilium Tuſculanorum* Principem potentiſſimum generum ſuum veluti ad ſacram anchoram confugit, qui adverſæ fortunæ in favorem Soceri condolens, ad eundem in Regnum reſti-

Tarquinii in conciliandis ſibi populis regnoque recuperando aſtutia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

reſtituendum, ingenti comparato exercitu, 40000 peditum, equitum 3000 ad *Lacum Rigilli* ſe ſtitit. Erant tunc temporis *Reip. Romanæ* conſules, *Titus Virginius*, & *Aulus Poſthumius*. Hic ob rei bellicæ peritiam hujus belli Dictator declaratus unà cum *Tito Elbutio Helva* Magiſtro equitum, cum exercitu 24 mill. peditum, equitum mille, ad dictum *Rigilli lacum* hoſtibus obviam factus, dato ſigno prœlium exorſus fuit omnibus ſeculis memorandum, in quo utrinq; tanta animorũ concitatione pugnatũ fuit, ut ex multitudine tum cadaverum, tum vulneratorum, cujuſnam ex parte victoria ſteterit, dubitatum fuerit; donec *Octavio Mamilio* interempto, *Tuſculani* panico quodam timore perculſi, *Romanis* terga vertentes, quiſque vitam ſuam fuga, qua datus tranſitus, ſervaret; atque adeò *Romani* victoria ex prælio, cujuſmodi ad iſtud uſque tempus formidabilius non acciderat, potiti, deſtructo *Latinorum regno*, *Tuſculana urbe* funditùs everſa, *Tarquinio* neſcio qua infelici ſua ſorte prorſùs exacto, reliquum ſuo adjunxerunt imperio, anno 265 poſt Urbem Cond. Tuſculani *cæſi.*

CAPUT VI,

De Tyburtinorum *cum* Romanis *confœderatione.*

Tyburtini Romanorum *juribus fruuntur.*

COnfœderatione *Tyburtinorum* cum *Romanis* inita, non ſolùm ij privilegiis municipiis dari ſolitis fruebantur, ſed & iidem civium R*omanorum* albo adſcripti, unum veluti Reipublicæ corpus exhibuerunt; nec hîc ſtiterunt, ſed ut *Tyburtinorum* in *Romanos* fides publico conſtaret teſtimonio, anno 368 poſt urbem conditam, Magiſtratus Romanus Tabulam Æneam in *Caſtoris Templo* exaratam, in qua pax & concordia ad perpetuam rei memoriam, & ad conſtantem in ſuſcepta fide perſeverantiam contineretur, *Tybur* tranſmiſerunt, quam & *Tyburtini* incredibili gaudio, & congratulatione acceptam in *Herculis Templo*, veluti perenne initi fœderis monumentum collocarunt. Quæ tandem (uti *Franciſcus Martius* ſuprà laudatus teſtatur *in* ſuo de *Hiſtoria Tyburtina libello.*) intra vetuſta *Herculei templi* rudera, dum fundamenta domus neſcio cujus jacerent, inventa unà cum capite, quod *Tyburtini* Dictatoris eſſe volunt, ſequentem verborum tenorem continet. Tabula Tyburtinę *cum* Romanis *confœderationis.*

L. CORNELIUS. GN. F. SEN. CON. AD.
III. NON. MAIAS. SVB. ÆDE. KASTORVS.
SCR. ADF. A. MANLIVS. AF.
SEX. JULIUS. L. POSTVMIVS. S. F.
QUOD. TEIBVRTES. V. F.
QUIBUSQUE. DE. REBUS. VOS. PVRGAVISTIS.
EA. SENATVS. ANIMVM. ADVORTIT.
ITA. VTEI. AEQVOM. FVIT.
NOSQVE. EA. ITA. AVDIVERAMUS.
UT. VOS. DEIXISTIS. VOBIS. NONCIATA. ESSE.
EA. NOS. ANIMVM. NOSTRVM.
NON. INDOVCEBAMVS. ITA. FACTA. ESSE.
PROPTEREA. QVOD. SCIBAMVS.
EA. VOS. MERITO. NOSTRO
FACERE. NON. POTVISSE.
NEQUE. VOS. DIGNOS. ESSE, QVEI. EA. FACERETIS.
NEQVE. ID. VOBEIS.

NEQUE. REIPOBLICAE. VOSTRAE.
OITILE. ESSE. FACERE.
ET. POSTQUAM VOSTRA. VERBA. SENATVS AVDIVIT.
TANTO. MAGIS. ANIMUM. NOSTRUM.
INDOVCIMVS. ITA. UTEI.
ANTE. ARBITRABAMUR.
DE. EIEIS. REBUS. AF.
VOBEIS. PECCATVM. NON. ESSE.
QUONQVE. DE EIEIS. REBVS. SENATVI.
PVRGATI. ESTIS. CREDIMVS.
VOSQUE. ANIMVM. VOSTRVM. INDOVCERE
OPORTET. ITEM. VOS.
POPVLO. ROMANO. PVRGATOS. FORE.

Hanc *Tabulam*, etſi ſumma diligentia quæſitam *Tybure*, reperire tamen non licuit, nec à quopiam alio, quid de ea factum ſit, cognoſcere.

Revolutiones Tyburtinæ.

Fuit ita hujus *Tabulæ* vi & intuitu ad 25 circiter annos pax integra & firma *Tyburtinis* cum *Romanis*; poſteà tamen, uti nihil in rerum humanarum viciſſitudine ſtabile, ſub variis Conſulibus rupta in apertiſſima bella erupit, donec à *Furio Camillo* Conſule & Dictatore *Pedum*, quæ urbs erat *Tyburtinæ* confœderata, ſcalis captum, ſubjectiſque reliquis *Latii* rebellibus populis, tandem & *Tyburtini* colla jugo Romano ſubdere coacti fuerunt, anno circiter ab urbe condita quadringenteſimo. Quibus deindè magna fide adhæſerunt, communibus viribus in magnarum rerum molitiones intenti. Quàm verò in civilium bellorum initio prudenter ſe geſſerint *Tyburtini*, ex *Cinna* conſule ad *Tyburtinos* profugo, luculenter patet. Res ita ſe habet:

Poſtquam à *Republica Romana* creati fuiſſent *Sylla*, & *Q. Pompejus*, fuerunt & unà intra ipſos more ſolito diviſæ provinciæ; & primò quidem aſſignata fuit *Syllæ* illa plena gloriæ contra *Mithridatem* Regem *Ponti* expeditio. Et quemadmodum *C. Marius* ſepties jam Conſul, continus honoribus, triumphis, & immenſis divitiis locupletatus aſſuetuſque erat, jam dulcibus *Reipublicæ* uberibus, à quibus omnis fortunæ ſuæ ratio, robur, & potentia cum plena & abſoluta in *Rempub.* Provinciaſque ab ipſo *Romano Imperio* ſubjectas, poteſtate dependebat; ita quoque, uti ambitio modum neſcit, ægerrimè ferens, *Syllam* ſibi in expeditione contra *Mithridatem* prælatum, omnem movebat lapidem, ut reſciſſa *Reipub.* ſententia, & *Sylla* jam rerum in *Oriente* potiente revocato, mediante *Sulpitio Tribuno*, ipſe ſufficeretur, quod & uti deſiderarat, executioni mandatum fuit. *Sylla* de *Marii* ordita tela certior factus, incredibili furore percitus, vindicta de *Mario* ſumenda æſtuabat. Relicta itaque in *Aſia* expeditione, jam tam felici rerum eventu occœpta, univerſo cum exercitu, quàm celerrimè magno mentis impetu agitatus, *Romam* contendit, ubi victis vi armorum ſuis adverſariis, *Capitolium* ingreſſus ſuprema cum poteſtate primò expulſo *Mario* cum omnibus ſuis confœderatis, lege inſuper lata, ut cuique liberum eſſet, ex iis, quos poſſent & vellent, trucidare, derelictam in *Aſia* expeditionem repetiit. Abſente verò *Sylla* in Conſulatus dignitatem aſſumpti fuerunt *Octavius* & *Cinna*, quorum hic factionis Marianæ omnibus modis contendit, ut Syllanæ conſtitutiones contra omne jus præſcriptæ expungerentur, atque adeò duro perditæ libertatis jugo abjecto, *Romana Reſpub.* deſiderata pace, atque ab exilio revocato *Mario* cum omnibus ſuis, frueretur: *Octavius* contrà ſeditioni Syllanæ ſavens, rem non niſi

C. Marii ambitio.

Syllæ geſta.

Factio Mariana & Syllana.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

armorum potentia decidendam rebatur. Undè *Cinna* de *Octavio* in ſuas partes trahendo fruſtra laborans, ad *Tyburtinos* profugus, ea intentione, ut eos ad arma ſumenda contra adverſarios concitaret; at *Tyburtini* ingentium calamitatum, quæ ex turbulentis hiſce factionibus exoriri poſſent, veluti præſagi, nullâ adeò robuſtæ orationis efficaciâ, nullis tam validis *Cinnæ* argumentis, ad fœdus cum *Romanis* jure jurando jam confirmatum rumpendum, induci poſſe videbantur, à neutrius factionis partibus ſe futuros conteſtabantur, donec, quo res vergerent, ſecum deliberarent. Interim *Marius* unà cum *Cinna* vaſto comparato exercitu, eo cum robore *Romam* ingreſſus, quo ipſe fuerat indè à *Sylla* expulſus, in *Octavium* Syllanæ factionis incredibili furore inſurgens, ſuſque deque vertebat omnia; *Syllæ* uxorem filioſque exilio mulctabat, domo inſuper ejus in cinerem redacta. Ita fit, ubi nullus publici boni reſpectus, ubi ex perverſa animi perturbatione proprii commodi emolumentum locum obtinet. *Sylla* in *Aſia* conſtitutus, ubi Marianæ violentiæ furores in ſe ſuamque domum commiſſos intellexit, irreconciliabili mentis furore perculſus, vindictæ tum in *Marium*, tum *Romanos* ſumendæ ardebat deſiderio; jam inſuper victoria contra *Mithridatem* obtenta tumidus, *Romam* ingreſſus, tantam civium ſtragem edidit, ut *Lucio Floro* teſte, trucidatorum multitudo vix

Tyburtinorum *prudentia.*

Marii *ſeditio.*

Vindicta Syllana.

ſub numerum caderet, quos inter *Appianus* centum millia civium capita, nonaginta ſenatorii ordinis, & ex ordine Equeſtri ſexcentos numerat. Non ſtetit hîc impotentis animi furor. Capto violenta manu *Capitolio Romanam Rempublicam* omni antiqua privabat libertate; haud abſimilem ſortem, quotquot *Marii* & *Cinnæ* factioni adhæſerunt, experti ſunt, ſola *urbe Tyburtina* excepta, quæ ſalubriori conſilio uſa, dum neutri parti adhæſit, imminentium calamitatum turbinem evaſit. Reſque eò proceſſit, ut contendentibus de ſumma rerum Dictatoribus, *Roma* infelix, urbem, domus, vias, plateas ſanguine civium per manus ambitioſorum inquilinorum effuſo, redundare ſpectaret, eò uſque ſævientibus odiis, donec deeſſent homines, qui occiderentur; & ut ſcitè dicit Appianus: *quis autem illos poteſt computare, quos in urbe paſſim, quisquis voluit, occidit? donec admoneret* Fuſtidius *vivere, ut eſſent, quibus imperarent.* Reducta tandem *Romani Imperii* ſumma poſt *Iulii Cæſaris* mortem ad Triumviratum, quem *Octavius*, *Marcus Antonius*, & *Lepidus* aliquantiſper pacificè gerebant. At mox nova exorta cataſtrophe, quis tandem ex hiſce tribus ſumma Imperii potiretur, ſæviſſima prælia geſta ſunt; donec interempto *Lepido*, & *Marco Antonio* pugna Actiaca devicto, univerſi *Romani Imperii* ſceptrum *Octaviano Auguſto*, cum univerſali totius orbis pace ceſſit.

Romana clades ſub Sylla.

Triumviratus Romanus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

PARS II,
De TYBURTINÆ URBIS Antiquitatibus, quæ etiamnum in ejus Ruderibus ſplendeſcunt.

CAPUT I,

De Novo & Priſco Tyburtinæ urbis *ſitu.*

CUm *Tybur* à *Catilli* filiis, *Tyburto*, *Corace* & *Catillo*, nepotibus *Amphiarai* ædificatum, nulli ex priſca *Latii* urbibus tum antiquitate, tum rerum geſtarum gloria cedat, antequam ad veterum Heroum in ea relicta monumenta exponenda progrediamur, primò de de ejus ſitu, & natura loci, prout hodierno die comperitur, deindè quoque de ejus priſcorum temporum conſtitutione diſſeremus.

Tyburis moderni ſitus & deliciæ.

Tybur hodierno die in medio editorum montium, veluti ſinu quodam ſupra collem amœnitate confertum, ſitum ſpectatur. Ab ortu *Montem Crucis,* quem primam *Catilli* ſtationem aut habitationẽ fuiſſe ſuprà diximus; & *viam Valeriam* ab occaſu; *Sabinæ* Regionis campos à ſeptentrione; *Montem* & confragoſam *Anienis Vallem* à meridie vaſtas Olivetorum ſylvas, uti & ulterius *Tuſculanos Romanoſque Agros* reſpicit, à *Roma* 17 millibus paſſuum diſtat, cui ſive in quamcunque partem te verteris delicioſum proſpectum, ſive horrendos *Catadupărum* ſtrepitus ſpectes, nil ſanè ad oculorum auriumque oblectationem accedere poſſe videtur.

Anienis fl. Etymon & deſcriptio.

Alluitur *Tybur Aniene fluvio*, ſic dicto, *Plutarcho* teſte, quod *Anio* Thuſciæ Rex *Cathetum* juvenem, qui filiam ejus amoris œſtro percitus violenter rapuerat, armata manu fugientem proſequutus, dum non aſſequeretur, hoc ſe flumine ſubmerſerit, unde *Anio* & nomen manſit, qui priſcis temporibus *Pareuſus* dicebatur; hodiè vulgari idiomate *Teverone* appellatur. Habet originem ſuam apud *Symbrivios* non procul à *Sublaco oppido*, incunabulis Ordinis Sti. *Benedicti* celebri, qui ex *Monte Trebio* edito magno ſcaturiens rivorum undique confluentium affluxu, nec non variis amfractuum diverticulis, tandem per *Catadupas Tyburtinas* confragoſamque vallem præcipitatus in *Tyberim* magna aquarum mole ſeſe exonerat; à principali *Catadupa* vehementi & formidabili ſtrepitu, bipartito curſu, partim ſub ponte profundiſſima voragine, quam ex horrendo ſpectaculo inferni fauces diceres, partim extra urbẽ per altiſſimam rupem in communem aqueæ voraginis abyſſum dilapſus, per alios alioſque ſubterraneos cuniculos totidem aliis *Catarractis* committitur. Vti ſchemata hic adjuncta oſtendunt.

Catadupæ Tyburtinæ.

Totum flumen paulò ſupra *Catadupam* primam in tres rivorum portiones dividitur, de quarum prima jam dictum eſt; altera per ſubterraneum canalem derivata, ad delicioſa *Villæ Eſtenſis* ludicra ſpectacula derivatur, de qua paulò poſt; tertia per canales ſubterraneos, quas *formas* vocant, in varios rivos diviſa, magno utique urbis emolumento, molendinis verſandis ſervit; & hinc per varias *Catarractas* intra horridam viſu vallem, deindè in *Anienem* è regione *Cœnobii D. Antonii* devolvitur. Undè totus penè urbis tractus ſeptentrioni patens, variis officinis ob aquarum copiam inſtructus cernitur, magno coriariorum, fullonum, chartariorumque quæſtu.

Videas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Tyburtina *variarum artium ergaſteria.*

Videas in hiſce inſtrumenta ferrea omnis generis, tum ad domeſticam, tum ad ruſticam, bellicamque ſupellectilem conficiendam ſumma ingenii commendatione parari. Non deſunt ærariæ, fulloniæ, & Chartariæ artis officinæ; ſpectantur & molæ non frumento tantummodò in farinam conterendo, ſed & oleo olivarum exprimendo, pyrioque pulveri conficiendo mira arte conſtructa ædificia, adeò ut opportuniorem locum ad rerum omnium humanæ vitæ neceſſariarum copiam comparandam, me vidiſſe non meminerim. Agrum adeò feracem poſſidet, ut ſive fructuum omnis generis

Tyburti *fertilitas amœnitasque.*



exquiſitorum cupedias, ſive vini, frumenti, oleique nobiliſſimi ubertatem ſpectes, nulli alteri ex *Latio* urbi cedere videatur.

Hodiè *Avienis* alveus à prima *Catadupa* totus ſaxoſus, & inæqualis eſt, uti ex adjuncto ſchemate patet. Ubi per varia diverticula in profundas viſuque horrendas voragines, ſubterraneoſque mæandros dilapſus, alias & alias *Catadupas* incurrit, ita ut profunditas voraginum& cuniculorum multitudo olim altiorem ſemper altioremque alveum habuiſſe, luculenter demonſtret; imò apertiſſima hujus ſigna in *Catadupæ* vicinis antris oſtendunt, ubi omnes

rupes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

rupes tartaro nitroſoque veſtitas amictu videas, qui aquarum fluxu temporum diuturnitate rupibus adhæſerat, & in hunc uſque diem fluxûs & refluxûs ſigna, in ipſa tartarea materia cum admiratione ſpectantur. Quantis verò mutationibus terra obnoxia ſit, in *Mundo ſubterraneo*, & *Itinere Hetruſco*, innumeris exemplis hiſtoriiſque demonſtravimus. Quantum putas rapidiſſimum flumen à bis mille annis & amplius circa *Tyburtinam urbem* mutationis ſubijſſe? Verùm cum hæc ſine Topographico ſchemate comprehendi non poſſint, illud ſubijciam, ut modernum urbis fluminiſque ſitum cum priſco aptius comparare queas. Verùm de hiſce pluribus in ſequentibus, ubi villas *Vopiſci* & *Horatii* deſcribemus, agetur. Apponam hic epigramma quod de horrida *catadupa* hujus loci, compoſuit, eruditus Chronologus JoſephusSilos ex ordineTheatinorum.

Mutationes rerum.

Qua præceps Anio *nullo ruit obice grandi,*
Et ſtrepitu caſus ingemit ipſe ſuos:
Siſte Hoſpes, rupes inter fractaſque per undas
Grata oculis merces eſt, pretiumque moræ.
Aſpicis? it curſu celeri in ſua fata ſuaſque
Indignabundus mergitur inter aquas.
Præcipites terrent fluctus, horrendus & aures
Verberat attonitas concitus inde fragor.
Frangitur, & frangit ſcopulos, ſeſeque reſorbet:
Dum cadit unda, furit; dum furit unda, cadit.
Forte hic Nilus *adeſt,* Ægyptum *&* Tybure *mutat.*
Credite; nam lapſus mutuat ille ſuos.

CAPUT II,

De Villis Tyburtinis,

quæ

Olim à Cæſaribus, Regibus, Conſulibus, Dictatoribus, & Poetis in deliciis habitæ fuerunt.

Topographia Territorii Tiburtini.

PRima *Villa*, quæ in *Agro Tyburtino*, ad ripam Borealem *Anienis* occurrit, in ruinis ſuis adhuc ſplendeſcens ſpectatur, hodiè *Ceſarano* dicitur, quam nonnulli volunt *villam* fuiſſe *Caij Iulij Cæſaris*, alii *Caij Cæſaris Caligulæ*; veriſſimè mecum ſentiunt, qui *Cæſoniorum Villam* fuiſſe, & ſolùm dictorum *Cæſarum* recreationi commiſſam, atque proindè à poſteris tanquam *villam* eorum ſucceſſivè propriam fuiſſe autumant. Minimè enim veriſimile eſt, *C. Iulium Cæſarem* virum fortiſſimum non villis ac deliciis aſſuetum, ſed orbi ſibi ſubjugandò intentum, inter perpetuos bellorum turbines vel à pueritia diverſatum, delicioſis ſeceſſibus ſe dediſſe; *C.* verò *Cæſarē Caligulam, Germanici Cæſaris* filiū, non uti quidam perperam ſentiunt, *Tybure*, ſed *Antii* natum eſſe, prid. Kal. Septemb. patre ſuo & *C. Fonteio* Coſſ. ut proindè minimè ſibi *Tyburtes* gloriam ex ſceleſtiſſimi & nefarii Imperatoris ortu adſcribere debeant. Neque enim is unquam extra urbem deliciis, ſed inauditis & abominandis voluptatibus intra proprii palatii penetralia, exſtructis publicis lupanaribus indulſiſſe legitur; & quamvis antequam imperiale ſolium conſcenderet, probè ſub cura *Liviæ Auguſtæ* aliquandiù ſeſe geſſerit, in libertatem tamen adſcitus, ferociâ & immanitate, quâ ferebatur, omnibus ſeſe funeſtum exſecrandumque exhibuit: luxuriæ prodigioſæ ita deditus, ut immenſas opes, totumque illum theſaurum *Tiberii* vicies & ſepties millies

Ceſarano.

Caligula ubi natus ſit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

millies Seſtertium., quod ad 66 milliones & 50 Coronatorum millia aſſurgere *Budæus* ſcribit, non adhuc toto vertente anno abſumpſerit; tantâ in omnes tyrannide debacchatus, ut poſt ſtuprum ſororibus illatum, ipſas exulare coëgerit, vel proprium fratrem *Tiberium*, *Ptolomæum* conſobrinum, *Syllanum* ſocerum, *L. Caßium* ſororis maritum, *Macronem* præfectum prætorii, *Scribonium*, aliosque, quos enarrare longum foret, crudeliter interemerit, neque hîc ſe ſtitit ambitioſum cæſareæ mentis œſtrum, ut qui Divinum ſibi cultum templis & Sacerdotibus ſuo nomini inſtitutis adſciverit; *Dionyſum juniorem*, *Athenæo* teſte, bacchica veſte indutum ſe appellari voluit. In *Templo* quoque *Hieroſolymitano* ſtatuam ſuam adorandam poni juſſit; illo ſemper uſus, *oderint dum metuant;* & illo: *utinam Reſpub. Romana unicam cervicem haberet. Antoniæ* verò *aviæ* illum licentioſiùs increpanti reſpondiſſe fertur; *Memento*, inquit, *omnia mihi in omnes licere.* Vt proindè *Tyburtini* meliori optione tam impii Cæſaris memoriam æterno ſilentio ſupprimere malint, quàm gloriam ex natalibus humani generis monſtri potiùs, quàm hominis, ambire; quod periit tandem anno quarto imperii IX Kal. Feb. anno urbis conditæ DCCXCIII. poſt natum *Chriſtum* 43, Ætat. 29, triginta vulneribus confectus: atque ita dignam ſceleribus mortem ſubiit. Sed hæc per tranſitum jam dicta ſint. *Villam* itaque non à *Cajo Iulio Cæſare*, neque à *C. Cæſare Caligula*, ſed à *Cæſoniorum* familia dictam fuiſſe, dicimus: ex qua domo *Cajus Caligula* quartam uxorem *Cæſoniam*, impudicitiâ, & perditâ laſciviâ marito non inferiorem duxit. Sed & *Cæſoniorum villam* hanc fuiſſe, inſcriptiones ſequentes docent, quas indefeſſus *Tyburtinarum* Antiquitatum explorator, *Marcus Antonius Nicodemus* hoc loco detexit, & citantur quoque ab Aldo Manutio Juniore, in ſuo Libro intitulato Orthographia.

Luxuria & tyrannis Caligulæ.

„ L. Cæſonius, C. Filius, Quirina
„ Lucillus Macer Ruffinianus Cos.
„ Frater Ar---; Præf. urbi electus ad
„ cognoſcendas vice Cæſaris cognitio-
„ nes Procos. Prov. Africæ, XX vir
„ Senatus conſulto R. P. curandæ, cu-
„ rator aquarum & Miniciæ, Curator
„ Albei Tiberis, & cloacarum urbis,
„ Legatus Prov. Africæ, eodem tempo-
„ re vice conſulis Cur. R. P. Tuſcula-
„ norum, curator R. P. Sueſſanorum,
„ Prætor Kandidatus, Quæſtor can-
„ didatus, electus in familiam Patri-
„ ciam, X vir ſtilitibus judicandis.

Qualisnam verò ex *Cæſonia* Domo fuerit hic *Cæſonius*, de quo memorat adducta jam inſcriptio, dubium eſt. Ego ſentiam, varios fuiſſe *Cæſonios* hujus *villæ* poſſeſſores, quorum unus tempore *Iulii Cæſaris* Dictatorem egit *Hiſpaniæ*, contra liberos *Pompeji Magni*, teſte *Oroſio*, vel ſi non placet, dicerem, fuiſſe *T. Cæſonium Priſcum*, Equitem Romanum, novo à voluptatibus officio à *Tiberio* præfectum, ut teſtatur *Suetonius in vita Tiberii.* Sed ſufficiat nobis *Cæſoniæ* familiæ ſupradictam *villam* fuiſſe, hoc loco oſtendiſſe.

Alia Inſcriptio.

„ C. Cæſonio. C. Filio. Quir.
„ Macro Ruffiniano Conſulari, ſo-
„ dali Auguſtali Imperatoris Seve-
„ ri Alexandri Aug. Cur. R. P. La-
„ niviorum II. Proconſ. Prov. Afri-
„ cæ, Curat. Aquarum & Minic.
„ Leg. Aug. Pr. Pr. German. ſupe-
„ rior. Cur. Alvei Tiberis. Cur. R. P.
„ Theans. Leg. Aug. Pr. Pr. Prov.
„ Luſitan. Cur. R. P. Tarricens. Pro-
„ cos. Prov. Abaiæ; Leg. Leg. VII.
„ Claud. Cur. R. P. Aſculanæ, Quæ-
„ ſtori Prov. Narbon. Trib. Leg. I.
„ Aditic. Donato donis militaribus à
„ Divo Marco, III viro Capitali, Pa-
„ tri dulciſſimo & incomparabili,
„ Cæſonius Lucillus filius Conſu-
„ laris.

CAPUT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

CAPUT III,

De Celeberrima Villa Adriani *Imperatoris in* Agro Tyburtino.

Ortus Adriani.

Studium Adriani in omni literaturæ genere, & profectus.

Epigrammata Adriani.

Itinera Adriani.

AElius Adrianus* Cæſar, Imperatoris *Trajani* conſanguineus, *Romæ* quippè patre natus *Sext. Ælio Afro Trajani* conſobrino, & matre *Domitia Paulina Gadibus* nata, undè & illi ſoror *Paulina* fuit. Pervenit ad Imperium gratia & favore *Plotinæ*, quam ejus amore flagraſſe ferunt; genus antiquum ab *Adria Picentium* trahit, undè majores ejus tempore *Scipionum* in *Hiſpaniam* migraverunt. Puer relictus à Patre in tutelam *Trajani*, à quo etiam adoptatus liberalibuſque artibus imbutus, literis potiſſimùm Græcis eruditiſſimus fuit, ita ut paſſim etiam *Græculus* diceretur, Mathematicis prætereà cum primis inſtructus, quem *Marius Max.* ſummum Aſtrologum quoque appellat, ita ut omnium dierum uſque ad horam mortis futura ſibi antè præſcripſerit. Cum itaque omnes profiteretur artes, omnes exagitabat Doctores, ſæpè ſibi propoſitas quæſtiones certando, ſumma ingenii laude ſolvit. Alebat ingenia, iiſque favebat, imprimis *Favorino* Philoſopho. Exſtant adhuc ejus quædam Epigrammata Græca lepidiſſima. Barbam more Græcanico ſubmittere ea tempeſtate cœpit, quem morem poſteà nonnulli Principes Romani ſervavere. Itinera maxima ingenti celeritate confecit, in *Pannoniam*, *Iudæam*, *Galliam*, *Britanniam*, *Hiſpaniam*, ex qua *Romam* reverſus *Athenas*, hinc in *Ægyptum*: in qua expeditione cum *Antinoum* ſuum amiſiſſet, *Hieroſolymis* ei templum dicavit. Poſt ſummos itaque labores, & *villâ Tyburtinâ* jam exſtructâ, ubi in quiete, & otio literario videbatur victurus, ſive loci inſalubritate, ſive fato cœlitùs ipſi dimiſſo, uti poſteà dicetur, morbum incidit, ex quo *Bajis* in *Campania*, dum vivere jam eum tæderet, ſibi ipſi violentas manus imponens juſſu medici, veneni potione extinctus eſt, anno ætatis 62, vel ut *Volaterranus* vult, 72, Imperii 22. Sepultus in *Villa Ciceronis Puteolis*, templo ejuſdem honori poſteà loco ſepulchri exſtructo. Oſſa ejus poſteà in urbem aſportata in *Adriani* mole à ſe conſtructa depoſita fuerunt, uti ex inſcriptione ejus omnibus obvia patet.

Occaſio villæ exſtruendæ.

Hic igitur *Ælius Adrianus*, cum jam totum Orientem Occidentemque peragraſſet, pro ſua in rerum rariorum curioſiſſimarumque notitiam aviditate, quicquid in *Græcia* & *Ægypto* curioſum obſervârat, accuratè exploratum deſcripſit, ea intentione, ut quicquid ſplendidum & magnificum *Aſia* poſſideret, in unam villam otio literario & quieti oportunam quam ſibi deſtinarat, transferret; adeòque quod alibi in orbe terrarum diffuſum ſpectatur, in hanc *Villam* ſuam, veluti in Orbis terrarum epitomen quandam tranſlatum exhiberet; atque hoc pacto admiranda prædeceſſorum Cæſarum monumenta, rarâ hujus *Villæ* magnificentiâ tantò altiùs ſuperaret, quantò altiores ſunt inter viburna cupreſſi.

Villæ exſtructio.

Villam itaque ſuam tribus millibus ferè paſſuum *Tybure* diſſitam adorſus, paucis annis innumerabili hominum multitudine collaborante exſtruxit in clivo quodam, cujus longitudo, juxta noſtram obſervationem incipit à Boreali plaga, & tribus millibus paſſuum extenſa in Meridiem porrigitur. Latitudinem ejus variam deprehendimus, cujus ubi maxima eſt, quintam partem ſupradictæ longitudinis obtinet. *Villa* tota clivis & vallibus conſtat, ita ut ejus ambitus facilè ad ſex millia paſſuum in circuitu pertingat:

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

præter ea, quæ extra *villam* memorabilium rerum monumenta ad complura milliaria extenſa cernuntur. Quibus itaque propoſitis, jam ſingulas ejus partes, ordine perſequamur. Fuerunt autem complures, qui tantæ fabricæ admiratione ſuſpenſi, ingentibus laboribus ejus deſcriptionem aggreſſi ſunt; quos inter primum ſanè locum obtinet *Pyrrhus Ligorius* Architectus & Antiquarius, juſſu Seren.mi *Hippolyti* Card.lis *d' Eſte*, Gubernatoris perpetui *Tyburtini*; qui eam ex ruderibus erutam graphicè ſanè delineavit: quem poſteà ſecuti ſunt *Antonius Nicodemus*, *Antonius del Rè*, *Franciſcus Martius*, Antiquarii Tyburtini; quos ego ſecutus ſingulis annis eò Autumnalium feriarum tempore profectus, unam ex tota fabrica partem examinandam ſuſcepi; quo quid præſtiterim, hîc curioſi Lectoris oculis exponendum duxi.

§. 1.

De diviſione Villæ Adrianeæ.

Diviſio villæ in ſuas partes principales.

A*Drianus* Cæſar, uti ſuprà diximus, *Villam* ſuis commoditatibus aptam conditurus, ut præcedentium Imperatorum gloriam in admirandis, quæ reliquerant, monumentis obſcuraret, uti erat peringenioſus, ita quoque, quidquid in *Orbe Romano* novum, rarum, & admiratione dignum reperiebat, in *Villam* ſuam, in quandam veluti *Romani Imperii* Epitomen contrahere conſtituit. Undè eam teſte *Spartiano*, & *Blondo*, in ſeptem partes principales dividendam cenſuit, ita ut prima exprimeret *Græcorum Lycæum*; altera *Academiam Athenienſium*, tertia *Prytaneum*; quarta *Ægyptiorum Canopum*; quinta *Picilen* ob varietatem exquiſitiſſimarum rerum ſic dictam; Sexto *Tempe Theſſaliæ* ob amœnitatem ab omnibus poëtis celebrata, quibus junxit & *Campos Elyſios*; ſeptima, ne quicquam deeſſet, *Inferorum Regnum*, de quibus ordine agendum eſt, ut fabricæ totius ordo, & diſpoſitio luculentiùs Lectori innoteſcat.

Partium ſingularum deſcriptio.

Tametſi ego omni diligentiâ, curâ & ſollicitudine ad cognoſcendam exactam hujus *villæ* diſtributionem incubuerim, quia tamen tempus & otium defuit, quominus in tanta rerum varietate, quam non niſi vaſti ruinarum ruderumque acervi exhibent, penitùs exploranda, meæ curioſitati ſatisfacere poſſim, hinc quicquid in Archivis Tyburtinis reperiri licuit, ſtudioſè evolvi, & inter cœtera *Pyrrhi Ligorii* Architecti & Antiquarii celeberrimi, qui annuo penè ſpatio juſſu Sereniſſimi Principis *Hippolyti* Card.lis *d' Eſte* Gubernatoris *Tyburtini*, non exiguis ſumtibus, ad veram hujus *villæ* conſtitutionem ſingularumque partium diſtributionis notitiam, indeſeſſo ſtudio pertigit, cujus & delineationem in mappa expreſſam, quantum rei obſcuritas ipſi permiſit, exhibuit cum ſingularum partium quàm fuſiſſima explicatione; quæ & in hunc uſque diem in gazophylacio *Franciſci* Card.lis *Barberini* ad perpetuam rei memoriam conſervatur. Quamvis & *Antonius Nicodemus*, & *Antonius del Rè*, Antiquarii Tyburtini, ſuam quoque operam non ſine emolumento contulerint. Et uti hucuſque eorum ſcripta non exſtant, ita hac tam opportuna hujus operis occaſione, ea, ne tantus famoſiſſimæ *villæ* ſplendor & magnificentia in totalem oblivionem evaneſceret, boni publici cauſâ evulganda; atque meis ſcriptis interſerenda duxi; in quo ſi quid dubium obſcurumque occurrerit, id unà meis obſervationibus junctum, paucis dilucidabo. Sed jam ad rem ipſam.

Exploratores Villæ, ſeu deſcriptores.

Vbinam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Vbinam verè & propriè ſeptem principales ſupramemoratæ partes *Villæ*, *Lycæum*, *Academia*, *Bibliotheca*, *Canopus* &c. exſtiterint, tametſi ſummo ingenii conatu determinare præſumſerit memoratus *Ligorius*, fateor tamen quod res eſt, in tanta vetuſtatis caligine, tantaque ruderum vaſtitate, nil niſi ſolâ conjecturâ concludi poſſe. Etſi enim innumeræ ibi porticuum, templorum, camerarum, conclavium, theatrorumque reliquiæ adhuc ſpectentur, difficile tamen eſt conjecturâ aſſequi, quemnam ſingula uſum habuerint, & ad quam ex ſeptem principalibus partibus, ſi pauciora quædam veſtigia excipias, pertinuerint: præſertim cum picturæ, ſtatuæ, & reliqua ſingulorum locorum ornamenta, inſcriptioneſque, quibus totam fabricæ molẽ confertam fuiſſe conſtat, temporum injuriâ perierint. Vndè nos ea ſolummodo, quæ lucem aliquam ſpectatori adferre poſſunt, ut Lector ex hiſce paucis veluti ex ungue leonem colligat, adferemus.

Quam difficile ſit ſingulas hujus Villæ partes deſcribere.

Villa, uti dixi ſuprà, in circuitu facilè ad ſex millia paſſuum ſeſe extendit, clivis vallibuſque undique & undique interſtincta. Porta principalis hujus, ut ex veſtigiis ſuperſtitibus patet, ex ea parte fuiſſe videtur, quæ *Pontem Lucanum* reſpicit, ubi adhuc veterum ſilicum, quibus à *Ponte Lucano* ad *Villam* in colle ſitam, via ſternebatur, apparent veſtigia. In hujus ſtratæ ſilicibus viæ termino, ingens ruderum, non ſupra terram duntaxat, ſed & infra eam immenſorum ambulacrorum multitudo comperitur, inveniuntur & veſtigia hoſpitiorum unà cum 90 areis, porticibus, cameriſque, quæ omnia, ſive ſitum, ſive formam ſpectes, differunt, portis ad ingreſſum in eas egreſſumque opportunis. Ad introitum verò portæ ad dextram, obviat murus altus, innumeris receptaculis una ſupra alterã impoſita, quam & ideò centum cameras *Tyburtini*, vocant, & equitum, qui Cæſarem ſtipabant, habitationibus ſerviſſe putant, de quibus poſteà pluribus.

Ex hiſce, uti *Ligorius* conjicit, datur aditus ad eam partem, quæ Ποικίλη *Picile* dicitur, duplici porticu inſtructam, & exedris, quæ magnã olim operi conciliaſſe majeſtatem videntur, totumq; ſpatium in duas areas præamplas dividunt, 800 pedũ longitudine & tertiæ partis latitudine. Fuit autẽ *Pœcile Athenienſis urbis Porticus*, dicta Ποικίλη *Pœcile*, ob rerum picturarumque varietatem, olim etiam παυσιανακτεῖον, id eſt, *locus requiei* Regum deſtinatus, in quo exornando *Polygnotus Athenienſis* pictor celeberrimus Heroũ virorumque fortium imagines depinxiſſe creditur, non alio ſibi præmio propoſito, niſi gloriæ ad immortalitatem adſpirantis, & ad honorem patriæ conciliandum impulſus. Fertur & in eodem omnibus ſeculis memorabilem *Miltiadis* contra innumerabilem *Perſarum* multitudinem in *Campis Marathoniis* victoriam affabrè depinxiſſe; de quo Petrarcha:

Piciles deſcriptio.

> Miltiade, *che 'l gran giogo à* Grecia
> *tolſe.*

Ad ſimilitudinem itaque *Pœciles Athenienſis*, quam & *Stoam* vocabant, ubi & *Zeno* Philoſophus ſua dogmata ſuis diſcipulis, qui & poſteà Stoici dicti ſunt, tradebat. *Adrianus* & Philoſophiæ laude clarus, & veteris ſapientiæ admirator, hanc ad ſuæ mentis relaxationem exſtruxit porticum, à cujus areis vaſtiſſimis innumera conclavia habitationeſque dependent, unà cum areis minoribus mutuæ ſtudiorum communicationi, quæ ibidem peragebatur, opportunis. Detegitur & non procul indè per anguſtum meatum, templum columnis Deorumque ſtatuis, quæ artium ſcientiarumque Præſides exhibebant, olim haud dubiè inſtructiſſimum; cujus muri variis mixti marmoris laterculis veſtiti, qui in hunc uſque diem ibidẽ reperiuntur, exornabantur.

Adjacet huic alius locus ovalis formæ porticu inſtructus, & in medio ejus templum octogonâ formâ, olim

haud dubiè ſplendidum, & per portas totidem undique & undique pervium; quemadmodum expoſitoriis exedriſque, nec non ex fontium ibidem ſcaturientium ſyphonibus, quorum veſtigia ſpectantur, colligitur. Per limbum verò Templi columnis ſuperpoſitum, olim indubitanter, varia inſculpta videbantur, monſtrorum marinorum, unà humanâ figurâ permixtorum ſchemata; non deerant currus triumphales, qui à diverſis animalibus, ſtruthionibus, equis, arietibus, leonibus, tigridibus, ſimilibuſque trahebantur, occurrebant & cupidines aligeri, quæ curribus inſidentes à cygnis, columbis, pavonibus, aliiſque ſimilibus volucribus agitabantur. Et talia fuiſſe conſtat ex eo, quod, teſte *Ligorio*, tempore Cardinalis *Hippolyti* hoc eodem in loco laterculi dictis rerum ſchematiſmis inſigniti, inventi fuerunt, qui poſteà *Romam* allati, in hortis *Farneſiorum Palatinis* muro inſerti ſpectantur, & ſæpè ſæpius in *Tyburtinæ urbis* domuum parietibus immurati comparent.

Varia in picile monumenta.

Putat quoque *Ligorius*, non hinc procul ſitam fuiſſe *Bibliothecam* triplici conclavium ordine exſtructam, unà cum ambulacris cœteriſque cameris in modum templorum, diverſoriorumque exedris, porticibus, fontibus, aliiſque ornamentis egregiè elaboratis, & euntibus deinde verſus borealem plagam occurrit murus 25 ſtatuarum exedris inſtructus; & alter vicinus, qui circuitu ſuo hortum incluſiſſe putatur, multis olim habitationibus & diverſoriis cultus; in cujus latere varia ſtatuarum veſtigia notantur, ſub quarũ pedibus per plumbeos canales, aquæ ad balneorum forſan, aut etiam ad domeſticum uſum, prorupiſſe comperiuntur. Obviat & in vicino clivo ingens theatrum unà cum quatuor diverſoriis, areis, porticibuſque, quæ columnis conſtabant quadratis: pavimenta verò marmore vario ſternebantur. Atque in hoc loco 40 ſtatuæ repertæ fuerunt, teſte *Ligorio*, omnes tamen, præter tres, mutilæ & mancæ.

Bibliotheca Villæ.

§. II.

De partibus Villæ *verſus plagam meridionalem.*

IN Meridionali plaga primo loco occurrunt varia atria, & manſiones accommodatæ ad Thermarum uſus, unà cum ſuis hypocauſtis, quæ abacis ſuis ad ſedendum aptis pulchrè diſtributæ videntur. Spectantur & areæ xyſtique ad luctandum apparati, receptacula quoque, queis depoſitis veſtimentis ſe ſpoliabant, ibidemque ad luctandũ ſe ungebant, omnibus parietibus marmore vario, plaſticiſque imaginibus olim incruſtatis depictiſque; poſt hæc, uti conijcit *Ligorius*, diſtrictus ille, quem *Academiam* vocat, ſequitur; & erat templum circulare *Apollini Muſiſque* dicatum, undique & undique extrinſecus muris cinctum, columniſque marmoreis candidiſſimis exornatum, manſiunculis, receptaculiſque conſertum. Ad latus hujus templi locus, qui ζωτικὴ *Zotica*, appellabatur, ab animalibus, quæ inibi concludebantur. Sequuntur Sacerdotum, Academicorumque diverſoria, cum innumeris aliis vicinis domibus porticibuſque quæ columnis cingebantur, ambulacriſque diverſis, quæ aditum ex uno in alterum annexaſque domus præbebant. Circa hunc locum ab occidua plaga, loca ſpectantur unà cum vaſto Theatro, ubi hiſtriones dicebantur ſe veſtire, cum mimis, pantomimis, cœteriſque joculatoribus, veterum fabularum recitatoribus. Fuerunt hoc in loco, teſte Ligorio, tempore *Alexandri VI* Pont: Max: novem *Muſarum* ſtatuæ repertæ.

Academia Villæ.

9 Muſarum *ſtatuæ detectæ.*

Verbo, hic *Academiæ* diſtrictus habet tot tantaque atria, aulas, aliaſque manſiones, ut vix ad numerum reduci queant,

queant, fierique non poſſe exiſtimo, hodiè ſimilia fieri conſtruique poſſe. *Ligorius* curioſus omnium explorator, viginti atria cum omnibus ijs annexis habitationibus Ephebæorum, Scholarum, Phrontiſteriorumque, in quibus juventus inſtituebatur, domibus unà cum ijs rebus, quæ ad humanum victum deliciaſq; quovis modo neceſſariæ videbantur, annotat. Integræ in eo plantabantur ſylvæ, luci, viridaria, vario ingenio diſpertita. Aquis abundabat, quæ ex fonte *Piconio*, ſeu Lacu *Fucino* immenſis ſumptibus in villam ſuam derivabantur, quamvis ego ante *Trajanum* iſtiuſmodi aquam jam *Tybur* adductam cenſeam, de qua alio in loco, de Aquæductibus Tyburtinis. Spectatur & ibidem adhuc murus 1400 pedes longus, unà cum Aquæductu ipſi ſuperimpoſito & porticus fuiſſe videtur: ad *Lycæum* uſque *villæ* extenſus. Exſtruxerat hunc locum *Adrianus* ad normam formamque *Athenienſis Academiæ*, qui tametſi locus eſſet mille paſſibus ab urbe diſſitus, ſterilitate ſquallidus, ita tamen *Cimonis* ingenio cultus fuit tum aquarum gelidiſſimarum fontibus, tum inſigni arborum in viridariis luciſque, in quincuncem plantatarum culturâ, ut non amœnitate ſolùm *Athenienſium* delicias longè ſuperârit, ſed ea Philoſophis, uti *Platoni* ſuiſque ſequacibus interea Philoſophicæ exercitationis occaſionem dederit, ut vel ex eo capite Academicorum nomen obtinuerint.

Ex hoc itaque diſtrictu proceditur ad *Lycæum*, conclave vaſtum, undique ruderibus magnificentiæ teſtibus adornatum, cujus fabricam *Adrianus* juxta *Lycæi Athenienſis* Architectonicas rationes exſtrui juſſerat. Erat autem *Lycæum* locus in *Attica* non procul *Athenis* diſſitus, ſic dictus à *Lyco Pandionis* filio, longiſſimis ſplendidus porticibus, nec non arborum perpetuò virentium plantatione jucundiſſimus, ubi ab Athenienſium Magiſtratu poſteà Gymnaſium Philoſophorum cathedris palæſtriſque deſtinatum, exſtructum fuit *Apollini* ſacrum, in quo *Ariſtoteles* philoſophica ſua placita ſuis tradebat diſcipulis ambulando, unde ἀπὸ τοῦ περιπατεῖν ejus ſectatores Peripatetici fuerunt vocati. In hoc itaque *Lycæo Adrianeo* ad ſimilitudinem *Lycæi Athenienſis* exſtructo, prælongarum porticuum veſtigia deprehenduntur, arboribus, hortis, luciſque in amœnitatem ſpirabant omnia, in quorum medio Templi ſemiruti ſpectantur reliquiæ, peridromiis & xyſtis ſumptuoſiſſimè exſtructis, antiquæ magnificentiæ indicia; nec hîc Thermarum commoditas deerat, uti ex luculentiſſimis ſignis videri poteſt: ſiquidem inveni, quod & *Ligorius* olim obſervavit, hypogæa, ſive, uti vocare ſolent, hypocauſta, quæ per ſtrictum in fornice meatum in alterum fornicatum receptaculum, vaporem ferventiſſimum tranſmittebant; hi verò canales aquarum ductores, qui per ſuperius receptaculum ducebantur, ferventiſſimo aëre, & canales & aquas ad bullorem uſque calefaciebant, aquam deindè in alias vicinas cameras ſedilibus & hypopodiis inſtructas, calidam in uſum eorum, qui balneis delectabantur, derivabant. Erant & è latere manſiunculæ forſan ad ſe ſpoliandum in veſtium cuſtodiam deſtinatæ; quæ res luculenter modum docet, quo in frigida in uſum balneorum calefacienda veteres olim utebantur.

Lycæi deſcriptio.

Lycæum quid?

Balnea eorumque ratio conſtruendorum.

Sed hiſce ita propoſitis, jam progrediamur ad illam fabricæ portionem, quam *Canopum* vocabat *Adrianus*. Eſt autem *Canopus* urbs *Ægypti*, in qua Bacchanalia ſeu Dionyſiaca aut Neptunalia celebrabantur, quod Ægyptiacè Κανουβ *Canub*, idem quod *Neptunum* notat, ſive Numen aquis præſidens. Erat autem ſitu locus amœniſſimus, inter duos fluvios conſtitutus *Themnuthi*, id eſt, *Cœlum Deorum*, à loci tum ubertate, tum amœnitate ſic dictus, olim χοις, dicta urbs à *Menelao* condita, de qua vide quàm ampliſſimè actum in

Canopus *urbs* Ægypti.

in *Oedipo* noſtro *Ægyptiaco*, *Obeliſco Pamphilio*, *Prodromo Copto*, aliiſque locis. In hac *Canopus* celeberrimus ille *Ægyptiorum* Deaſter, à *Suida* deſcriptus, variis ceremoniis, & exoticis prorſus ſuperſtitionibus colebatur; undè *Adrianus* loci hujus amœnitate Ægyptiaciſque ludicris, quæ in eo quotannis peragebantur, incitatus, ne quicquam *Villæ* ſuæ deeſſe videretur, eidem *Canopum* inſeruit. Itaque intra *Pœcilen* & *Academiam Adrianeam* haud obſcura hujus *Canopi* veſtigia cernuntur in valle quadam longiſſima, in cujus fronte Templum rotundum erat, hodiè ſemirutum *Canopo* ſive *Neptuno* dicatum, variis aulis, cameris, xyſtis utrimque ſtipatum; atque ex ruderibus innoteſcit, mirificam ſtructuram, & calamo vix explicabilem fuiſſe: quod nemo qui vaſtitatem loci examinârit, inficiabitur,

1. Tom. Fol. 17.

Erat autem intra binos oppoſitos ſibi porticus in medio vallis, foſſa profunda ſatis & ampla, & ſubſelliis ſuis inſtructa, quæ aquâ Martia ad eam altitudinem latitudinemque replebatur, ut lintribus cymbiſque ſufficientem ad Ludos Neptunios celebrandos capacitatem præberet; atque in hac foſſa hominum utriuſque ſexus multitudo noctu diuque exſecrando commercio laſciviæ turpitudiniſque, ſine ulla verecundia, frena geſtibus inconditis, cantando, ſaltando, natandoque Canopico more laxabant, quibus *Adrianus*, uti hujuſmodi deditiſſimus erat, ita quoque ſummo ſuo guſtu, tum hujuſmodi venereis ſcurrilibuſque ſpectaculis, tum obſcænis cantilenis, ſaltibus, choreiſque, quæ ingenti cum confuſione ibidem peragebantur, à gravioribus negotiis paulò liberior, delectabatur. Denique locum fuiſſe fontibus undique irriguum, ex ruinis, ubi in hunc uſque diem canalium orificia ſpectantur, colligitur; cernuntur & in nonnullis locis ſcalæ ſeu cochlides ita conſtitutæ, ut ex una parte adſcenſus, ex altera deſcenſus hominum continuò euntium redeuntium que ſine impedimento concederetur.

§. II.

De reliquis partitionibus Villæ, *quæ ſunt* Infernus, Campi Elyſii, Prytaneum.

VErſus occidentalem partem ingens vallis occurrit, in cujus edito latere integer adhuc tholus ſpectatur, in loco, qui hodiè *Rocca bruna* dicitur, & eſt ſub Juriſdictione Tyrocinij *Soc:*[tis] JESU ad *Sanctum Andream Romæ*, ubi mihi quotannis ſumma ſanè commoditate tanquam in propria villa conſtituto, dictæ *Adrianeæ villæ* rudera explorare conceſſum fuit. Atque hic locus, *Ligorio* & *Nicodemo* teſte, inferorum locus fuiſſe putatur, in quo per aquæductus ſubterraneos *Adrianus* expreſſerat eos, qui à Poëtis memorantur, fluvios, *Phlegethontem*, *Cocytum*, *Lethen*, unà cum variis hypogæis, in quorum parietibus tormenta inferorum, vas *Danaidum*, Rota *Ixionis*, & ſimilia à Poëtis efficta depicta, teſte *Lampridio*, cernebantur. Veruntamen hunc locum ichnographia *Academiæ* jungit: alii hoc loco fuiſſe mancipiorum cuſtodias exiſtimant, qui tum catenarum, quibus onerabantur, ſono & ſtrepitu, tum tumultu vociferantium, inferni horrendam, & plenam confuſione ſcenam exprimebant.

Inferorum regio.

Non procul indè, putant nonnulli fuiſſe quoque *Elyſios Campos* ab *Adriano* exſtructos, unà cum repræſentatione *Tempe Theſſalorum* in quibus, quidquid jucundum & delectabile deſiderari poterat, ſive Aularum ſplendorem & magnificentiam, ſtatuis Deorum, nobiliſſimiſque picturis exornatam, ſive fontium ſalientium, nec non hortorum

Elyſii campi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

hortorum viridariorumque delicioſam varietatem ſpectes, expoſitum conſpiciebatur; & etiamnum ejus veſtigia non obſcura, uti ex mappa patet, ſuperſunt. Reſtat *Prytaneum*, quod *Ligorius* putat fuiſſe in extrema *Villæ* parte verſus Meridiem exporrecta.

Pryta-neum. Erat autem *Prytaneum Athenis* locus, in varia habitacula, aulas, & cameras diviſus, in quo Judices ſummo cum rigore juſtitiæ, Rerum publicarum cauſas agebant. Nam uti Halicarnaſſæus ait; *quæ ab iis* Prytanea *vocantur*, *erant loca publica ſacra, quorum cura pertinet ad eos, qui ſupremum Magiſtratum in Republica obtinent*. Vel, ut alii volunt, in quo emeriti milites, ſenectute, & infirmitatibus preſſi, communibus ſumptibus, magno noſtris Principibus propoſito exemplo, alebantur. Quod inſtitutum cum placuiſſet *Adriano*, ſimile quid in ſua *villa* machinatus eſt. Atque hæc ſunt, quæ pro innumerabili rerum memorandarum copia & multitudine, paucis explicanda cenſui.

Jam verò nihil aliud ſupereſt, niſi ut poſt ſingularum partium expoſitionem totius *Villæ* ab *Adriano* in *Tyburtino agro* incomparabili magnificentia exſtructæ ichnographiam hîc appoſitam luculentius contemplemur. Hanc Eminent.mus *Franciſcus* S. R. E. Card.lis *Barberinus*, multorum Literatorum deprecatione impulſus, primus novo auſu in Reip. Lit.riæ augmentum ornamentumque partim ex *Pyrrhi Ligorii* Architecti delineatione, olim juſſu Card.lis *Hippolyti Eſtenſis* peracta, compilatam partim opera & ſtudio *Franciſci Contini* viri rerum antiquarũ peritiſſimi denuò ad incudem reductam nova dimenſione emendatam omnibuſque numeris tandem abſolutam æri incĩdi curavit, tã exacta cura & diligentia, ut ad ejus perfectionem nihil amplius accedere poſſe videatur; quam & huic præſenti *Latii* operi inſeri juſſit. Cum verò dicta ichnographia major eſſet, quam ut Libro commodè imponi poſſet, nos pro mole operis ad faciliorem ſingularum partium comprehenſionem, in epitomen reductam, hic ob oculos exponimus curioſi lectoris.

BREVIS COMPILATIO

Præcipuorum Locorum, quæ in præſenti hujus Villæ *Ichnographia ſpectantur.*

Diſtrictus I literis ABCD ſignatus. *Theatrum* dictum fuiſſe *Ligorius* aſſerit; eò quod theatris, circis, hippodromis, aliiſque innumeris fabricis, uti porticibus, ambulacris, xyſtis, veſtibulis, delubris, cœteriſque locis, quæ tum ſcenicis tum gymnaſticis exercitiis ſerviebant, accommodatus fuerit. Habebat ſibi juncta innumera habitacula in uſum militum conſtituta.

Diſtrictus II litera E ſignatus, continebat eam *villæ* partem, quæ à varietate rerum ibidem expreſſarum Ποικίλη Pœcile à *Græciæ Pœcile* ſic dicta fuit; atrijs, ambulacris, periſtyliis, fanis, cameriſque confertus.

Diſtrictus III litera F ſignatus, monſtrat judicio *Ligorii* veſtigia BIBLIOTHECÆ *Adrianeæ*, quam *Adrianus* ingenti fabricarum ædificiorumque ad omnem commoditatem eorum, qui literis boniſque artibus incumbere deſiderabant exſtructorum congerie condiderat, theatris, ambulacris, templis, balneis, viridariiſq́ ſplendidiſſimam: & continet vicina fabricarum rudera, quæ ſignantur literis GHI.

Diſtrictus IV ſignatus litera K, *Canopus* dicebatur ad formam *Canopi Ægyptiaci* ab *Adriano* exſtructus; de quo fuſius in præcedentibus actum vide.

Diſtrictus

Diſtrictus V, ſignatus litera L, olim, uti *Ligorius* tradit, *Academiam* exhibebat more *Græcorum* ad *Athenienſis* ſimilitudinem *Academiæ* conſtitutam, *templo Apollinis*, aliiſque fanis & delubris, nec non theatris, porticibus, atriis, ambulacris, viridariiſque ad Philoſophantium uſum ſuperbiſſimè accommodatam:

Diſtrictus VI, ſignatus litera M, *Inferorum regnum*; & paulò poſt, *Campos Elyſios* ſumma fabricarum ad omnem amœnitatem exſtructarum varietate exhibebat.

Diſtrictus VII, ſignatus litera N, *Lyceum Athenienſe* exprimebat, aquæductibus cæteriſque fabricis, uti templis, porticibus, ambulacris, viridariis, balneiſque oppidò magnificum & ſplendidum.

Diſtrictus VIII, ſignatus litera O, *Prytaneum Athenienſium*, Veteribus militibus ſenio confectis ſuſtentandis deſtinatum.

Diſtrictus tandem ſignatus litera P Vallis erat, quam arboribus utrinque ad omnem amœnitatem diſpoſitis, nec non riguis limpidiſſimarum aquarum rivis excultam, *Adrianus* THESSALA TEMPE, ne quicquam jucunditatis Villæ ſuæ deeſſet, appellari conſtituit.

Quid verò Theatrales ejuſque fabricæ, quid *Pœcile*, quid *Bibliotheca*, *Academia*, *Canopus*, quîd *Lyceum* & *Prytaneum*, quid *Tempe*, *Inferorum*, *Elyſiorumque Camporum* regna ſibi velint, in præcedentibus primo hujus *Villæ* capite expoſuimus, ad quæ lectorem remittam. Ex hac itaque Ichnographica *Villæ Adrianeæ* deſcriptione, Lector, inviſam inauditamque hujus villæ magnificentiam (quâ nulla ex *Romanorum* ſumptuoſis fabricis ſplendidior, neque vaſtior, neque raritate ædificiorum illuſtrior viſa fuit,) ſat ſuperque colligere poteris. Quæ tamen abdito Dei judicio, non niſi ad 80 annorum durationem pertigit.

Atque ex hiſce Lectori luculenter patet labilis rerum humanarum conditio, quàm fugax rerum omnium memoria, quam nemo non ex ſtupenda hujus *Villæ* fabrica colligere poterit. Videbatur *Adrianus* æternam nominis ſui gloriam ſuperba & inviſa hac non *Villa*, ſed civitate integra eâ magnificentiâ, quam retulimus, exſtructâ ambire; ſed quàm citò illam exſtruxit, tam citò in ruinam data fuit, ita ut nullus Romanorum ſcriptorum præter *Spartianum*, qui ejus meminerit, inventus fuerit; *Antonino* ſucceſſore, primò in ejus ornamenta manus mittente, ut iis Thermas ſuas Romanas, quas condere conſtituerat, condecoraret. Ita dum unus gloriam furatur alterius, omnia tandem eandem viciſſitudinum varietatem ſortiuntur. Modò *Villa* hæc verè villarum Regina ita deformata jacet, ut non niſi cadavera & ſceletra palatiorum intuearis, omnia plena virgultis, ſpinis, ſenticetiſque obſita, & uti rectè Gobellinus *l.* 5. hiſtoriæ ſcribit: *Extra Vrbem*, inquit, *ad tertium milliarium* Hadrianus *Imperator nobiliſſimam* villam *exædificavit adinſtar magni oppidi, cujus extant adhuc Templorum ſublimes & celſæ teſtudines; cernuntur & aularum cubiculorumque ſemidiruta ædificia, viſuntur periſtyliorum, porticuum, piſcinarum, Theatrorumque faſtigiatæ moles; & ubi quondam ImperialeSolium cœleſti fulgore ſplendebat; ubique ſuperba fabricarum, hortorumque conſtructio* Elyſos Campos *æquare videbatur; ubi Purpurati ſedere magna cum poteſtate Tribuni, ibidem præter rubos & ſentes nihil reperias; Reginarum Cubicula, facta ſunt ſerpentum, viperarum, bufonumque habitacula; adeò rerum mortalium fluxa & inconſtans natura eſt.*

Interitus Villæ *magnificentiſſimæ.*

Paucis tamen hoc loco tam exigui temporis, quo *Villa* ſibi conſtitit, cauſam aperiam: latet enim ſub iis quidpiam Divinioris arcani conſilium; itaque ſic ſeſe res habet.

Cauſa deſtructionis Villæ.

Poſt abſolutam *Villæ* ſingularumque partium fabricam, nil aliud reſtare videbatur, quàm Encænia ſumma pompa & ſolennitate celebranda; & quoniam moris erat, poſt ingentes à Romanis

Cæſaribus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Cæſaribus exaltatas fabricarum moles, eas uni ex Diis conſecrare; hinc *Adrianus* in *Herculei* operis fabrica, *Herculi* ſolenne ſacrificium offerre conſtituit, veluti humani ſanguinis propitiatorium. Undè diabolico impulſus inſtinctu, Augurumque conſilio, *Adrianus* impias in innocuum *Chriſtianorum* ſanguinem convertit manus; at quoniam intellexerat, *Tybure Getulium* Senatorem eſſe, qui cum univerſa domo ſua Chriſtianam fidem non ſolùm coleret, ſed & innumeros alios, & inter cœteros *Cerealem* Cæſari intimum, ad eandem ſuſcipiendam traxiſſet, atque adeò gratius ſacrificium Cæſarem præſtare non poſſe, quàm ſi *Getulium* cum univerſa domo *Herculi* dedicaret *Tyburtino*. Dictum ac mox in executionem deductum, *Getulium* cum *Cereali*, *Amantio* & *Primitivo* ſibi ſiſti juſſit, quos acerbiſſimis verbis increpans, *Chriſtumque* ejurare præcipiens, cum in fide caute *Marpeſia* firmiores reperiſſet, poſt carceres & flammas ſuſtibus tandem trucidari juſſit; poſteà furorem convertens ad *Symphoroſam* & ſeptem ejus filios, quos comprehenſos ſibi ſiſtens, ad ejurandam fidem Chriſtianam exhortatus eſt, quod ni facerent, exquiſitiſſimis tormentis ſe morti tradendos ſcirent. Sed Sancti *Chriſti* Martyres tam exoptatam Martyrii coronam, jam dudum deſideratam, minimè negligendam duxerunt. Quarè omnes conſtanti in *Chriſtum* fide, & illibatæ Religionis amore mortem præ vita, æternæ vitæ præmia præ fluxarum opum, quas ipſis Cæſar, ſi *Chriſtum* ejurarent, promiſerat, caducitate elegerunt. Undè crudeliſſimis ad unum omnes mortis generibus ſublati fuerunt, ſalutis noſtræ anno 138, cum innumeris aliis *Romæ* multò antè comprehenſis, quos inter *S. Euſtachius*, cujus Archiſtrategum egerat, unà cum uxore & filiis unus fuit, ſuſtulit. Intereà occulta Dei operante vindictâ, *Adrianus* incognita quadam Medicis infirmitate, ſanguiniſque fluxu correptus, ut quorum inſontium Sanctorum Martyrum ſanguinem inhumana atrocitate effuderat, ſcelus proprii ſanguinis effuſione lueret, in ingentes animi mœrores cruciatuſque incidit, qui morbus uti à Medicis auræ *Villæ* inſalubrioris adſcribebatur, ita quoque ſtatim delicias *Bajarum* melioris cœli uſu Cæſarem mutata ſtatione, niſi mori mallet, frui debere, Medici præſcripſere. Quò profectus indies magis magiſque creſcente animi mœſtitiâ, eò deductus fuit, ut jam diuturnioris vitæ pertæſus, tandem Medico lethæum toxici poculum ſibi propinari præceperit; & cum Medicus manum in Cæſaris vitam mittere ſibi inconſultum teneret, fuga ſibi conſulens, id mancipio executioni mandandum reliquit, qui vel ipſius Cæſaris atrociſſimi minis, ni faceret, tandem adactus, poculum lethæum præbuit, ex quo protinus extinctus, meritas ſceleratæ vitæ tranſactæ pœnas dedit. Eccè manifeſtam Dei ob adeò ſævas in *Chriſtianos* perſecutiones exercitas vindictam. Refert *Spartianus* ante obitum *Adrianum* tenerrimo affectu ſequentes verſiculos protuliſſe;

Animula vagula, blandula,
Hoſpes, comeſque corporis,
Quæ nunc abibis in loca,
Pallidula, rigidula, nudula,
Nec ut ſoles, dabis jocos?

Vix in ejus locum ſucceſſerat *T. Antonius Pius*, cum eccè & ipſe novas in urbe Thermas excitaturus, cum de modo cogiaret, *villa* prætereà *Adriani* noviter exſtructa parum affectus eſſet, quidquid in *Villa Adrianea* pretioſum reperit, in ſuarum Thermarum ſplendorem contulit; quam deindè *Gothi*, & poſteà variæ revolutiones in ultimam vaſtitatem dederunt, ita ut à *Villæ* conditu uſque ad ultimam ejus ruinam, non niſi 80 anni interceſſerint. De *Getulii* ſociorumque Martyrio ita Baronius in notis Martyrol.

In Agro Tyburtino *exſtat vetus memoria jam collapſa, cenſeturque ille locus arenarium, ubi* S. Symphoroſa *prædictos Martyres ſepelivit.* De-

Sacrificii poſt Villam extructam mors fuit Chriſtianorum.

Cerealis *ad Chriſti fidem converſio & martyrium.*

Sympho-roſa *cum filiis morti traditur.*

S. Euſtachii *& ſociorum mors.*

Cæſar Adrianus *morbis inſolitis infeſtatur.*

Antoninus *ſuas thermas* Villæ Adriani *ornamentis inſtruxit.*

V indè

indè in Martyrologio Romano ita legitur:

Roma via Salaria *paſſio* Beati Getulii *clariſsimi & doctiſsimi Viri, ſociorumque* Cerealis, Amantii, *&* Primitivi, *qui juſſu* Adriani *Imperatoris à* Licinio *Conſulari detenti primò cæſi, deindè in carcerem truſi, poſtremò incendio traditi, cum nullo modo ab igne læſi fuiſſent fuſtibus illiſo capite Martyrium complevere, quorum corpora* Symphoroſa B. Getulii *uxor collegit, & in arenario prædii ſui ſepelivit.*

Locus in quo ſepulti fuere filiorum S. Symphoroſæ *corpora.*

Arenarium illud adhuc exſtat in *via Tiburtina* novem millibus paſſuum à *Tybure* diſſitum, in quo rudera adhuc pervetuſtæ Eccleſiæ à *Chriſtianis* primis olim in honorem SS. Martyrum exſtructæ ſpectantur, ubi & prædium *S. Symphoroſæ* fuiſſe traditur, & etiamnum poſſidetur à *Maffæis* ex Patritiæ nobilitatis Romanæ familia, ubi *Symphoroſa* & *Getulij* mariti ſui ſociorumque corpora depoſuit, & poſteà etiam ipſa cum ſeptem filijs eodem in loco depoſiti fuerunt; quem locum *Chriſtiani* poſtmodum Græca voce ad Septem βιοθανάτους, id eſt, ad ſeptem Martyres violenta morte mulctatos, vocarunt. Verùm cum ſucceſſu temporis *Longobardorum* invaſione Romanum Territorium flammis ferroque devaſtaretur, *S. Stephanus* Papa III hinc ablata corpora *Romam* tranſlata in Eccleſia *S. Angeli* in foro piſcario recondidit; ita Baronius:

ViàTyburtina *habetur nobilis & pervetuſta* S.tæ Symphoroſæ *memoria. Horum reliquiæ* Romam *tranſlatæ, ac noſtris temporibus inventæ ſunt in Diaconia* S. Angeli *in foro Piſcario, & unà cum ipſis plumbi lamina his verbis deſcripta:*

Hîc requieſcunt SS. Martyrum Symphoroſæ, *viri ſui* Zotici, *& filiorum ejus corpora à* Stephano *Papa tranſlata;* Getulius *etiam* Zoticus *dictus reperitur.*

Et ne quicquam hîc omiſiſſe videar, monſtratur etiamnum in Eccleſia *S.ti Vincentij* crypta ſummæ devotionis, in qua *S.ta Symphoroſa* cum ſuis filiis, ſævientis perſecutionis tempore, ſe abſcondere ſolebat, quam & *Baronius* citato loco innuit. In foro quoque *Herculei Templi* olim ulmus ſpectabatur, è qua *Symphoroſam* juſſu cæſaris capillis aliquamdiù ſuſpenſam ferunt, ex qua arbore in noſtra Tiburtini collegij Eccleſia adhuc crux formata ſumma cum veneratione exhibetur. Sed hiſce fuſius forſan, quàm par erat, occaſione Martyrum commemoratis, jam occeptum *Villarum Tyburtinarum* argumentum proſequamur.

Vlmus Tybure, *in qua* S. Symphoroſa *ſuſpenſa traditur.*

CAPUT IV,

Villa Syphacis *Regis* Numidiæ.

Contendentibus de ſumma rerum *Annibale* & *Scipione* in *Europa*, & in *Africa Syphace*, & *Maſſaniſſa Getuliæ* Rege, hic à *Syphace* Regno ſuo expulſus, omnibusq; bonis exutus, & ad incitas redactus; ſylvas oberrabat. *Syphax* itaquè ob ſubactum inimicum victoriâ inſolens, à *Scipione Romanorum* Duce tandem & ipſe poſt expugnatam *Carthaginem* ſubjugatus, præda *Romanorum* fuit. *Scipio Maſſaniſſâ* in regnum ſuum, quod ei *Syphax* violentiâ armorum eripuerat, reſtituto, *Syphacem* Regem *Romam vinctum* perduci juſſit, qui *Albæ* aliquantum temporis commorans, tandem in *Tyburtinam villam* ſibi paratam conceſſit, ubi infelicitatis ſuæ ſtatum deplorans, è quanto poteſtatis culmine cecidiſſet, conſiderabat, ut qui utriuſque Regni, *Romani* & *Africani* abſolutum dominium ſpe devoraverat, novercante fortuna in ultimum miſeriæ barathrum præcipitatum ſe videret. Nè verò tanti nominis Rex viliùs quàm deceret, viveret, *Romani*

propriis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

propriis expenſis ipſi *villam* ad habitationem non ſolùm commodam, ſed & delicioſis fabricis peramœnam reddidere, ubi & fatis ceſſit. Spectantur hujus *villæ* rudera etiamnum in *via Valeria*, in loco dicto ad *S. Marcellum*. Narrat *Ligorius*, fontem ſuo tempore detectum fuiſſe ex candido marmore, binis conchis, quæ aquam acceptam in alia extra poſita vaſa effundebant, constructum; tota verò moles ſuſtentabatur fulcris in formam pedum Leoninorum elaboratis. Detectum quoque eodem tempore, eodemque loco ſepulchrum in formam Crucis conſtructum, intra quod feneſtellæ cernebantur in circuitu collocandis accendendiſque lucernis deſtinatæ. Monumenti longitudo exterior 43 palmos, latitudo viginti æquabat. Interior verò longitudo 38 palm. latitudo in 13 palm. extendebatur. Inventa præterea complurima electiſſimi marmoris fragmenta, *Paulus V* Pontifex *Romam* adducta, ad fabricam Sacelli Deiparæ, Eccleſiæ *Sanctæ Mariæ Majoris* exornandam deſtinavit.

Fons Syphacis Regis.

Sepulchrum Syphacis.

§. I.

Villa Zenobiæ Palmyræ *Reginæ*.

ZEnobia filia *Odenati* Regina *Palmyrenorum* bis commiſſo cum *Aureliano Romano* Imperatore in *Perſia* prælio, tanta animi fortitudine ſe geſſit, ut cuinam parti victoria cederet, diſpici vix poſſet; tandem urbe, ad quam confugerat, obſidione cinctâ, & ipſa faſcibus *Romanorum* cedere coacta, ab *Aureliano* capta, & *Romam* in triumphum unà cum ſuis filiis ducta fuit anno, *Chriſti* 274. Inter cœteros Cæſarum triumphos & pompas, nulla, *Blondo* teſte, *Romæ* aut ſplendidior, aut magnificentior viſa fuit. Siquidem *Zenobia* tot tantiſque gemmarum cimeliis exornabatur, ut ponderi non ferendo ſe eſſe conquerens, ad nonnihil quieſcendum, pompam ſiſtere oporteret; pedes nudi aureis annulis veſtiebantur, manus catenis aureis ligatæ, nimio oculos fulgore perſtringebant, collum pariter catena ex puro auro circundatum erat, cujus extremitas à Perſico præcone tenebatur. In ſtuporem & admirationem rapiebant ſpectantium animos mirum in modum heroicæ Reginæ dotes naturæ in fœmina non viſæ ampliùs; inerat ei imperterriti animi vigor, Regiæ dignitatis ſplendor in vultu; robur mentis in capeſſendis opportunè conſiliis, in oculis ſupra modum vigentibus prudentia ſumma, incredibilis venuſtatis ſplendor in totius corporis habitu elucebat; tantus in dentibus ſub fuſci coloris temperie candor nitebat, ut margaritas eam in ore plerique, non dentes habere putarent: vox clara & virilis, ſeveritas ubi neceſſitas poſtulabat: caſtitatem ejus tantam fuiſſe ſcribit *Vopiſcus*, ut ne quidem maritum ſuum ſciret, niſi tentatis conceptionibus. Ipſa tandem utriuſque fortunæ proſperæ, & adverſæ jactum ingenti animo experta, ſolitariam vitam conceſſione Imperatoris amplexa, in villa quadam *Territorii Tyburtini* vitam ad mortem uſque peregit. Linguæ Perſicæ, Græcæ, Latinæ, Ægyptiacæ haud imperita; pedeſtri ambulatione ſæpè, lecticâ nunquam, equitando ſæpiſſimè ſe exercere ſolebat. In menſali apparatu ſplendidiſſima; in conviviis verò ad imitationem *Cleopatræ* Reginæ *Ægypti*, cui ſe ſanguine affinem eſſe dicebat, poculis aureis ingemmatis utebatur. De qua Petrarcha:

Triumphus Zenobiæ Reginæ in urbem.

Splendor & magnificentia Reginæ, aliæque naturæ dotes.

Linguarum peritiſſima.

Nel cuor femineo fù tanta fortezza
Che col bel viſo, è con l' armata chioma
Fece temer, chi per natura ſprezza.
Io parlo dell' imperio alto di Roma
Che con armi aſſacio, benche all' eſtrimo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Foſſe al noſtro Trionfo ricca ſoma.

Quam etiam antequam vitâ fungeretur, *Chriſti* fide imbutam fuiſſe, *Baronius in Annalibus ad annum* 274 tradit. Verùm de rebus geſtis hujus Reginæ qui plura deſiderat, is adeat *vitam Aureliani Imperatoris.*

Villa Zenobiæ *in* territorio Tiburtino.

Ubinam verò in Territorio *Tyburtino villa Zenobiæ* fuerit, Vopiſcus ſequentibus verbis, ubi de *Zenobia* agit, declarat. *Huic ab* Aureliano *Imperatore vivere conceſſum fuit; ferturque vixiſſe cum liberis jam more Romano, data ſibi poſſeſſione in* Tiburti, *quæ hodiè* Zenobia *dicitur, non longè ab* Adriani *palatio, atque ab eo loco, cui nomen eſt* Conche. Ex hiſce verbis *Ligorium* ſecutus dico, *Villam Zenobiæ* fuiſſe prope lacum, quam ſulphuratam vocant, thermarum nobilitate celebrem, ubi à *Marco Agrippa* fabricæ ſumptuoſiſſimæ ad uſum Thermarum exſtructæ, quibus & *Auguſtum Cæſarem* oppidò delectatum fuiſſe ſcribunt Authores, & in hunc uſque diem etſi ſemirutæ ſpectantur, de quibus infrà pluribus. Si quis *Zenobiam* hîc habitaſſe dixerit, is non incongruè ſenſerit; ſi verò ob aëris inſalubritatem locum hunc Regiæ habitationi incommodum aſſeruerit, is ſaltem mecum in vicino loco, ubi hodiè *prædium S*ti. *Antonii* in urbe ſitum eſt, *Villam* conſtitiſſe conſentiet, cujus manifeſto Veterum ædificiorum rudera, quæ inibi adhuc deteguntur, indicio ſunt, ubi & *Ligorio* teſte, tempore *Hippolyti* Cardinalis *Eſtenſis*, detectum fuiſſe marmoreum lapidem, in quo novem *Muſarum* imagines exitio opere elaboratæ ſpectantur, & non procul hinc in loco, quem *Collem Ferri* dicunt, à *Friderico Cæſio* Duce *d' Acquaſparta* inventas fuiſſe armillas aureas, ſimiliaque, quæ ad mundum muliebrem ſpectant, vaſa inventa fuiſſe, *Antonius del Rè* refert. Undè veriſimile eſt, in loco, ubi hodiè *prædium S*ti. *Antonii* cernitur, *Villam Zenobiæ* fuiſſe, in *colle* verò *Ferri* ejuſdem ſepulcrale monumentum, & planè *Vopiſci* deſcriptioni congruit. Nam in hunc uſque diem locus *Tybur* inter & *Lacum Albaneum* interjectus *Conca* etiamnum dicitur, & à *Villa Adriani* vix bis mille paſſibus diſtat, uti in Mappa Lectori patebit.

Sepulchrum Reginæ.

§. II.

Villa Mecænatis *poſteà* Cæſaris Auguſti.

Author *Syntagmatis Heroici* inter alia, quæ de *Mecœnate* tradit, eum ex Regio ſanguine priſcorum *Hetruriæ Lucumonum*, quos & Reges & Dynaſtas vocabant, exortum fuiſſe, & quidem ſtirpis ſuæ ultimum, quod haud dubiè ex Horatiano illo verſu (Mæcenas *atavis edite Regibus*) didicit. *Aldus Manutius* eum *Cilnium* quoque appellatum fuiſſe docet. Hic *Tyburtino agro* delectatus, uti rerum omnium opulentiâ florebat, ita quoque repudiatis rerum publicarum tumultibus, ſibi ſuiſque Muſis, in quas naturali pronitatis vi, veluti pondere quodam ferebatur, victurus, *villam* in ultimo *Tyburtinæ urbis* clivo, omni deliciarum genere confertam exſtruxit, quam modò ex ruderibus inſtaurandam duximus.

Tametſi *Ligorius* hanc *Villam* amplè deſcripſerit, quia tamen & ego ejus rudera ſingulis penè annis, quo *Tybur* mihi adire licuit, ſumma mentis reflexione examinavi, quid ex utriuſque deſcriptione veritati magis congruum fuerit, lectoris eſto judicium.


Subſtructiones Villæ.

Primò quidem verſus Septentrionem ſpectatur præcelſum dicti clivi præcipitium, cui *villæ* ſubſtructiones, quæ in hunc uſque diem integræ adhuc ſpectantur, innitebantur, opus ſanè adnè admirabile, quod ſanè vaſta ſua mole nulli ex *Romanorum* fabricis cedat, per cujus meditullium *Via Valeria* pandebatur ad *Samnites Pelignoſque* ituris; ſtupendis arcubus & camerarum

Via Valeria.

etiam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



trio numero

tuor habens
tum quatuor
tam aream.
ſubterraneæ

ubernii.
ab quo ſunt
us fuiſſe cre-
Capucini.
icula.
ſa, quorum
concavatis,
ndo.
omnes vili-
is, quæ pro

is tempori-
Coccanari,

uorum ille,
mis ab areæ
cœmento
Murus alius
olumnis.

ridiem,

ano à tribus
in quo erat
m diameter
ſtum ſparſis
mpoſiti, in
Delphinis
poſſidetur

itum habet

uę erat por-
ur rudera.
ubterraneâ,

i numero 3
uriebant.
ruderibus
n columna-
ic ad Seba-
ertinet.
craſſiſſimis

um ſubeun-

ltiori parte

quam qua-

ntiqua, ubi

tur,

gitudo con-

itiem dictæ

s dividens.
tii Eſtenſis
etri Angeli


longi muri

munis, qui

læ Pœcilis
ibus & coe-

8 Para-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Koninklijke Bibliotheek
Nationale bibliotheek van Nederland

Fold Out
FRONT PAGE

ProQuest

diadeis
from data capture to information publishing

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Koninklijke Bibliotheek
Nationale bibliotheek van Nederland

Fold Out
BACK PAGE

ProQuest
diadeis
from data capture to information publishing

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Totius Plani Villæ Adrianææ declaratio generalis,

In quo literæ majuſculæ denotant diviſionem à nobis factam omnium ſuarum partium in varia capita, in quibus partes omnes & membra principalia ædificiorum, & aliorum locorum ibi contentorum numeris notata & declarata ſunt in unoquoque Capitulo.

Via antiqua, ſilicibus ſtrata, quæ à ponte Lucano ad Villam ducit.

De ædificiis & antiquitatibus, quæ circa illam viam reperiuntur in fondis Vallium, litera A deſignatis.

CAPUT PRIMUM.

1 ATrium ingens 530 palmis longum, 365 latum, quod ſecundum Pyrrhum Ligorium pro Hippodromo ſervierat, nunc terra eſt Hieronymi Racciacari Tiburtini.

2 Cellulæ arcuatæ cum loculis ante introitum, collem magis elevatum adæquantes.

3 Murus gypſo explanatus atrium includens.

4 Porticus cornicibus adornatæ.

5 Scala in collem aſcendens.

6 Locus ovatus in formam Amphitheatri conſtructus, aquis ſtagnantibus plenus, ſpurcitiis plurimis & arundinibus coopertus, jam ſtagnum Joſephi Capucini vocatus. Totum hoc ædificium 250 palmis longum, 190 latum eſt.

7 Locus in quo domicilia & aliæ habitationes erant, quæ jam in ruinis jacent.

8 Locus apertus in modum atrii, qui parietes habet loculis ornatos, in quibus ſtatuæ collocabantur.

9 Aſcenſus, ſeu ſcalæ duæ, in altiorem collem aſcendentes.

10 Via ſupra collem, cum muris ab utroque latere.

11 Planities ſeu collis altior, ſupra ſecundi numeri cellulas circiter 18 palmis, poſſidetur partim à Dominico Florentino.

12 Templulum quadratum, ſeu ſepulchrum, in cujus quatuor angulis totidem ſunt cellulæ 32 palmis undecunq́, latæ, & tam illud Templulum, quàm circumjacentia, in poſſeſſione ſunt dicti Racciacari.

13 Habitatiunculæ, jam vetuſtate collapſæ.

14 Planities imæ parti vallis correſpondens ab altera parte Atrii numero 1 notati, cujus poſſeſſor eſt Joſephus Capucinus.

De partibus Theatri literâ B notati, ubi vinea erat Feliciani Ferraretti Ferrarienſis.

CAPUT SECUNDUM.

1 SCala aſcenſus in habitacula poſt Scenam.

2 Cubicula pro Tragœdis ædificata, ubi veſtiebantur, & ſe diſponebant ad prodeundum in Scenam.

3 Porticus poſt Scenam.

4 Scenæ Frontiſpicium.

5 Triangulus verſatilis.

6 Porticus in utroque proſcenii latere exiſtentes.

7 Proſcenium.

8 Orcheſtra.

9 Spatium in quo ſedes Senatorum.

10 Septem portæ introitus ad Orcheſtram.

11 Exterior Theatri Porticus.

12 Cochleæ ſex, quibus ad Theatri gradus aſcendebatur.

De ædificiis & habitaculis literâ C notatis, ſupra planitiem dictæ Vallis A notatæ, elevatis.

CAPUT TERTIUM.

1 ATrium cum Porticu columnis circumdato, à Pyrrho Ligorio pro Paleſtra habitum.

2 Area cum porticibus ſupra columnas elevatis, quæ, ſecundùm Ligorium, particularis quidam locus erat, in quo ſub tecto & ſub dio colluctabantur.

3 Cellulæ per duo latera dictas areas circumdantes, & adæquantes, quæ cellulæ ante introitũ loculos habebant ad ſtatuas recipiendas.

4 Porticus ſubterraneæ, quibus aqua ineſt.

5 Introitus ad dictas Porticus, è quo ſcaturit fons aquæ limpidiſſimæ, qui Palatii fons appellatur.

6 Locus è quo aqua iſta originem ſortitur.

7 Exhedra 83 palmis longa, 54 lata, intra quam quinque ſunt loculi cum periſtylio ſemiquadrato.

8 Cellulæ arcuatæ, quarum fornices è puriſſimo gypſo confecti etiamnum integri conſpiciuntur.

9 Aula in quatuor lateribus varie exornata, cujus principalis introitus vallem reſpicit, cui alia objacent domicilia.

10 Veſtibulum ſive Porticus tendens à Paleſtra, ſeu Atrio numero 1. notato, verſus Templum aut cellam numeri 11.

11 Templũ ſeu cella quadrata & regulariter ornata, quatuor habens Periſtylia, quorum tria habebant portas ad introitum, cum quatuor cubiculis circa angulos, & quatuor habitacula poſt dictam aream.

12 Locus in quo aliud erat contubernium, cujus partes ſubterraneæ ſolummodo videri poſſunt.

13 Tres habitaculorum ordines in quadrato dicti Contubernii.

14 Atrium aut Porticus dictorum Contuberniorum, ſub quo ſunt muri & columnę quæ teſtudines ſuſtinent, & aquæductus fuiſſe creduntur. Omnes hæ antiquitates in fundo ſunt ejuſdem Capucini.

15 Manſio alia vetuſtate collapſa, ubi diverſa erant cubicula.

16 Duo ædificia in plano, ceteris omnibus minus collapſa, quorum fornices anagluptis opificiis, quadratis receſſibus & concavatis, erant ornati, in quorum uno cavea eſt, cum cornice in fundo.

17 Cavea magna ſemicircularis, in qua tres ſunt loculi, omnes viliter adornati pumicibus colore viridi & ceruleo depictis, quæ pro fonte inſervierat.

18 Area dictis ædificiis & muris varie cincta, quæ noſtris temporibus Area aurea appellatur, ubi jam eſt vinea Vincentii Coccanari, & antiquitates poſſidet 15 ac partem 7 atque 11.

19 Muri craſſi, qui tria latera prædii D circumdant, quorum ille, qui Orientem reſpicit, ornatus eſt 16 forulis, 35 palmis ab areæ planitie elevatis, quas dividunt columnæ, è calce & cœmento factæ, forulæ iſte è pumice ut ſupra conſtructæ ſunt. Murus alius Occidentem verſus ſimiliter ornatus eſt forulis abſque columnis.

De prædio, ejuſque edificiis, quæ ſequuntur verſus Meridiem, literâ D notatæ.

CAPUT QUARTUM.

1 PRædium altius ſupra dictam aream 60 palmis, in plano à tribus lateribus ſupradictis muris numero 19 concluſum, in quo erat Templum ornatum columnis marmoreis ſtriatis, quarum diameter tres habebat palmas, ut è fragmentis earum per locum iſtum ſparſis videre eſt, ubi etiamnum ſunt duo capitella ordinis Compoſiti, in modum linguæ canis inciſa, unum ſupra aliud, & cum Delphinis loco Volutarum. Locus iſte jam ſpurcitiis plenus eſt, & poſſidetur à Dominibus Altovitis, cum planitiei parte numero 3.

2 Murus, ſupra quam tendit via ad prædium aſcendens.

3 Planum, ſive area extenſa ante dictum prædium.

4 Via ſubterranea tranſiens infra dictum planum, & introitum habet à plano verſus Occidentem.

5 Domicilia ad planitiem dictæ viæ ſubterraneæ, ante quę erat porticus Aquilonem verſus, cujus jam tantum conſpiciuntur rudera.

6 Planum latum verſus Occidentem, inferius ipſâ viâ ſubterraneâ, ubi nunc eſt vinea Heredum Dominici Gregoriani.

7 Aquæ ſecluſorium tres habens forulos in fronte plani numero 3 notati, ubi erant ſtatuæ, ſub quarum pedibus fontes ſcaturiebant.

8 Locus, in quo erat Porticus, jam ſpinis, ſentibus, & ruderibus coopertus, ubi conſpiciuntur fragmenta marmorearum columnarum igne combuſtarum, per totum locum ſparſa; ager hic ad Sebaſtianum Pace, cum planitie anteriori numero 3 notata pertinet.

9 Via aut planities aperta ante dictum Porticum, quod craſſiſſimis muris ſuſtinebatur à parte Vallis verſus Aquilonem.

10 Introitus cujuſdam viæ ſubterraneæ, dictam Porticum ſubeuntis, & ad alia ædificia ducentis.

11 Murus craſſus in præſens diruptus, prædium ab altiori parte ſuſtentans verſus Africum.

12 Scala, quâ ad dictum Prædium aſcendebatur, infra quam quatuor habitacula erant quadrata, & unum orbiculare.

13 Planum, in cujus uno latere procedit ſupradicta via antiqua, ubi nunc eſt vinea Hyeronimi Petruccii.

De Palatio & villa Pœcilis, quæ literâ E denotantur, & omnibus eorum partibus.

CAPUT QUINTUM.

1 ARea maxima verſus Aquilonem, cujus major longitudo conſtat palmis 1090, latitudo 490.

2 Cincta eſt muro inæquali numero 2 notato, quæ planitiem dictæ areæ continebat.

3 Via dictam planitiem tranſiens, eamque in duas partes dividens. Hic Orientem verſus eſt vinea Joannis Arquieri, Palatii Eſtenſis Veſtiarii, in altera parte verſus Occidentem eſt vinea Petri Angeli Longi Tiburtini.

4 Porticus verſus Aquilonem in fronte dictæ areæ.

5 Ingreſſus, & porta principalis Villæ, quæ in medio eſt longi muri duas Porticus dividens.

6 Murus 890 palmis longus, duabus Porticibus communis, qui adhuc integer reſtat.

7 Porticus ab altera parte dicti muri, quæ aream Villæ Pœcilis circuit, & loco columnarum paraſtatis è coctis lateribus & coemento edificata eſt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

8 Paraſtata, quæ ſola erecta manſit, de omnibus quæ ibi erant, cum dimidiatis columnis ab utroque latere, ſub arcubus Porticus.

9 Periſtyliatum Atrium, ſeu Villa Pœcilis, longum erat cum omni ædificio 1040 palmis, 435 latum, cujus area in duas æquales partes diviſa eſt, à via quæ tranſit per ejus medium, à prædicta porta uſque ad portam Meridionalem. Pars hujus fundi verſus Ortum, eſt ager qui excolitur pro Minerva Romana, jam conceſſus Domino Bulgarino; altera verſus Occaſum, eſt vinea Hyeronimi Rampani, Tiburtini.

10 Ambulatorium patens extra murum Porticus, quod caput dictæ Porticus cingit verſus occaſum, & vergit in latus verſus Meridiem, quod ambulatorium lapidibus coctis ex tranſverſo poſitis ſtratũ eſt.

11 Ambitus muri medio dictæ areę exiſtens, totius ædificii figuram repreſentans: ubi è qualitate loci, & relatione ejuſdem Rampani, qui vineam ſuam hîc decidere vidit, creditur piſcina fuiſſe.

12 Scala, quâ in depreſſiorem areolam deſcenditur.

13 Areola 136 palmis longa, 70 lata, ſub qua cellulæ quædam ad æqualitatem vallis.

14 Ædificium quinque cellularum ad æqualitatem areolæ.

15 Domus in fronte areæ numero 1 conſtructæ ad ſuſtinendam terram dictæ areæ, & ex illis ſolum conſpiciuntur ſeptem, ceteris in ruinis proſtratis.

16 Ripa quædam è lateribus coctis, prædia à valle dividens.

17 Locus ſenticetis opertus, ſupra maximorum ædificiorum igne combuſtorum ruinas, jam ſubterraneas, ubi Templum fuiſſe creditur. Eſt iſte locus Joannis Mingonis Tiburtini.

18 Scala, quæ à plano numeri 13 deſcendit ad fondum vallis.

19 Varii ordines ambulacrorum ex ligno; erant ea juxta contubernia ſub Porticibus areæ numero 9 notatæ.

20 Scalæ, quibus à fondo vallis aſcendebatur in plana dictorum contuberniorum, ſed non tranſibant planum ſuperius, ſub porticibus.

21 Cellulæ prædictorum contuberniorum, in tabula punctis ſignatæ, quia erant ſub dictis Porticibus, & omnes iſtæ erant liberæ, nam unaquæque ſolam habebat portam, quæ ſupradictis ambulacris ex ligno correſpondebant, & ſupra portam erat feneſtra ad recipiendum lumen. Omnes hæ cellulæ ejuſdem ſunt magnitudinis, & ex una parte habent 28 palmas, ex altera 21. In hiſce cellulis, milites ad Imperatoris cuſtodia corporis, contubernia habuiſſe fertur.

22 Murus 20 palmorum craſſitie, poſt dictas cellulas & domunculas, ad humiditatem arcendam, & terram fulciendam Periſtyliati atrii Pœcilis.

23 Vacuum unius palmi & quartæ latitudinem habens, intra dictum murum & murum cellularum, ut aer illuc pertranſiret, & aquæ avacuarentur.

24 Vacua relicta intra craſſitiem muri numero 22 facta ſicut loculi undecumque occluſi, & à nulla parte ingreſſus patebant.

25 Via in humiliore parte vallis ſub dictis contuberniis, foſſæ propugnaculi ſpeciem habens, cum muro reſiſtenti, ac planum obverſum continenti.

26 Fundum vallis 400 palmis latum, ubi nunc eſt vinea Andreæ Quagliozzi Tiburtini, qui univerſum planum dictarum cellularum ſimul cum foſſa poſſidet.

27 Locus, ubi ruinæ ædificiorum conſpiciuntur, denſis vepribus obſitæ, quæ in totum jacent proſtratæ.

28 Templum in fronte dictæ porticus duplicis verſus Ortum, quod quadrangularis eſt figuræ, ab una parte 77, ab altera 65. palmorum, cum ſuo hemiciclo 53 palmis lato, & ſeptem loculis dimidii quadrati ad ſtatuas collocandas.

29 Hemiciclum 53 palmis latum, quod habet infractum medii quadri cum loculo in fronte, in quo collocata fuerat ſtatua, aream maximam ſpectans.

30 Veſtibula duo, per quæ à dicto Templo ad aliud ædificium contiguum tranſibatur.

De ædificiis, quæ Ligorius pro loco Bibliothecæ ſumpſit, litera F notatis.

CAPUT SEXTUM.

1 PORticus circularis columnis ornata, 20 palmis lata, in ædificio, dicto Templo juncta.

2 Euripus, ſeu foſſa circularis 20 palmis lata intra ædificium medium & porticum; & totus hic locus eſt ſupradicti Joannis Arquieri, Eſtenſis Veſtiarii.

3 Ædificium circulare in medio porticus, & credibile eſt fuiſſe thermas, aut locum in aqualibus deliciis: ejus diameter eſt palmorum 120.

4 Principalis ingreſſus in dictum ædificium.

5 Area ante dictum ingreſſum, craſſis muris cincta, ad fulciendam terra, cujus planities altior eſt areæ maximæ num. 1 litera E, & iſta area ager eſt ſupradicti Rampani.

6 Veſtibulum à porticu circulari ad alium Porticum tendens.

7 Periſtylium, ſeu Atrium quadrangulum cum porticibus cingentibus, è columnis marmoreis Corinthici ordinis; quod Atrium 295 palmis longum, & 230 latum eſt, & in loco iſto vineam habet dictus Rampanus.

8 Veſtibulum in planitiem tendens verſus Aquilonem.

9 Fons & cubicula, quibus Porticus præbebat aditum.

10 Veſtibulum, quo ab angulo Porticus in aream tranſibatur.

11 Scala duplex intra dictum veſtibulum, quâ in ſuperiores Bibliothecæ partes aſcendebatur, & deſcendi poterat in dictam porticum circularem.

12 Habitacula diverſa primi plani Bibliothecæ, exaltata in lateribus & angulis, cum cellulis, cubiculis & ambulacris, exterius circum dictas exaltationes.

13 Area, aut planum ante ædificium Bibliothecæ, ad dictam Rampanum pertinens.

14 Scalula in aream num. 5 deſcendens.

15 Loculi tres, qui conſpiciuntur in craſſo muro dictæ areæ num. 5. in fronte introitus ædificii circularis numero 4.

16 Locus in modum Templi conſtructus, cum ſuis receſſibus & cubiculis, quæ ſecundum Ligorium loca erant ſtudiis dicata.

17 Murus ornatus loculis 610 palmis longus, aream Bibliothecæ num. 13. ſuſtinens & dividens à plano quod ante eam jacet, 15. palmis depreſſius.

18 Scala deſcendens in dictum depreſſius planum.

19 Planities, in qua veriſimiliter fuerat hortus ad recreationes ſtudioſorum, ubi nunc eſt vinea & pratum dicti Hyeronimi Rampani.

20 Porticus ornata columnis, quæ creditur fuiſſe ante dictum murum cum loculis.

21 Scala poſt dictum murum verſus Orientem, quæ aſcenſum præbebat in aliud ædificium altius.

22 Ædificium, cum diverſis habitaculis infra & ſupra terram.

23 Ambulacrum infra terram 150 palmis longum, quod ab una parte ædificii tendebat ad aliam.

24 Ambulacra duo, jam aperta, quæ dictum ambulacrum infra terram intrabant.

25 Locus ſubterraneus 92 palmis longus, ad quem ingreſſus patet per duas portas à dicto Ambulacro, & in fronte juxta introitum ſunt loculi, in quibus fontes erant, & ante dictum locum verſus Africum ſunt alia duo cubicula, in quorum fornicibns feneſtræ quadratæ, ſicut apertura putei.

26 Area, aut Atrium inferius verſus Aquilonem, ante dictum ædificium.

27 Scala duplex, quâ deſcendebatur ex dicto atrio in fundum vallis.

28 Locus ſubterraneus, ad æqualitatem fundi vallis, in cujus fronte ante introitum magnus eſt loculis, è rudibus pumicibus conſtructus, ſicut etiam fornis univerſa, & muri circumcirca: in quo loculo adhuc ſupereſt pedamentum, cui ſtatua inſiſtere deberet. Supra dictum locum alia erant ambulacra & cubicula, jam in totum diruta.

29 Planum ad æqualitatem areæ num. 13. in quo alia erant ædificia, quæ ſolo æquata jacent.

30 Domunculæ novem, ad æqualitatem dictæ planitiei, juxta quarum introitus erant loculi introrſum perforati, è quibus fontes ſcaturiebant.

31 Scalula in prima domo, quâ aſcendebatur ſupra fornicem loci num. 25, exitum habens in planum altius ſupra dictas domos, aut fontes.

32 Fragmenta quædam murorum, qui alias conſtituerant domos ſupra planum num. 29, quarum formæ, cum ſatis in ruinis jaceant conjectura ſumi non poteſt. Omnes ſupradictæ Antiquitates, ſunt in agro Hyeronimi Rampani.

33 Tres loculi cum una Porticu, ante quam introitus erat in viam ſubterraneam, ſub plano literâ G notato.

34 Porta, quæ ducebat in ambulacrum ſubterraneum, ſub plano 29. quod conduceret in ſpeluncas ſub plano literæ G, ſicut dicetur.

De ædificiis & aliis locis ſitis in ſummitate collis, literâ G notatis, pro maxima parte in poſſeſſionibus Dominorum Altovitorum.

CAPUT SEPTIMUM.

1 PORticus ſupra ripam verſus vallem ad Aquilonem, proſpectum in illam concedens, 800 palmis longa, latitudine circulari palmorum 25, columnis è marmore ſtriatis ornata, quæ trium palmorum diametrum habebant, illarùm quædam videntur fragmenta per illum locum diſperſa, quaſi ſuper invicem collapſa.

2 Area, vel hortus ante dictam Porticum, longa cum univerſo ædificio 890 palmis, 280 lata, in quo loco nunc eſt ſilvula turdis venandis apta.

3 Locus craſſis muris circumcinctus, introrſum loculis ornatus, ubi creditur fuiſſe hortus ſeparatus, vel avicularium, aut vivarium, qui longus eſt palmis 250, latus 160.

4 Porticus duæ in fronte ejuſdem, paraſtatis è cæmento conſtructæ.

5 Domicilium undecunque quadratum, cum atrio ſemiquadrato juxta introitum, ubi ſtatua in loculo collocata erat. In ingreſſu erat veſtibulum cum duabus cellulis.

6 Scalula deſcendens in ſpeluncas aut ambulacra ſubterranea, in tabula deſignata.

7 Feneſtra per quam in ſpeluncas intravimus, cum aliæ ſiniſtrorſum eſſent, lumen concedentes huic primo ambulacro, ruinis cooperto.

8 Ambu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

8 Ambulacrum ſubterraneum verſus Circium, feneſtras habens ſupra planitiem 29 literæ F.
9 Ambulacrum cum muris tranſverſim collocatis verſus Africum, ſed abſque feneſtris.
10 Ambulacrum verſus Zephyrum, abſque feneſtris, cujus fornix à parte introitus verſus Aquilonem laborata eſt opere muſaico minuto è variis coloribus, cum ramulis, foliis, & aviculis; ac in fine dicti ambulacri eſt loculus planitiei æqualis.
11 Via ſubterranea in medio dicti ambulacri, quæ ad quinque paſſus introrſum tendebat ad dextram, ubi locus ruinis oppletus eſt, ita ut tranſiri nequeat.
12 Porta, repertâ ſub terra, jam obſtructa, quâ introibatur in dictam viam.
13 Atrium ingens 360 palmis longum, 285 latum, quod erat ante ædificium ſupra dictas ſpeluncas, jam omnino ſolo æquatum.
14 Templum figuræ circularis, cujus dimidia pars erecta manſit, & ingreſſus ejus patebat ab atrio prædicto, cujus diameter eſt palmorum 60. parte interiore dicti Templi ornatâ 24 loculis, cum uno ingenti dimidium circulum habente ante introitum.
15 Cellulæ & ambulacra dicto Templo contigua, ſed in ruinis ſepulta.
16 Atrium longum 145 palmis, latum 110, cum duabus porticibus in extremitatibus, & caveæ duæ in fronte medii circuli, palmorum 40. in diametro, ſed ea ante introitum gradatim elevata erat à plano.
17 Ambulacrum opertum ducens ad Periſtylium num. 18.
18 Periſtylium 149 palmis longū, 103 latum, porticibus circumdatum, quarum fornices omnes picturis ornatæ, ſuper 24 columnas; & earum introitus ab omnibus quatuor lateribus reſpondebant habitationibus circumjacentibus.
19 Aula, longa 42 palmis, lata 38, dextrorſum & ſiniſtrorſum habitatiunculas habens.
20 Exhedra, ſeptem loculis ornata.
21 Veſtibulum aut aditus, ducens ad alia ædificia verſus Zephyrum.
22 Templum octagonium, diametri 46 palmorum, cui in quatuor lateribus 4 portæ erant invicem obverſæ; & in cæteris quatuor loculis, ſinguli cum diametro 13 palmorum, ac in 8 angulis octo erant columnæ.
23 Cubicula, quæ inſervire debebant ſacerdotibus Templi.
24 Area, 290 palmis longa, 245 lata, porticibus depictis ornata, cum columnis è calce, cæmento & lapidibus coctis; & iſta area nunc vocatur à Tiburtinis Area Aurea ſupra Collem, ad diſtinctionem aliæ Areæ Aureæ, quæ eſt in valle.
25 Porticus juxta aream producta, ad omnia ædificia verſus Aquilonem ducens.
26 Areola, ſupra ripam proſpiciens, per planitiem inferiorem, ante illam.
27 Exhedra, loculis, ſtatuis & columnis ornata, cum cellulis diverſis, & ambulacris ab una & altera parte.
28 Atrium ingens, 80 palmis longum, 50 latum, tres portas habens in ambulacrum num. 25. ducentes, in cujus fronte ſeptem erant loculi, cum ſtatuis ibidem collocatis.
29 Cubicula diverſa, quorum quædam quadrata, quædam ſemirotunda.
30 Exhedra ſpatioſa, cum ſpelunca in medio ante introitum, tantæ profunditatis, ut ſextam circuli partem adæquaret, ſtatuis ornata in loculis, & inter eas erant Columnæ marmoreæ rutilantes ſtriatæ, cum quatuor fontibus in 4 angulis, & in medio erat rotunda vel octangula, cum columnis marmoreis politis, abſque ſtriis. Totius ædificii menſura ab una parte erat palmorum 102, & ab altera 118.
31 Habitationes ex utraque parte exhedræ, ſibi invicem correſpondentes.
32 Ambulacrum apertum, ab area nu. 24. deſcendens in planitiem depreſſiorem ſupradictam.
33 Locus ſentibus obſitus, ubi diverſæ erant cellulæ rotundæ, & quadratæ, loculis & aliis opificiis ornatæ, quæ omnia ſolo æquata ſunt, & è fundamentis nihil aliud ſumi poteſt, quam quod hac mappa deſignatum. Hoc totum humile planum olivetum eſt Sebaſtiani Pacis.
34 Piſcina ovatæ 170, palmis longa, 110. lata, cum duobus propugnaculis vallem verſus.
35 Ambulacrum aut via in fundo vallis, longa 1445 palmis, lata 28.
36 Receptaculum in dicta via, loculis ornatum.
37 Angulus excurrens in planum Piſcinæ, ubi veſtibula quædam, cum diverſarum inventionum ſcalis, aſcendentibus in planum literæ G.
38 Viæ ſubterraneæ infra collis ripam tranſeuntis aditus duo.
39 Via ſubterranea, quæ totum collem trajicit, & ſubter ædificia, & Templum octangulum vadit.
40 Via ſubterranea, ſub collis ripa uſque ad Inferos.
41 Ambulacrum & Porticus verſus Africum, tecta, & columnis ornata, ſimilis aliæ nu. 25. & hæc verſus Zephyrum tranſibat in porticum poſt habitationes Exhedræ.
42 Area ante dictam porticum.
43 Area circiter 15 palmis quam ſupradicta depreſſior.
44 Locus, ubi magnum erat ædificium ſeparatum, planè jam ſolo æquatum, & ruinæ jacent ſub vepribus ſepultæ.
45 Agri circa dictum rubetum, qui Dominorum ſunt Altovitorum cum omnibus ſupradictis antiquitatibus, ac rubetis, & univerſo ſolo dictorum prædiorum.
46 Porta, tranſiens in Periſtylium ad nobile planum ſuperiorum partium ædificii verſus Occidentem.
47 Periſtylium vel Atrium 225 palmis longum, 134 latum, circumdatum porticus; ornatis 40 columnis, ſub quibus ſpeluncæ ſunt, quæ etiamnum integræ perſtant, picturis nobilitatæ, ſed quarum colores longitudine temporis evanuerunt.
48 Quatuor frontiſpicia murorum, quæ loculis erant ornata, & ſtatuis ante arcus porticuum.
49 Ambulatoria aperta 18 ½ palmis lata intra dictos muros & Porticus.
50 Habitaculum hibernale verſus Auſtrum.
51 Domicilium exiliens in angulis cum quatuor cubiculis, ubi portæ ſunt ſibi invicem correſpondentes, & balneum creditur fuiſſe privatum.
52 Aula penſilis, cum pavimento marmoris albi, in morem muſaici operis.
53 Atrium ante aream.
54 Area ante dictum domicilium.
55 Domicilium æſtivale verſus Aquilonem.
56 Scala deſcendens in domicilium & inferiora cubicula, & in ſpeluncas ſub porticus nu. 47. ſupradictis
57 Area depreſſior, & ſentibus obſita, ante dictum domicilium.
58 Ambulacrū ſubterraneū, à dicto domicilio tranſiens ad thermas.
59 Thermæ ſupra dictam aream, in totum jam dirutæ.
60 Thermæ Laconicæ, vel ſudatorium figuræ circularis, palmorum 52 diametri, quæ tantum lumen habebant in medio fornicis, ubi æneum erat operculum, quo extollendo & demittendo Laconicæ calor temperabatur.
61 Domicilium octagonum, cum 4 loculis, ab ovali figura extractum, quod in medio totius ædificii cæteris magis integrum manſit, & 5 portas habet, exeuntes in omnia alia cubicula, quæ illi circumjacent. Supra coronidem cui teſtudo ſuper impoſita videntur quatuor ſunt canales latericii, intra muri craſſitiem, per quos vapores calidos ad calefaciendū cubiculum aut balneum immittebant.
62 Ædificium, in cujus medio ambulacrum erat cum cellulis liberis ab utraque parte, & tribus hoſpitiis familiæ recipiendæ.
63 Quatuor portæ, exeuntes in viam ſubterraneam, ad ripam altum prædium ſuſtinentem num. 13. quæ via tranſit ſub ædificium verſus Zephyrum, & intrat in alias vias ſubterraneas.
64 Via ſubterranea ſub prædio num. 13, intrans in aliam viam ſubterraneam.

De ædificiis ſupra planum inferius verſus Occaſum, literâ H notatum.

CAPUT OCTAVUM.

1 Area longa 590 palmis, lata, 130 ſupradictâ inferior, circiter palmis 20.
2 Principium dictæ areæ verſus Aquilonem, ubi erant cubicula quædam.
3 Via ſubterranea ſub dicta area, quæ in parte Aquilonari intrabat ſpeluncas ſub Pœcilis porticibus, tranſiens ſub templo in initio earum, ubi eſt nu. 28 literæ E. & ab altera parte verſus Auſtrum introibat in alias vias ſubterraneas.
4 Atrium, per quod tranſibatur in ædificium in fronte dictæ Areæ.
5 Habitacula ab una & altera parte Atrii.
6 Aula, longa 73 palmis, 40 lata, quæ erat pulcherrima, & probe ornata, prout veſtigia etiamnum demonſtrant.
7 Domicilia duo ab utraque parte dictæ aulæ, quorum unumquodque cubiculum habet quadrangulum 53, palmis longum, 31 ½ latum & aliud biangulum cum uno latere recto, & altero circulari, ſicut & cavea medii circuli.
8 Porticus duæ in lateribus dicti ædificii, una verſus Aquilonem Æſtivalis, & alia verſus Auſtrum Hibernalis.
9 Hemiclum, vel cavea magna medii circuli, habens diametrum 105 palmorum, cum quinque portis exeuntibus in dicta cubicula, aulam & porticus, & cum duobus loculis, ornatis ſtatuis.
10 Atrium quadratum, ubi in aliis tribus lateribus tres aliæ ſunt caveæ prædictâ minores, ac minoris proportionis medii circuli; & dictum atrium ab omni latere eſt palmorum 157, vacuum autem cavearum minorum eſt palmorum 80, & alia major habet palmos 105, conformis aliæ huic obverſæ.
11 Planum, vel area ante porticum dicti ædificii verſus Auſtrum depreſſior areâ nu. 1. palmis 6.
12 Facies balneorum ſequentium, duobus magnis loculis, & tribus minoribus ornata, in quibus erant ſtatuæ, quarum pedamenta adhuc conſpiciuntur.
13 Areæ ante balnea verſus Ortum, 132 palmis longa, 50 lata.
14 Cubiculum quaſi ovatæ figuræ, in cujus lateribus duo erant fontes, loculis ornati & muri laminis marmoreis variegatis incruſtati.
15 Cubiculum octangulare cum ſeptem portis, & quatuor lateribus rectis ac 4 convexis, Epoditerii uſum habens, qui locus erat in quo exuebantur veſtes antequam balneum intrarent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

16 Cubiculum Laconicum, hoc eſt ſudatorium circularis figuræ, lumen è medio hemiſpherii, ubi æneum operculum erat, accipiens.

17 Aula in medio faſtigii, cum duobus capitibus circularibus, ſed parvæ cavitatis.

18 Via ſubterranea, tranſiens ſub plano areæ ante faſtigium balneorum, quæ intrat in alias vias ſimiles, ſub ædificio vicino.

19 Area ante faſtigium dictorum balneorum verſus Favonium, longa palmis 260, lata 90.

20 Atrium, quod à dicta area abit in viam ſequentem.

21 Via, à planitie nu. 11, tranſiens in medium vallis Canopi.

22 Habitacula diverſorum cubiculorum in lateribus dictæ viæ.

23 Atrium, per quod tranſitur in ædificium & aulam nu. 24.

24 Area vel aula quadrata palmorum 152 ab omni parte, ubi verſus Zephyrum eſt cavea magna medii circuli, & diametri palmorum 108, quæ in medio habebat cellam etiam quadratam palmorum 43, profundam 35.

25 Area item quadrata, 84 palmis longa, $69\frac{1}{2}$ lata, cujus muri undique loculis & portis erant ornati. Totus hic locus cum aula nu. 24 eſt vinea Eugenii Falegnami.

26 Viæ ſubterraneæ, ſub dictis habitaculis in mappa punctulis notatæ.

27 Præcipuus introitus dictæ viæ.

28 Aditus viæ ſubterraneæ, quæ collem & prædium trajicit, literâ G. notata nu. 39.

29 Area ante ædificium, ubi alia erant balnea.

30 Atrium, ornatum 4 columnis marmoreis, & ſtatuis in loculis, in fronte ejuſdem.

31 Exhedra, longa palmis 124, lata 51, ubi ab Aquilonari parte Hemiciclum videre eſt, ſeptem loculis ornatum, in quibus erant ſtatuæ, cum duabus columnis fornices ſuſtinentibus ante Hemiciclum.

32 Cellulæ palmorum 21, ab omni parte, cum ſuis caveis ante introitum.

33 Aula quadrata palmorum 51 ab omni latere, cum ſua teſtudine crucis in modum impoſita quatuor archetypis Tiburtini in angulis, & ornata fictilibus figuris fuſis, albis ac puris, quæ adhuc integræ conſpiciuntur.

34 Aditus viæ ſubterraneæ, dictam aulam intrantis, ſed jam ruinis oppleta eſt.

35 Cubiculum quadratum palmorum 50 ab omni latere, quod pars erat balneorum verſus Occaſum, ubi habebatur frigidarium.

36 Cubiculum figuræ circularis, diametri 55 palmorum, quod inſerviebat pro Laconico, hoc eſt ſudatorio abſque aqua, lumen recipiens è medio hemiſpherii, ſicut de aliis dictum eſt.

37 Cubiculum pro tepidario inſerviens, palmis 65 longum, 39 latum, quæ proportio eſt unius quarti & duorum tertiorum.

38 Cubiculum, calidarii uſum præbens, cum tribus cellulis medii quadri, in quibus erant labra vel urnæ balneorum calidorum & tepidorum, ac poſt illud erat aliud cubiculum, in quo poterant eſſe fornaces ad calefacienda balnea.

39 Via ſubterranea, in ripa muri areæ 29, quæ via lumen recipit per quaſdam feneſtras quadratas, in fornice.

40 Porticus ſuper paraſtatas ante dictam aream, ad ſequentes cellulas aditum præbens.

41 Cellulæ ſubterraneæ ſub prædio literæ I. in ripa muri areæ 29, quæ cellulæ tres planities erant in mappa punctis notatæ, diverticula vilioris familiæ.

42 Scala duplex in dictæ porticus angulo, quâ aſcendebatur ad dictas planities; ſed nobile planum non adibat, in ultimo ſub nobili convoluta permanens.

43 Scala in altera parte porticus, quæ ad nobile planum aſcendit.

44 Aula nobilis plani longa palmis 100, lata 63, ſupra dictas cellulas ſubterraneas.

45 Xyſtus ante dictam aulam, reſpiciens fundum areæ 29.

46 Cellulæ vel aditus in lateribus, aut fronte aulæ, dicti Xyſto objectæ.

47 Aliæ Cellulæ ab utraque parte habitationibus deſtinatæ.

48 Murus 9 palmis craſſus inter dictas cellulas, in cujus craſſitie vacua depicta conſpicua ſunt, ſicut armaria muralia.

49 Duæ porricus ante faſtigium ædificii, in quibus erant portæ, aditum in aulam & cellulas concedentes.

50 Hemiciclum diametri palmorum 40, ubi 4 erant introitus, & ille in medio caveæ tendebat in veſtibulum, in quo Scala magna aſcendens in planum ſupra dictas vias ſubterraneas, ubi ſunt numeri 39.

51 Scala, à ſupradictis ædificiis deſcendens in aream nu. 54. literæ G.

De planitie ſequenti verſus Meridiem, & ejus ædificiis, literâ I notatis.

CAPUT NONUM.

1 PLanum ſupra collem, ubi olivetum eſt Eugenii Amici, Tiburtini.

2 Ædificiorum quorundam ruinæ, in quibus tantum conſpici poſſunt veſtigia porticus aut ambulacri 95 palmis longi.

3 Templum rotundum, quod extrinſecus in circuitu columnis ornatum erat, tanquam illud cingens ambulacrum, cujus diameter eſt palmorum 421, in quo loco & agris circumjacentibus eſt olivetum Petruſſiorum, Tiburtinorum.

4 Planities verſus Ortum ſupradicto depreſſior palmis 15, ſub qua ducit dicta via ſubterranea, nu. 40 notata, literâ G.

5 Muri ſuſtinentes dictum planum nu. 1. deſignatum.

6 Brachium anguſtius ſupradictâ viâ ſubterraneâ nu. 40. notatâ, literæ G. quod ſequitur directè verſus Auſtrum occidentalem, palmis 130 longum, quod totum ruinis occluſum eſt.

7 Via, quâ dictum brachium intratur, ab aliis differens, quia diverſa habet brachia, quæ alias vias demonſtrant, omnes terminatas longitudine palmorum 17, latas 5, & altas 7 palmis, & omnes è lapidibus excifis & conglutinatis conſtructæ ſunt, lumen recipientes per ſpiramina rotunda in earum fornicibus.

8 Planities humilior planitie nu. 4, palmis 15, à ſupradicta via ſubterranea nu. 40. literæ G. diviſa.

9 Locus, ubi erat ædificium in fronte plani nu. 4. cujus faſtigium Septentrioni obvertebatur, longum palmis 130, ſed jam plane eſt deſtructum, & ſentibus obſitum; & hæ binæ planities nu. 4. & nu. 8. ſunt oliveta Petruſſiorum.

De valle & Templo Canopi, literâ K. notatis.

CAPUT DECIMUM.

1 MUrus longus palmis 640, qui cum ſuis paraſtatis verſus vallem Canopi, ſuſtinet planitiem literæ I, & dicta vallis longa eſt palmis 882, lata 340, & locus hic eſt ſupradicti Roſati.

2 Canopi Euripus, 700 palmis longus, 200 latus.

3 Domicilia duo 20 cellularum in plano, quæ æquant & ſuſtinent prædium, quod illis objacet verſus Zephyrum, ubi in fornicibus ſecundi plani ſub prædio, videri poſſunt picturæ quædam cavernarum ſubterranearum.

4 Templum Canopi in fronte vallis, magni hemicicli figurâ, habens diametrum 75 palmorum.

5 Cellulæ duæ ab utraque parte Templi in primo introitu, cum loculis in fronte, in quibus duæ ſtatuæ collocatæ erant.

6 Porticus ſubterraneæ, à tergo & teribus dictas cellulas lambientes.

7 Quatuor ſpatia vacua intra craſſitiem muri in hemiciclo, longa palmis 6. profunda palmis 8 cum dimidio, gradatim facta, quo aqua ex iis prodiens altius ſcaturiret, & inter unaquæque erant loculi, ac in iis collocatæ ſtatuæ ſuorum Deorum.

8 Cellulæ in muri craſſitie poſt dictos loculos, in quas deſcendebant Sacerdotes, per foramen in medio fornicis, & reſpondebant iis, qui Deos benignos peterent.

9 Cavitas in medio Templi, profunda palmis 90, lata 21, cum quinque loculis per latera & una in fundo, ubi erat ſtatua Neptuni vel Canopi; & in quantum ferunt lineæ tranſverſim punctis notatæ in medio opertum eſt, ſed juxta arcum & in fundo apertum, ſicut atria duo.

10 Cubicula in parte Templi verſus Ortum, omnes jam ruinis involutæ.

11 Locus ſubterraneus ab altera parte Templi, latus extrinſecus circumdans, & lumen recipit per ſex feneſtras quadratas in fornice, tanquam aperturas puteorum, & hic undecunque picturis nitebat, prout veſtigia ſub dictis fornicibus oſtendunt, & totum hoc Templum ad eundem vallis Dominium pertinet.

12 Prædium altum ſupra dictum Templum, ubi fuit planum ſeu area ædificiis cincta, & nunc ibidem eſt vinea cum ericeto quodam Vincentii Tiburtini.

13 Ædificium, quod alterum debebat eſſe Templum, hemicicli formâ, loculis & ſtatuis ornatum, cujus diameter eſt palmorum 50.

14 Quatuor cellulæ ab utroque latere hemicicli, pro tranſitu inſervientes.

15 Duo alia cubicula juxta dictas cellulas.

16 Scala, à plano nu. 12, aſcendens in prædium literæ I.

17 Cubicula tria plano nu. 12, æqualia, ſupra quæ alia erant diverticula ruinis jam ablata.

18 Veſtibulum vel porticus à cubiculo nu. 15 ducens in aliam ſcalam, quâ aſcendebatur ſupra alia plana verſus Occaſum.

19 Planum, alteri nu. 12. notato æquale, quod tranſibatur verſus prædium prædominans valli Canopi.

20 Prædium dictæ valli prædominans, ſupradictis ædificiis nu. 3. fulcitum, in quo duæ ſunt vineæ, & ericeta, una Hyeroimi Palucci, & altera Joannis, Petri & Dominici Magnini à Cori.

21 Planum, quod ſe extendit verſus Occaſum, Circium, & Aquilonem, ubi ſunt vineæ, campi, & oliveta Domini Sebaſtiani Soliardi Tiburtini, & terminatur valle quæ Zephyrum reſpicit.

22 Muri, qui à tribus lateribus magnum prædium literâ L notatum ſuffulciunt.

23 Templum ſub prædio in angulo verſus Occaſum, æquale dicto plano 21, quod extrorſum eſt quadratum tribus lateribus clauſum, longitu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

longitudine 75, altitudine 58 palmorum, in quorum mediis tres ſunt portæ Templum introeuntibus, quod intus circularis eſt figuræ, diametri palmorum 43, altum ab Hemiſpherio ad pavimentum palm. 55. illud loculis ornatum, & ante portam eſt cavitas cum loculo in fundo

De prædio, & locis ad Academiam pertinentibus literâ L. *notatis.*

CAPUT UNDECIMUM.

1 SCala ſuper duo prædia altiora conducens.

2 Primum prædium, 630 palmis longum, 290 latum, in quo jam eſt olivetum ſupradicti Sebaſtiani Soliardi.

3 Locus, in quo erat porticus cooperta, cujus introitus juxta ſcalam, æqualis dicto prædio; in altera parte extat altera ſcala, in prædium altius aſcendens.

4 Planities dicti prædii, altioris priori palmis circiter 15. cujus ſitus juxta porticus longitudinem ſe extendit 630 palmis, latitudine palmorum 173, in qua eſt olivetum Joſephi Cæſaris Tiburtini; aliud planum quod ſequitur verſus Africum, longum eſt palmis 880, latum 493, ubi in præſens eſt vinea ejuſdem Cæſaris.

5 Templum extrinſecus figuræ circularis, ſupra aliud poſitum, nu. 23. literæ I. deſcriptum. Et hoc extrorſum ornatum erat 16 columnis marmoreis albis ſtriatis Dorici ordinis, quarum craſſities erat $3\frac{1}{2}$ palmorum diametri, quæ ſuſtinebant architrabes, ornamenta, & fornices marmoreos. Interior pars hujus templi figuræ octangularis erat, cum octo arcubus in lateribus $13\frac{1}{2}$ palmis latis, & Templi diameter erat in vacuo pal. $46\frac{1}{2}$. Quod Templum nunc ſolo æquatum eſt, ac in ejus loco fabricata fuit turris, cum tribus elevationibus, per ſupradictum Dominum Sebaſtianum Soliardi, loci proprietarium & hodie vocatur *Rocca Bruna.*

6 Murus cum ſüis ſuſtentaculis, longus 2340 palmis, prædium nu. 4. dictum ſuſtinens, & à plano depreſſiori verſus vallem dividens.

7 Planum ſupradicto circiter 20 palmis, humilius, & illud convenit cum plano nu. 21. literæ K. quod planum territorium eſt Domini Bulgarini, ubi tranſit via nuperrimè facta, ad ejus villã ducens.

8 Ædificium, extrinſecus quadratum, intrinſecus rotundum, cum variis diverticulis & cubiculis, jam ſolo æquatis, & ſentibus obſitis.

9 10 11 12 Quatuor loculi in majori circumferentia introrſum, æqualiter diſpartiti, invicem correſpondentes in quatuor partibus circuli, cujus diameter eſt palmorum 120.

13 Quatuor cellulæ biangolæ, cum uno latere recto, & uno medii circuli, quæ omnes correſpondent quatuor angulis extra totum ædificium, quarum unaquæque longa eſt palmis 30, lata 29.

14 Quatuor veſtibula ante dictos loculos, quæ inſerviebant tranſeuntibus in atria & Porticus, quorum latera portiones ſunt circuli.

15 Quatuor atria figuræ circularis, diametri 10 palmorum, quæ reſpondent 4 lateribus exterioribus.

16 Porticus rotunda, palmis 10 lata, columnis ornata, cingens aream in ædificii medio, diametri 60 palmorum, cujus pavimentum erat varium è lapidibus ſerpentinis, Porphyreis, marmoreis nigris & albis.

17 Porticus atrio principali contigua, p. 75 longa, 19 lata, cujus pavimentum erat operis muſaici albi & nigri.

18 Porticus verſus Africum, ante atrium principale ædificii, longa palmis $303\frac{1}{2}$, lata 16.

19 Periſtylium vel area Academiæ, cum porticibus & columnis ab omni latere, quarum pavimentum erat varium ex opere muſaico nigro & albo, cum lapidibus quadratis porphyreis, ſerpentinis & marmoreis. Longitudo periſtylii eſt palmorum $303\frac{1}{2}$, latitudo 173.

20 Cubicula ad latus periſtylii ſupradicto ædificio contigua, quorum unumquodque longum eſt palmis 40, latum 22, & ſupra eadem alia erant cubicula nobilia, ut patet ex muris ſuperius erectis.

21 Introitus præcipuus verſus Circium.

22 Veſtibulum, à porticu periſtylii alteri ædificio reſpondens.

23 Atrium cum duobus frontibus medii circuli, ornatum loculis, portis, & duobus habitaculis ab adverſis partibus.

24 Area ante faſtigium Templi, quod faſtigium ornatum erat tribus portis, in templum intromittentibus, & duobus loculis inter illas. In latere verſus Africum habebat cellulam porticui periſtylii correſpondens.

25 Templum Appollinis, prout dicit Ligorius, quod ornatum erat 20 columnis compoſiti ordinis, & duobus tertiis extra murum, factis è cæmento murali, quarum baſes, capitella, finbriæ, & fornices erant è terra cocta, diligentiſſimè elaborata. Supra hunc ordinem, alius erat ordo huic ſimilis, & inter ejus columnas decem loculi, in iiſdemque decem ſtatuæ collocatæ, inter quas decem feneſtræ. Diameter interior Templi eſt palmorum 62, & in totum decem habet portas.

26 Domicilium diverſorum cubiculorum ad latus Templi verſus Septentrionem orientalem, ubi in angulo erat ſcala, quâ deſcendebatur ad planitiem depreſſiorem verſus Septentrionem & Orientem.

27 Locus apertus, palmis 80 longus, 66 latus, ubi, ſecundum Ligorium, occludebantur victimæ, quæ ſacrificabantur in Templo.

28 Alter introitus verſus Zephyrum, quo deſcendebatur in dictam planitiem depreſſiorem.

29 Alter introitus ad latus ſupradicti, in quo eſt loculus magnus in uno latere, parvæ cavitatis.

30 Porticus ſeu Xyſtus ante dictum introitum, tranſiens ad planitiem verſus Zephyrum, ubi alia erant ædificia. Omnes hæ antiquitates hodie ſenticetis opertæ, & earum poſſeſſor eſt ſupradictus Joſephus Cæſar.

31 Planum ubi ſupradicta erant ædificia, in quo Dominus Bulgarinus, loci herus, fodere fecit intra eundum xiſtum & ſtabulum ſuum, ubi ſub terra invenit cellulas quaſdam ruinis oppletas, è quibus extraxit duo candelabra marmorea ſicut folia inciſa, cum pedibus triangularibus, & cellulæ foris figuris anaglyphicis ſatis bene exſculptæ erant. Illa candelabra jam ſunt inter antiquitates Cardinalis Barberini.

32 Planum humilius palmis 15, in quo eſt vinea Marcelli Freſciati, & oliveta aliorum Dominorum.

33 Murus craſſus, prædium ſuſtinens, quod illi incumbit verſus Ortum auſtralem, notatum nu. 31, in quo muro ſeptem erant loculi, hoc eſt, quatuor medii quadri, & tres medii circuli, & inter eos octo loculi minores medii circuli.

34 Fons ſuper dictum prædium, medio lateris dicti muri correſpondens, qui foris & intus rudibus tartaris incruſtatus, in cujus medio conſpicitur ſtylobata, quæ ſtatuam ſedentem habuerat, & illius pars pallii infra genua pendentis inventa fuit, quam emit Card. Barberinus.

35 Domicilium, in quo nunc eſt ſtabulum & fœnile D. Bulgarini, conſtructa ſuper antiquitates, quæ è tantis ædificiis, olim hîc erectis, ſolum integræ reſtant.

36 Porticus ſubterranea in ripa vallis verſus Africum, in quam aliæ intrabant viæ, tranſeuntes ſub plano nu. 31, ut è punctis notatis videre eſt, adeo ruinis oppletæ, ut permeari non poſſint, exceptis quæ in tabula conſpiciuntur.

37 Locus, ubi Dominus Bulgarinus erexit domum ruralem, partim ſupra antiquitates & cavernas, ac partim ſuper fundamenta.

38 Ædificium pulcherrimi Templi, quod ita deſtructum eſt, ut nulla ejus poſthac veſtigia inveniri poterint, & in totum longum eſt 206 palmis, 180 latum.

39 Duæ caveæ vel loculi in lateribus cellulæ Templi, ubi duæ erant portæ in illam intromittentes, è quibus caveis unica reſtat erecta, & reliquum plantæ omnino è fundamentis effoſſum eſt: dicta cellula longitudinem habet palmorum $83\frac{1}{2}$, latitudinem 47. quæ ornata erat columnis flavis politis, cum capitellis & fornicibus marmoreis inciſis, quarum vidimus aliquas particulas igne combuſtas.

40 Porticus ſubterranea, lumen recipiens per quaſdam feneſtras, ſupra quam alia erat porticus. ornata columnis, quæ ab omni latere templum cingebant.

41 Planta Theatri, cujus ruſticus xyſtus faſtigii, verſus Circium, tantum integer manſit, reliquum ſub terra eſt ſentibus tectum, quæ ad Dominum Bulgarinum pertinent, cum omnibus olivetis circumjacentibus.

42 Ambulacrum in fronte Theatri poſt ſcenam, longum palmis 214. latum 12; in quo erant tres portæ à ſcena in ambulacrum immittentes.

43 Duo ambulacra in fronte ſcenæ, unum ſupra aliud, quæ ornata erant 24 columnis, compoſiti ordinis, quarum inferiores nigræ erant & candidæ, & ſuperiores è marmore Thaſio duriſſimo lutei coloris cum maculis rubeis, omnes ſtriatæ. Ambulacri longitudo erat palmorum 160, latitudo 15; ſub eoque viæ ſubterraneæ Theatrum ambientes.

44 Cavea medii circuli in Theatri medio, longa palmis 35, lata 24.

45 Via ſubterranea ad Inferos deſcendens.

De valle, & viis ſubterraneis ad Inferos, literâ M *notatis.*

CAPUT DUODECIMUM.

1 VAllis Inferorum longa 635 palmis, lata 72. cum ripis è rudibus lapidibus exciſis in collis plano, in quo eſt vinea Auguſtini Chiappini. Supra ripam vallis in plano 32 literæ L, eſt olivetum Andreæ Scarſelli; ſupra altram ripam oppoſitam in plano verſus Ortum Septentrionalem, eſt olivetum Flaminii Bertonis pharmacopolæ, adjacens vineæ ſupradicti Marcelli Freſciati, nominati ad nu. 32. literæ L.

2 Loculus in fronte vallis, è lapidibus rudioribus laboratus, ſicut tartaris & tuſis, & inſerviebat pro fonte, latus palmis $26\frac{1}{2}$, & profundus 35.

3 Duæ viæ ſubterraneæ, ad quas duæ aperturæ in vallis ripa præbebant aditum, diſtantes à dicto loculo palmis 75; ſed in illam verſus ortum Septentrionalem intrabat ſupradicta via ſubterranea, prodiens è partibus villæ verſus Aquilonem, notata nu. 7. literæ I.

4 Duæ aliæ aperturæ dictæ viæ loculo correſpondentia.

5 Domici-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

5 Domicilium deſignatum per quaſdam fundamentorum ruinas, ſuper ripam vallis verſus ortum ſeptentrionalem, in quo loco erant ædificia, ſicut etiam ab altera parte quæ omnimodo deſtructa, & propterea impoſſibile fuit ea hic deſignare.

6 Duæ aliæ viæ ſubterraneæ à ſupradictis diſcedentes, per quas tranſiri poterat in vias magnas inferorum, & lumen recipiebant ab aperturus rotundis, ſicut puteorum, in medio fornicum.

7 Locus à cavernis magnis inferorum occupatus, in quo, ſecundum Ligorium, campi erant Elyſii, & jam literâ A, eſt olivetum Domini Bulgarini. Literâ B, eſt olivetum Dominæ Taraſconeæ. Literâ C, eſt olivetum Dominici Valerii. Literâ D, eſt vinea Hieronimi Cenci. Litera E, eſt olivetum fratrum S. Angeli Tiburtinenſium.

8 Alia via ſimilis, longa 300 palmis, qua ex ſupradicto plano 32, literæ L, ducebantur in angulum primæ viæ.

9 Viæ duæ majoris ſubterraneæ, unaquæque longa palmis 1400, cum 58 aperturis rotundis in fornicibus, diametri palmorum 8. & elevatis uſque ad planitiem campi ſuperioris palmis circiter 8. latitudo viarum eſt pal. 21, & altitudo à ſummo fornicis ad pavimentum pal. 21.

10 Via tranſverſa intra dictas, 600 palmis longa, cum undecim aperturis ſimilibus ad lumen.

11 Via tranſverſa ab altera parte dictæ, longa 490 palmis; cum decem ſimilibus aperturis.

12 Locus, ubi aliud erat ædificium diſſitum à valle inferorum palmis 170, ſupra planum verſus ortum ſeptentrionalem, in quo reperiuntur ſeptem cubicula ſubterranea ſub monte è ruinis facto, denſis vepribus cooperto ſic locus turdis capiendis, aptus, & à parte verſus ſeptentrionalem magnum eſt ſenticetum, quod ſe extendit uſque ad vallem, & omnes hi agri ſunt D. Bulgarini.

13 Locus, ubi conſpicitur murus dirutus, qui ſitum circum Inferos ambierat, de quo judicari nequit quamobrem factus fuerit.

De arcubus Aquæductuum, & planis circumjacentibus, & de loco Licæi, notatis literâ N.

CAPUT DECIMUMTERTIUM.

1 AQuæductus longus à porticu Licæi uſque ad ſupradictum Theatrum nu. 41. literæ L. palmis 2200, qui medium villæ permeabat, partim ſupra arcubus, & partim ſupra muris craſſis, qui diverſos faciebant angulos, & prædium ſibi imminens verſus Ortum ſuſtinebant.

2 Planum verſus vallem, quod fruges producit, in poſſeſſione Eccleſiæ S. Joannis Evangeliſtæ, Tiburtinæ.

3 Ager lentuli Tiburtini.

4 Olivetum Tullii Roviani, ab altera parte arcuum aquæductus.

5 Olivetum Petri Pauli Peruſini.

6 Muri antiqui adeo devaſtati, ut judicari non poſſit cui rei inſervierint.

7 Olivetum Doralices Portacaſæ.

8 Vinea Michaelis Angeli Vicecomitis.

9 Murus longus 960 palmis, ſuſtinens prædium verſus Meridiem.

10 Duæ porticus Licæi columnis ornatæ, 600 palmis longæ, 28 latæ, muro quodam ab invicem diviſæ, cum tribus arcubus pro tranſitu, quarum porticuum una reſpicit Septentrionem, altera Meridiem. In quatuor extremis qnatuor erant caveæ medii circuli.

11 Domicilia quæ integra permanſerunt cum una ſcala, quæ membra erant Licæi, in uno eorundem à modernis fabricata fuit turris, quam Tiburtini turrim ferratam appellant.

12 Locus, in quo alia erant ædificia & habitacula Licæi, quæ omnia proſtrata & ſub ruinis jacent, quorum ſitus tantis vepribus obſitus, ut tranſiri nequeat.

13 Planum ante ſupradictam Porticum verſus Septentrionem, 990 palmis longum, 214 latum, à prædicto muro nu. 9. ſuffultum, ubi olivetum eſt Petri paſticæ uſque ad turrim, & à parte verſus Ortum eſt olivetum Joannis Salvati.

14 Murus craſſus jam dirutus, cum vacuo in ejus craſſitie, quod aquæductum eſſe demonſtrat.

15 Planum iu fronte porticus Licæi verſus Meridiem, in quo vinea eſt Getulii Sebaſtiani.

16 Laculus aquæ ferrei ſaporis, quam Tiburtini Aquam Ferratam nominant, qui partem Inferorum irrigare debebat.

17 Locus, in quo fuit via ſubterranea, jam vaſtata ruinis, & aquis plena: omnes ſi agri, cum lacu, & parte antiquitatum, in quibus Turris eſt, ad Lentulum Tiburtinum pertinens.

De loco, ubi olim fuit Pritanæum, qui jam vocatur Collis Sancti Stephani, literâ O notato.

CAPUT DECIMUMQUARTUM.

1 ECcleſia moderna à Chriſtianis ædificata, cum atrio ante portam, ab utraque parte cellulas habens. Eccleſia etat trium fornicum ſupra columnis, medius longitudinem habet palmorum 90, latitudinem 42, alii duo lati palmis 17½, veſtibulum rotundum in fronte 32 palmorum diametrum continet.

2 Ambulacrum ſeu domicilium 50 palmis longum, 18 latum, in quo verſus Zephyrum veſtibulum erat.

3 Templum ſexangulum, cujus diameter 42 palmis metiebatur, ubi in angulo verſus Zephyrum, angulatum periſtylium erat, latum 14, profundum 15 palmis.

4 Diverſa Cubicula quadrata, in quibus reperiuntur Epiſtylia intus in muris, & epiſtylium unum in medio. Omnes hæ antiquitates murorum, recentiori modo cæmentatæ ſunt.

5 Varii muri antiqui per locum ſparſi, ſed omnes diſjecti, quorum fundamenta penitus exſciſſa ſunt aratris, quæ tanto tempore agros illos coluerunt, adeo ut agnoſci nequeant pro eo, quod fuerint.

6 Planum vel area lata 220 palmis.

7 Murus cum ſuſtentaculis, dictum planum ſuſtinens.

8 Planum depreſſius Occidentem verſus.

9 Ductus ſubterraneus ſuper planum 6. 275 palmis longus, 19 latus qui lumen habebat ab aliquibus feneſtris dicto plano reſpondentibus, & ubique cavernoſis figuris depictus erat, quæ colores ut plurimum perdiderunt, ſed occaſione effodiendi deteximus quaſdam ſatis recentes, quarum fragmenta quædam ad Card. Barberinum detulimus.

10 Duæ Porticus ſuper Epiſtylia, quæ inſervire debebant pro xyſto, hoc eſt loco, in quo luctabantur, & Athletæ ſeſe exercebant ſub tecto hibernis temporibus; poſt quas porticus alius erat ductus ſubterraneus, prædicto ſimilis, & hic longus eſt palmis 203, latus 15.

11 Planum ante dictam porticum duplicem, in quo plantatium fuiſſe creditur.

12 Area longa 290 palmis, lata 240, altior plano nu. 6. & 11. quæ ſuſtinetur à dictis ductibus, ubi ex forma credi poteſt fuiſſe Paleſtram cum Periſtylio porticibus circumdato, in quibus ſeſe exercebant Athletæ, & alii luctatores, æſtatis tempore ſub dio.

13 Muri longi, quibus epiſtylia intermixta erant, tanquam ambulacra & cellulæ, qui ſunt in prædio 10 palmis altiori quam planum nu. 11.

14 Domicilium quadrangulum, 40 palmis longum, 34 latum, ante cujus introitum erat loculus angularis inter duas feneſtras medius, & in aliis duobus lateribus duo loculi medium circulum continentes.

15 Scala, quâ è dicto plano deſcendebatur in dictas porticus.

16 Planities æqualis dictæ viæ & muris.

17 Ruinæ quædam murorum, demonſtrantes ibi fuiſſe tranſitum, longum palmis 100, latum 17.

18 Scala cum quibuſdam cellulis in ambitu, quæ in ruinis conſpiciuntur juxta dictum tranſitum.

19 Locus rotundo muro circumdatus, cujus diameter eſt palmorum 150.

20 Foſſa magna variorum laterum, undecunque craſſis muris cincta, è magnis lateribus quadratis probe conglutinatis, qui ſumma cum diligentia elaborati ſunt, ut aquam tenerent.

De valle, quæ collem ambit à parte Orientali, notata literâ P. ubi per amœnitatem, cum rivulo aquæ irrigaretur, & per venuſtatem ædificiorum Villæ, dictam vallem conſpicientium, Adrianus finxit (prout vult Ligorius) ſua Tempe, ad imitationem Tempe Teſſaliæ; qnum propterea ripæ videantur exciſæ, ut valles ad planitiem reduceret.

CAPUT DECIMUMQUINTUM.

1 INitium vallis, in qua eſt vinea Sebaſtiani Pacis, ſupra quam eſt Porticus nu. 8. notata literâ D. quæ ornatui vallis & Tempe inſerviebat.

2 Pars vallis, in qua vinea eſt Joannis Baptiſtæ Capretti, cui opponitur pars Porticus nu. 1. literæ G. ſimul cum ædificiis nu. 27, & 28, literæ F. ſub quibus ad vallis planitiem eſt ædificium cum quibuſdam ſcalis, in poſſeſſione dicti Capretti.

3 Locus cedrorum foſſa nominatus, in quo Vinea eſt Epiphanii Laurentii, ubi plures fontes aquæ ſcaturiunt, qui in dictum rivulum illabuntur, quo vallis irrigatur: hic Ligorius dicit inquirendo ſe reperiſſe fundamenta Hippodromi, cum multis equorum fragmentis. Huic loco inſiſtit pars porticus nu. 1. cum aliis ædificiis contiguis literæ G.

4 Locus, in quo eſt Vinea Belardini Bonamonetæ, ultra quam in reliquo vallis Meridiem verſus aliæ ſunt Vineæ, & loca particularia, quæ ſimul cum valle, aliud latus vallis cingente prætermittimus, quoniam in præſens nihil illic conſideratione dignum occurrit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

NA CÆSARIS AUGUSTI DELICIÆ EX
gijs in hanc formam redacta . A . A.K.

Nota Lector in hac Delineatione Ambulacra AC . AB . BD . *integerrima in hunc uſque diem reperiri uti et Concava ſive Cauædia* E . F . G . *ſine ullo tamen ornamento ; Palatium vero* HIKL . *juxta fundamenta quæ reſtant, arbitrariè delineavimus, veſtigia quoque ſcalarum et aquæductuum etiamnum reperiuntur.*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

etiamnùm ſuperſtitum vaſtitate conſpicuum; his arcubus ex oppoſita parte eodem ordine poſiti arcus congruunt, ita ut *via Valeria* medium inter utriuſque partis arcuum, locum tenuerit, quam & portam obſcuram hodiè à tenebroſo tranſitu vocant. Verùm ut hæc meliùs concipiantur, ejus ſchema hîc apponendum cenſui.

Supra hujuſmodi inſanæ molis ſubſtructiones, *Villa Mecænatis* fundata fuit eo, qui ſequitur, modo. Habebat illa, quantum ex ſuperſtite adhuc Fabrica colligere licet, duos columnarum ordines, quarum una alteri, Dorico & Ionico labore quàm ſcitiſſimè ex coctis lateribus concinnatæ ſupra firmiſſimos & prægrandes abacos impoſitæ cernuntur: ex quarum poſitione columnarum naſcuntur duæ porticus in circuitum poſitæ, quarum exterior circumquaque borealem camporum plagam ſumma cum amœnitate ſpectare licebat; hinc totius *Latii* veteris diſtrictum verſus Meridiem; illinc *Sabinæ* Regionis territorium ab occaſu, ibi circumfuſorum montium concatenatam ſeriem unà cum formidabili *Anienis* valle; hinc ad ortum *Agros Prænestinos Labicanos*, *Gabiorum*, *Tuſculanorum*, longè lateque profuſam planitiem. Altera interior ambitu ſuo atrium conficiebat, de quo poſteà. Intra duas haſce porticus varia camerarum aularumque habitacula cernuntur; quæ tamen non aliundè, quàm per dictarum porticuum aperturam, lumen recipiunt; etſi enim omni diligentia inquiſiverim, nullam tamen in dictis cameris feneſtrã, uæ lumen admittat, reperire licuit, ut proindè vix concipi poſſit, quomodò in iis commodè habitare potuerint; apertis enim portis aëris interfuſi inclementiam eos ſuſtinere neceſſe erat; clauſis verò, ob cimmerias tenebras, lumen, niſi candelarum lucernarumque ope, non habebant, neque caminorum in eo veſtigia notantur. Verùm de hiſce pluribus in ſequentibus; ut proindè non niſi converſationi eorum, qui ad *Mecœnatem* magno numero confluebant, ubi veluti in Stoa quadam *Zenonis*, & Peripato Ariſtotelico, de variis artibus & ſcientiis, cœteriſque ingenii luſibus, quiſque genio ſuo indulgebat, deſtinatas fuiſſe exiſtimem. Rurſum in Atrio interiori, aliud aſſurgebat, uti ex murorum veſtigiis apparet, ædificium, cujus inferior contignatio, uti *Ligorius* conijcit, continebat pulcherrimam fontis fabricam, quæ undique & undique in vicina concharum receptacula aquas, tum ad uſum domeſticum, tum ad amœnitatem & magnificentiam loco conciliandam, diffundebat. Supra hanc contignationem primam per ſcalas ſingulari artificio diſpoſitas ad alteram contignationem aſcendebatur; ubi ego habitationem *Mæcenatis* ad omnem humanæ vitæ uſum commodiſſimam fuiſſe, puto; quanam verò palatium iſtiuſmodi partium ſingularum diſtributione conſtitutum fuerit, deficientibus veſtigiis, non niſi conjecturâ conſequi poſſumus; undè & tibi hanc fabricam, non qualis revera fuit, ſed qualis eſſe potuit & debuit, in ſchemate exprimendam cenſui. Reperiuntur præterea inter alia ad aſcenſum villæ Octanguli fani veſtigia, ſuperbiſſimis columnis fulti, quarum una adhuc ad *Eccleſiam* Sta. *Mariæ del paſſo* ſupereſt, quamſcitiſſimè elaborata. Verſus occaſum quoque *Ligorius* detexiſſe ſe ait ſcalarum pulchro ordine in circuitu diſpoſitarum ſitum, per quas ad *Villam* aſcenſus dabatur; hodiè dictarum fabricarum locus in amœniſſimam vineam primò à *Theobaldinis*, modò à *Cocconariis*, qui loci poſſeſſores ſunt, excultus; ita ut præter dictas porticus, nil aliud reliquum videatur. *Villam* prout olim à *Mæcenate* exſtructa fuit, ſequenti ſchematiſmo exhibemus.

Situs Villæ Mæcenatis.

In hac *Villa Mæcenas* ſumma cum quiete victitans, amœniſſimis ſtudiis animum fovebat, ab omni ambitionis labe quàm remotiſſimum; undè nemo illo charior & familiarior *Auguſto*, ita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

ut mundi, qua premebatur, mole, mentem negotiorum multitudine & varietate feſſam nonnihil relaxaturus, ad hanc *Villam* veluti ad ſacram anchoram, dulci *Mæcenatis* conſuetudine fruiturus confugeret. Et uti *Mæcenas* ſemper liberali & munifico animo præſertim erga literatos fuit, ita quoque viri doctiſſimi ejus famâ allecti undique & undique ad eum confluebant, quos propriis alebat ſumptibus, omnia iis non neceſſaria duntaxat ad literarii muneris dignitatem cum laude ſuſtinendam ſupeditabat, ſed etiam abundanter & ſuperaffluenter: undè ejus ſingulari liberalitate & munificentia in literatos, accidit, ut in hunc uſque diem, ii, qui ſtudia literatorum fovent, *Mæcenates* audire mereantur. Inter alios tamen incredibili amore & benevolentiâ proſequebatur *Virgilium* & *Horatium*, quorum converſatione vix ſatiari poſſe videbatur, undè utrique *Villam* ad muſarum cultum peropportunam exſtrui curavit, de quibus poſteà. De *Mæcenate* tria commemoratione digna refert *Plinius*, *l.7.c.51.* primò quod videlicet ſebre perpetua laboraret, ab eaq; liber nunquã eſſet; deindè quod integro triennio nunquam ſomni beneficium habuerit; tertiò quod primus aſini lactentis adhuc, carnem comedendam præſcripſerit. Atque ut ad *Villam* revertamur; *Mæcenas* moriturus, cum tot jam annis *Auguſtum* hoſpitem in ea recepiſſet, quemque tanto affectu ſemper proſeſecutus fuiſſet, eundem *Villæ* hæredem conſtituiſſe fertur, ut proindè vel ex hoc capite non *Mæcenatis* duntaxat, ſed & *Auguſti Cæſaris Villa* in hunc diem appelletur, & putant nonnulli id ex inſcriptione, quæ in foramine fornicis, quod inferiori concamerationi obſcuriori lumen præſtabat, in marmorea tabula inſcripta, colligi; quam à me excerptam hîc apponendam duxi: ſic enim habet:

Auguſti erga Mæcenatem affectus & benevolentia.

Poetarum oratorumq; aliorum hominum literatorum ſummus fautor.

Plinius.

Mæcenatis *miræ proprietates.*

Hæres Villæ Auguſtus.

C. RUSTICIUS. C. F. ITER.
L. OCTAVIUS. L. F. VITULUS.
IIII VIR. D. S.S.
VIAM INTEGENDAM
CURAVERE.

Ego verò non puto nomen L. OCTAVIUM, hoc loco cadere ſupra *Octavium Auguſtum*, ſed ſupra unum hujus nominis IIII viarum curatorem. *Mæcenatem* itaque hujus *Villæ* ſuæ hæredem *Auguſtum* conſtituiſſe, in præcedentibus demonſtraſſe ſufficiat. Aliam inſcriptionem hîc inventam fuiſſe refert *Aldus Manutius*, quam *Ligorius* è loco ſuo dilapſam in *Eccleſiam S*[ti.] *Sylveſtri* tranſlatam fuiſſe ſcribit, quam tamen omni diligentiâ adhibitâ ibidem reperire non licuit. Tenor verborum hic eſt.

C. LUCTIVS. L. F. AULIAN. Q. PLAUSURIUS. C. F. VARUS
L. VENTIDIUS. C. F. BASSUS. Q. OCTAVIUS. C. F. GRAECHIN.
IIII. VIR.
PORTICUS P. CCLX. ET EXSEDRAM ET PRONAON
ET PORTICUM. PONE. SCÆNAM. LONG. P. CXL.
S. C. F. C.

Sed hæc de *Villa Mæcenatis* ſufficiant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



VILLA QUINTILY VARI, PROP

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



ROPINQUI CÆSARIS AUGUSTI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

§. III.

Villa Quintilii Varii *Conſulis.*

QVintilianus *Varus* conſulari dignitate illuſtris, nec non *Cæſari* propinquus, ab *Auguſto* in *Germaniam* miſſus anno urbis conditæ, 741 contra *Herminium* filium *Sermigeri*, gentis iſtius principem: a quo tribus ejus legionibus ad internecionem deletis, clade, poſt eam quam *Parthi Romanis* ſub *Craſſo* intulerunt, omnium maximâ, tanto idcirco horrore & indignatione *Auguſti* animum concuſſum fuiſſe referunt authores, ut capite parieti illiſo, illud identidem repeteret: Vare *redde mihi meas legiones.* Hic clade peracta, ab hoſtibus circumdatus, cum nullum ſibi effugiendi modum inveniret, gladio in ſeipſum converſo, occidit: cadaver ejus igni datum, & ſemiuſtum furore hoſtium in mille partes diſtractum præter caput, quod *Romam* delatum, in ſepulchro majorum ſuorum repoſitum fuit; de quo fuſius agentes vide *Vellejum Paterculum* & *Appianum Alexandrinum.*

Miſerabilis interitus Quintilii Varii.

Varus itaque *Villæ*, quam deſcribendam ſuſcepimus, fundator fuit: hæc è regione *Villæ Mæcenatis*, ſive *Auguſti*, ultra *Anienem* in loco edito ſitum ſuum habuit, uti ex mappa patet; fuitque eâ magnificentiâ exſtructa, ut cum *Villa Mæcenatis* quodammodò, quà ſumtibus quà magnificentiâ certare ſit viſa. Reſtant in hunc uſque diem ejuſdem non contemnenda veſtigia, quæ hîc, prout propriis oculis vidi & examinavi, exponam.

Situs Villæ Quintilianæ.

In editiſſimo clivo ſitum habuit, ſupra quem primò quædam totius fabricæ veluti ſubſtructio & fundamentum ſub figura ferè quadrata cernitur; intra cujus penetralia ciſterna viſendam ſe præbet, ſcalarum ordinibus, per quas ad aquas deſcenſus dabatur, quàm commodiſſimus; ſupra hoc fundamentum aliud ſanè eximium palatium exſtructum fuiſſe colligitur ex columnarum abacis, & lemniſcis, cœteriſq; ornamentis, uti & ex conchis, intra quas aqua ſaluberrima, tum ad uſum domeſticum, tum ad ludicrorum delectationem derivabatur ex copioſa vicini fontis ſcaturigine, qui in hunc uſque diem juxta *Cœnobium S. Michaelis Archangeli*, quod *in Pajola* dicitur, ſupereſt, deducebatur, & canales veteris hydragogi, qui per illam viam ambulantibus paſſim obvii ſunt, apertè demonſtrant, ſed de hiſce infrà plùribus. Circa hoc palatium, ingens ſpatium relinquebatur, jocis ludiſque exercendis deſtinatum; ſupra hoc verò aliud in ſpeculam terminatum, ex qua uti ex totius palatii ambitu, longè latèque diffuſa planities tum *Latii*, tum *Sabinæ* amœniſſimum ſpectaculum exhibebat: & ut verbo abſolvam, fabricâ trizoniam faciem exhibuiſſe ex ejus veſtigiis, patet. Verùm cum hæc non niſi oculari demonſtratione deſcribi queant, hoc loco veteris *villæ* ſchema apponere viſum fuit.

Forma palatii trizonia.

Narrat *Antonius del Rè in antiquitatibus* ſuis *Tyburtinis*, omnium habitaculorum hujus *Villæ* pavimenta pretioſis lapidibus fuiſſe teſſellati operis, aut ſi mavis muſiva arte ſtrata; qui lapides, uti differentibus coloribus gemmarum ad inſtar nitebant, ita quoque mirum in modum intuentium oculos rapiebant; quæ tum primùm detectæ fuerunt, cum Cardinalis *Montinus* nonnihil ruſticaturus *Româ Tybur* appuliſſet. Hic conſiderato lapidum pretio & pulchritudine, quicquid in ruderibus ſimilium lapidum reperiri potuit, congeſſit, & viginti jumentorum labore, partim *Romam*, partim aliis principibus, ceu res pretioſas in donum tranſmiſit, ita ut in hunc diem vix amplius reperiantur.

Fabrica ſuperba Villæ Quintilianæ.

§. IV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

§. IV.

De Ponte Lucano, Plautiorum *ſepulchro &* villa.

POſtquam *Româ* veniens tranſiveris pontem duobus millibus paſſuum *Tyburte* diſſitum, occurret tibi turris rotunda, non abſimilis ei, quæ *Romæ* ad *Hippodromum Caracallæ* ſpectatur, vulgò dicta, *Capo di Bove*; hoc erat *Plautiæ* familiæ ſepulchrum, juxta *duodecim Tabulas*, quæ ſepulchra illuſtrium domuum non niſi extra urbem exſtrui jubebant. Erat olim ſplendidum ſanè monumentum, at vetuſtate temporum collapſum, hodiè non niſi binas inſcriptiones, eaſque ſat longas tenet, cum quinque olim hîc fuiſſe, *Hiſtorici Tyburtini* aſſerant, in quibus *Plautiorum* domus gloriæ, honores, & dignitates, cum officiorum, queis in *Republica Romana* functi fuerunt, amplitudine deſcribuntur. Fuerunt *Plautii* plebejæ factionis cognomine Varii nuncupati; nam & *Proculi*, & *Hypſæi* & *Veroces*, & *Silvani*, & *Numidæ* & *Laterani*. Et inter cœteros hujus familiæ illuſtres *C. Plautius Proculus*, conſul anno vrb. conditæ 395, *Hernicos* devicit, deque iis triumphum duxit, ut eſt in *Tabulis Capitolinis*. idem â *C. Martio*, qui primus ex plebe dictaturam obtinuit, & ipſe primus ex plebe magiſter equitum dictus fuit; ita *Livius l. 7.* iterum *P. Plautius Proculus* Conſulatum obivit anno Vrb. Cond. 425, dum domi & pariter foris pax erat. *Liv.* 8. Verùm de hiſce conſule *Lexicon Romanum Glandorpii*. Inſcriptiones hoc loco poſitę reſpiciunt *M. Plautium Marci* filium *Sylvanum*, qui collega *Cæſaris Auguſti* decimo tertio ipſius conſulatus fuit, & *Cæſaris Tiberii* Legatus, anno Vrb. Cond. 787, authoribus *Dione* & *Vellejo*. Sed jam inſcriptiones apponamus.

Prima Inſcriptio majoribus literis.

L. PLAUTIUS. M. F. A. N.
SILVANUS
COS. VII. VIR. EPULON.
HUIC SENATUS.
TRIUMPHALIA
ORNAMENTA. DECREVIT.
OB. RES. IN. ILLYRICO
BENE GESTAS.
LARTIA. GN. F. UXOR.
M. PLAUTIUS. M. F.
VRGVLANIVS
VIXIT ANN. LX.

Alterius Inſcriptionis Tabula ad ſiniſtram poſita, uti uberioribus verbis indigebat, ita quoque minuſculis literis exarata fuit, eo tenore qui ſequitur.

TI. PLAUTIO. M. F. A. . . . .
SILVANO. ÆLIANO. . . . .
PONTIF. SODALI. AUG. . . . .
III. VIR. A. A. A. F. F. Q. TIB. CÆSARIS.
LEGAT. LEG. V. IN. GERMANIA.

PR. URB.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

PR. VRB. LEGAT. ET. COMITI. CLAUDII
CÆSARIS. IN. BRITANNIA. CONSULI
PROCOS. ASIÆ. LEGAT. PROPRÆT. MOESIÆ.
IN QUA. PLURA. QUAM. CENTUM. MILL.
EX NUMERO. TRANSDANVVIANORVM
AD. PRÆSTANDA. TRIBVTA. CVM. CONJVGIBVS
AC. LIBERIS. ET. PRINCIPIB. AVT. REGIB. SVIS
TRANSDVXIT. MOTVM. ORIENTEM. SARMATAR.
COMPRESSIT. QVAMVIS. PARTEM. MAGNAM. EXERCITVS
AD. EXPEDITIONEM. IN. ARMENIAM. MISISSET.
IGNOTOS. ANTE. AUT. INFENSOS. P.R. REGES. SIGNA
ROMANA. ADORATVROS. IN. RIPAM. QVAM. TVEBATVR
PERDVXIT. REGIBVS. BASTARNARVM. ET.
ROXOLANORUM. FILIOS. DACORVM. FRATRVM.
CAPTOS. AVT. HOSTIBVS. EREPTOS. REMISIT. AB
ALIQVIS. EORVM. OPSIDES. ACCEPIT. PER. QVEM. PACEM
PROVINCIÆ. ET. CONFIRMAVIT. ET. PROTULIT
SCYTHAR. QVOQVE. REGEM. ACHERONENSI
QUÆ. EST. ULTRA. BORVSTENEN. OPSIDIONE. SVMMOTO
PRIMVS. EX. EA. PROVINCIA. MAGNO TRITICI. MODO
ANNONAM. P. R. ADLEVAVIT. HUNC. LEGATVM
IN. HISPANIAM AD. PRÆFECTVR. VRB. REMISSVM.
SENATVS. IN. PRÆFECTVR. TRIUMPHALIBUS.
ORNAMENTIS. HONORAVIT. AVTHORE. IMP.
CÆSARE. AVGVSTO. VESPASIANO. VRBIS. EX.
ORATIONE. EJVS * Q. I. S. S.
MOESIÆ. ITA. PRÆFVIT. VT. NON. DEBVERIT. IN
ME. DIFFERRI. HONOR. TRIVMPHALIVM. EJVS
ORNAMENTORVM. NISI. QVOD. LATIOR. EI
CONTIGIT. MORA. TITVLVS. PRÆFECTO. VRBIS
HVNC. IN. EADEM. PRÆFECTVRA. VRBIS. IMP. CÆSAR.
AVG. VESPASIANVS. ITERVM. COS. FECIT.

* *Id eſt. Quæ infrà ſcripta ſunt.*

CAPUT V,

De Villa Rubelliorum.

TRes *Rubellii* apud Romanorum rerum Scriptores reperiuntur: primus *C. Rubellius* coætaneus *Ciceronis*, & hæres *Q. Thurii*, cum nonnullis aliis commendatur *Q. Cornificio*. Alter *C. Rubellius Geminus* Conſul ſub *Tiberio*, anno Urb. Cond. 781. Tertius *C. Rubellius Plancus*, natus avo *Tiburte* Equite Romano, in cujus domum ſub *Tiberio* denupſit *Iulia Druſi* filia, quondam *Neronis* uxor. Ipſe conſularis nominatur *Tacito l.* 3, & 5. hujus filius *Rubellius Plancus* per matrem *Iuliam* pari ac *Nero* gradu *Auguſtum* contingens, primum in exilium cum *Antiſtia* conjuge pellitur à *Nerone*, poſteà miſſis militibus occiditur, capite in urbem relato, ita *Tacitus* 14, & *Suetonius in Nerone*; atque de hoc loquitur Juvenalis Sat. 8:

> *His ego quem monui, tecum eſt mihi ſermo* Rubelli
> Plance, *tumes alto* Druſorum *ſanguine, tanquam*
> *Feceris ipſe aliquid, propter quod nobilis eſſes.*

Hujus viri mores, ratam vitam, & in Remp. merita Cornelius Tacitus ſic deſcribit: *Quaſi jam depulſo* Nerone *quis deligeretur, inquirebant, & omnium voce* Rubellius Plancus (aliqui pro *Plancus*, *Plautus* legunt) *celebratur, cui nobilitas per matrem ex* Iulia familia. *Ipſe placita majorum colebat, habitu ſevero, caſta & ſecreta domo, quantoque*

metu occultior, tanto plus famæ adeptus. Auxit rumorem pari vanitate orta interpretatio fulguris. Nam quia diſcumbentis Neronis *apud* Simbruina *ſtagna, cujus* Sublaqueum *nomen eſt, iſtæ dapes, menſaque dejectæ erant, idque finibus* Tiburtum *acciderat, undè paterna origo* Plauto *fuit.* Quemadmodum igitur facinoroſorum hominum fautor *Nero* ſemper fuit, ita ſummus bonorum perſecutor, ut proindè mirum non ſit, hunc *Rubellium*, ceu omnium adclamatione digniſſimum Imperio virum, metu & ſuſpicione perdendi Imperii, occiſum fuiſſe. *Nero* ſiquidem deperiens *Poppeam*, cum *Octavium Druſi* filiam & tertiam uxorem *Meſſalinam*, ſororem *Iuliæ* & matrem *Rubellii* repudiaſſet, neſcio quo ſterilitatis prætextu, quaſi magnoperè intereſſet *Orbi Romano* monſtruoſi Imperatoris hæredem poſt ſe relinquere, cui ſatius fuiſſet, eum nunquam natum fuiſſe; ex hoc capite unà *Rubellium* cum *Iulia* matre, revera tamen ex perdendi Imperii zelotypia è vivis ſuſtulit.

Horum itaque *Rubelliorum villa* ſitum habuiſſe traditur in dorſo montis, quod *Anienis* vallem reſpicit, eo in loco, ubi hodiè *Collegii Tyburtini* noſtræ Societatis vinea eſt, & *Quaregna* dicitur, ubi etiamnum per totum montis dorſum ingentia rudera à villicis deteguntur, uti ex mappa patet: Quo tamen fundamento *Hiſtorici Tyburtini* aſſerant. Dubium eſt.

§. I.

Villa Ventidii Baſſi, C. Turpilii, & Munatii Planci.

POſt montem, in quo *Villam Quintilii Varii* ſitam fuiſſe diximus, juxta prædium *Collegii Tyburtini* Societatis noſtræ, quod vulgò *Midriano* dicitur, complura videntur ex parte occidua, antiquarum fabricarum veſtigia, quam *Hiſtorici* Tyburtini dicunt *Villam* fuiſſe *Ventidii Baſſi*, qui patriâ *Aſculanus*, & cognomine *Baſſus* vere baſſæ conditionis vir, præſtantiâ tamen & fortitudine animi, inſolito fortunæ jactu, eò ſe provexit, ut ſub tutela *Marci Antonii* Triumviri, ex equiſone Conſul factus, in *Aſiam* miſſus, poſt obtentam victoriam de *Parthis* Patrum decreto triumphum egerit, quem præco præcedens alta voce clamabat: *Vide* Roma *rem monſtruoſam, qui olim ſtrigilabat mulos, jam factum conſulem mirare.* Præter adeptam dignitatem ingentes divitias acquiſivit, ex quibus inter alia & hanc *villam* conſtruxit, quam & ipſum *Marcum Antonium* relaxandi animi cauſa viſitaſſe *Appianus* refert. Vide *Ciceronem in Epiſtolis ad Atticum.* Vide hujus *villæ* locum in mappa.

Villa L. Manatii Planci.

Lucius Munatius Plancus Tyburtinus, patrem, avum, & proavum eodem prænomine habuit, Orator & diſcipulus *Ciceronis*. Militavit ſub *Cæſare* in *Galliis*, cui & in bello civili cum adhæſiſſet, poſt præturam deſignatus ab illo Conſul cũ *Bruto Galliam* Comatam adminiſtravit. Bello *Mutinenſi* ſumma de ſe *Reip.* & *Ciceroni* pollicitus, ad extremum iis deſertis cum *Antonio* & *Lepido* ſe conjunxit, quoque magis eiſdem & *Cæſari* gratificaretur, fratrẽ proſcribi paſſus eſt, *Lepidi*, qui & ipſe fratem prodiderat, ſtudioſus imitator; undè mox illis triumphantibus, milites hunc verſum jactarunt.

De Germanis, *ſcilicet fratribus, non de Gallis ambo triumphant Conſules.*

Poſt bellum *Peruſinum* profectus ad *Antonium*, cum diù illi & Reginæ *Cleopatræ* ſervilibus obſequiis & aſſentationibus ſe comprobaſſet, inter apparatum *Actiaci* belli transfugit ad *Cæſarem*, à quo poſt aliquot annos ad cenſuram evectus eſt, pluribus etiam honorum titulis exornatus, quos omnes inſcriptio, quæ teſte *Nicodemo Cajetæ* detecta, recitat, hoc verborum tenore:

L. MU-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

* Lucii Filius, Nepos Lucii, Pronepos.

L. MUNATIUS. * L. F. N. L. PRON. PLANCUS. COS. IMP. ITER. VII. VIR. EPULON. TRIUMPH. EX RHÆTIS. ÆDEM SATURNI. FECIT. DE. MANUBIIS. AGROS. DIVISIT. IN ITALIA. BENEVENTI. IN. GALLIA. COLONIAS. DEDUXIT. LUGDUNUM. ET. RAURACAM.

Officia L. Munatii.

Ex qua patet, ſummis officiis fuiſſe functum *Munatium Plancum*: Conſulis videlicet, Imperatoris Exercitus, & itinerum, Septemviri Epulonum; triumphaſſe de *Rhætis*; ædem *Saturni Tybure* ex manubiis feciſſe; *Beneventi* agros diviſiſſe; in *Gallias* colonias deduxiſſe; *Lugdunum* condidiſſe & *Rauracam*. Quonam vero loco *Villam* ſuã in *Tyburtino Agro* patria ſuâ ſitam habuerit, ne ſciremus, temporum vetuſtas nobis invidit. Hoc novimus ſolummodò ex *gloſſa* quadam *interlineari Auctoris anonymi ſupra Horatiũ*, qui in *Bibliotheca Vaticana*, teſte *Nicodemo*, pervetuſto codice continetur; in *Villa Munatiana* fuiſſe palatium, ſylvas & piſcinas. Ut proindè locum ſine authore determinare, non niſi inutilis conjectura ſit. Quarè ad alia.

Villa C. Turpitii.

Villa C. Turpilii.

Villa C. Turpitii Tybure fuiſſe dicitur, eo in loco, qui hodiè adhuc *Tortigliano*, quaſi diceres, *Turpiliano*, nonnihil deflexa voce, appellatur, idque ex ruderibus eodem loco reliquis conjiciunt.

Villa Piſoniorum.

Piſoniorum verò *Villa* ex ea parte, quæ meridiẽ reſpicit, inter *Vallem Cæſoniam* & *Adrianeam* ſita fuiſſe, ab *Antonio Regio* traditur, neſcio ex quibus fabricarũ veterum veſtigiis, quæ tendentibus in *vallem Adriani*, paſſim inter oliveta obvia fiunt, perſuaſo: ſed ut hęc meræ conjecturæ & nullo alio Authoris claſſici teſtimonio nituntur, ita quoque noſtram opinionẽ minimè hîc inſinuandam duximus. Hoc conſtat, *Piſoniam* familiam, unam ex antiquiſſimis *Romanorum* familiis fuiſſe; deſcendit enim, *Fulvio Vrſino* teſte à *Calpurnia*, quæ originem ſuam traxit à *Calpo* filio *Numæ Popilii*, ſecundi *Romanorum* Regis, quæ deindè in varios diviſa ramos, divitiis & Magiſtratibus, maximè tempore *Ciceronis* & *Horatii*, floruit, ita ut is poëmatum ſuorum opus *Piſoniis* dicaverit.

§. II.

Villa Caji Caſſii.

Villa C. Caſſii.

NOn procul à præcedenti *Piſoniorum Villa*, duas alias paulò Monti viciniores *C. Caſſii* Cæſaricidæ, & *Marci Bruti villas* fuiſſe credunt *Nicodemus*, & *Regius*, quarum prima à nomine ſuo *Caſſiana* dicebatur; & in hac paulò antè citatus *Fulvius Urſinus* putat, telam orditam fuiſſe conſpirationis contra *Iulium Cæſarem*, quę poſteà unà cum complici ſceleris *Marco Bruto* in executionem deducta fuit. Poſt mortem *Cæſaris*, *C. Caſſius*, qui alteri mortem jam intulerat, rebus jam deſperatis, & adverſum inopinatumque exitum ſortientibus in tranſverſum actus, gladio in ſeipſum converſo periit, vel ut alii, à ſervo ſuo minis adacto interfectus fuit, quem poſteà eodem fati genere ſecutum *M. Brutum* fuiſſe *Appianus* docet. Itaque *Iulius Cæſar* tot tantiſque virtutibus inſtructus, tantâque rerum geſtarum gloriâ conſpicuus, cavere non potuit, quin partim ex amicis, partim ex inimicis incolumitate donatis, qui omnes ab eo beneficiis, & honoribus evecti eſſent, inſidiis occumberet. Nam ut *Valerius Maximus l.* 4, *c.* 5, horum vexillifer & anteſignanus *C. Caſſius*, vir manu promptiſſimus, cæterùm vir in captandis conſiliis præceps & duræ cervicis, ad hæc flagitioſus & impurus, eo quod poſtulatum conſulatum *Cæſar* diſtuliſſet, offenſus, conſilium ejus interimendi ſumpſit; in cujus ſocietatem ſimulatque *M. Brutum*, qui tum urbanam præturam gerebat, pertraxit, illius authoritate mox cœteri ad idem ſcelus cupidiſſimè nomina dederunt.

C. Caſſii mors.

Cauſa, cur Caſſius mortem intulerit Cæſari.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Ab his igitur idibus Martiis contra jusjurandum, cum ſacroſanctus eſſet, & ampliſſimum Magiſtratum gereret, in Senatu viginti tribus vulneribus trucidatus eſt, anno ætatis 56, ab urbe condita 710, Ante *Chriſtum* natum 41. Curiam, in qua cædes patrata fuit, obſtrui placuit, Iduſque Martias ἀποφρὰς, parricidiumque vocari; percuſſores vero, illique omnes, qui in ejus morte lætati fuiſſent, ſceleris commiſſi pœnas dederunt: ipſe conditis illi templis in numerum Deorum relatus eſt.

Mors Julii Cæſaris.

§. III.

Villa Q. Cæcilii pii Metelli Scipionis.

Villa Qu. Cæcilii Pii.

HÆc *villa* ab *Antonio Regio* intra ipſam *urbem Tyburtinam* ponitur, eoque in loco ſita putatur, qui in hunc uſque diem corruptè *Campitello* (quaſi diceres *Campus* Metelli) appellatur; neque alia indicia ſunt, niſi ingens fragmentorum copia, quæ in *Valle*, quam Gaudentem vocat, & partem *Horti Eſtenſis* occupat, poſteris temporibus detecta fuit.

§. IV.

Villa Lolliorum.

Villa Lolliorum.

VIlla Lolliorum fuiſſe creditur, vel potiùs ſepulchrum *Lolliorum*, eo in loco, ubi modò ſitum eſt *Templum B. Mariæ Majoris Tyburtinæ*, & hoc ex veteri inſcriptione colligunt, quæ ſic ſe habet:

HIC. LOCUS. UTI. MACERIA. INCLUSUS. EST. AD. RELIGIONEM.
SEPULTURÆ. LOLLIORUM.
ATTICILLÆ. FILIÆ. ET. STACTES.
UXORIS. AC. M. LOLLII. AMARANTI.

Ego ſanè in dicta Eccleſia ſummâ diligentiâ dictam inſcriptionem quæſivi, ſed fruſtrà; neque ſignum infallibile, certum & fidele eſſe putem, eo in loco ſepulchrum fuiſſe, ubi inſcriptio inventa fuit, cum inſcriptio aliò huc transferri potuerit, uti in Romanis inſcriptionibus patet, neque video, quomodò in tam anguſto ſpatio quale Authores intra ipſam urbem determinant, tot *Villæ Lolliorum, Marii, Metelli*, eſſe potuerint, niſi velimus *Villas* accipere pro una domo, & horto domeſtico ipſi adjuncto, quod ipſis lubens conceſſerim.

CAPUT VI,

De Villis *Poëtarum*, Catulli, Horatii, Virgilii, Vopiſci, &c.

Villa Catulli *poetæ*.

EXtra portam *Valeriam*, vicinam *Catadupæ*, per altam *Anienis* ripam, verſus *Cœnobium S.ti Michaëlis Archangeli in Piavola* tranſeuntibus, occurrunt multa in monte ruderum veſtigia, quæ ab ipſa jam dicta *Eccleſia S^ti. Michaëlis* per coſtam montis continuantur; atque hoc loco *Catulli villa* fuiſſe traditur, colligiturque ex verſibus Catulli:

O funde noſter, ſeu Sabine *ſeu* Tiburs,
Nam te eſſe Tiburtem *autumant, quibus non eſt*
Cordi Catullum *lædere; quibus cordi eſt,*
Quovis Sabinum *pignore eſſe contendunt:*
Sed ſeu Sabine, *ſeu veriùs* Tiburs
Fui libenter in tua Suburbana,

Villa,

Villa, *malamque pectori expuli tuſſim.*

Ex his verſibus patet, *Fundum Catullianum*, *Sabinuſne*, an *Tyburtinus* ſit, fuiſſe controverſum; eò quod *Anio* flumen *Latium* olim â *Sabina* divideret, ita ut quicquid ex dextra *Anienis* ripa, ad *Sabinos*, & quicquid â ſiniſtra, ad *Latium* pertineret. Cum itaque Villam Catulli â dextra *Anienis* ſitam fuiſſe oſtenſum ſit, non tam in *Tyburtino*, quàm *Sabino* fundo ſitam fuiſſe colligitur. verùm ut res decidatur; ſciendum eſt, non ita præciſè ſumendam eſſe diviſionem fluminis, ut in oppoſita ripa ſive villæ, ſive oppida alterius jurisdictionis eſſe cenſeantur; ſed maximè obſervandum eſſe exiſtimem territorium, quod diviſione fluminis non ita terminatur, ut ultra flumina non ulteriùs ſeſe extendat. Hoc pacto *Tyberis*, etiamſi *Hetruriam* â *Latio* dividat, nemo tamen *Romæ* facilè dixerit, tranſtiberinam aut Vaticanam regionem ad urbem non pertinere, cum ſecundum communem æſtimationem totum complexum, tam ultra, quàm citra flumen, una & eadem *Roma* eſſe, & tam hi, quàm illi Romani patriâ, non H*etruſci* cenſeantur. Pari ratione villæ, oppida, fundique, ex adverſa *Anienis* parte inquantum *Tyburtino* continentur T*erritorio*, non *Sabinæ*, ſed *Tyburtinæ* jurisdictionis eſſe cenſeri debent. ut proindè *Villæ Zenobiæ* reginæ, Ventidii *Baſſi* Cos. *Quintilii* V*ari*, Horatii &c. in quantum in T*erritorio Tyburtino* ſitæ fuerunt, non *Sabinæ*, ſed *Tyburtinæ*, juxta communem loquendi modum, non obſtante naturali fundorum, qui per flumen dividitur, ſitu, dicendæ ſunt; uti fuſè docetur in *Digeſtis de alluvionibus fluminum.* Sed hiſce jam poſitis, jam revertamur ad *Villam.*

Anio dividit Sabinos à Latio.

Flumina non præciſe dividunt jura territoriorum utrinque ſitorum.

Exſtabat uti olim, ita hodiè fontis ampliſſima ſcaturigo muri fornice circundata, quam & in *Villas* vicinas *Horatii*, & *Quintilii* V*ari* derivatam fuiſſe aquiductuum inciles, qui in hunc uſque diem in via publica per dorſum montis ambulantibus occurrunt, demonſtrant; eſtque aqua omnium, quæ in *Tyburtino* T*erritorio* reperiuntur, ſaluberrima, ita ut ægris etiam paſſim ſine nocumento in potum cedat. Diſtat autem hic fons ad V*illam Catulli* ab *Anienis* ripa per difficilem profundioris vallis deſcenſum quaſi quingentis paſſibus; ubi & colliculus occurrit, ob planitiem non exiguam amœnitate plenus; cui V*illa Catulli* conjuncta fuiſſe colligitur, ex variis marmorum fragmentis, teſſellatique operis reliquiis, quas coloni vinitoreſque ibidem detexerunt. Locus hodiè T*ruglia* dicitur, quam *Antonius Regius* putat ex nomine Catulli, corrupta T*ruglia*, quaſi diceres, T*ulla*, vocem remanſiſſe. Erat porrò ex dicto clivo via, ad *Anienis* uſque ripas, quas tùm ad animi relaxationem, tum ad Poëticum enthuſiaſmum murmure fluminis ſuſcitandum, *Catullum* petiiſſe tradunt. Fuit autem C*atullus* patriâ *Veronenſis*, iis Poëtis, quos *laſcivos* vocant, adnumeratus, vel ipſo *Ovidio* de injuriâ ſibi illatâ conquerente, quod ex tot *laſcivorum* Poëtarum numerò ipſe ſolus exilii pœnam ſuſtinere debuerit.

Catullus *unde & quis fuerit?*

Villa Horatii.

V*illa Tyburtina Horatii Flacci*, ex propriis ſuis verſibus, non alibi exſtitiſſe oſtenditur, quàm in adverſa *Anienis* parte, quo in loco hodiè C*œnobium* S*ti*. *Antonii* Fratrum Minor. S*ti*. *Franciſci* ſitum ſpectamus, ubi porticuum dirutarum multa veſtigia comparent; dabaturque ex ea deſcenſus ad ripam uſque A*nienis*, quemadmodum ipſe de ſe fatetur l. 4, Ode 2. Ubi verſibus fingendis occupabatur.

Villa Horatii Flacci.

Ego Apis M*atinæ*
More mo doque,
Grata carpentis thyma per laborem,
Plurimum circa nemus undiquaque,
Tiburis *ripas operoſa parvas.*
Carmina fingo.

Quanta autem gaudio & animi voluptate vitã ſuam in hac *Villa* tranſegerit, ipſe teſtatur l. 1, ode 7: & l. 2, ode 6.

> Tybur *Argeo poſitum Colono*
> *Sit meæ ſedes utinam ſenectæ,*
> *Sit modus laſſo maris & viarum*
> *Militiæque.*

Domeſtici Mæcenatis *qui?*

Erant tunc temporis domeſtici *Mæcenatis* Poëtæ celebres, *Tucca*, & *Lucius Varus*, & unà individui ſocii *Horatio*; hi unà cum *Virgilio* nullum non lapidem moverunt, ut *Horatium* in amicitiam & familiaritatem *Mæcenatis* adſciſcerent. Nam ut vel ipſe Satyra 6 fatetur:

> Virgilius, *poſt hunc* Varius *dixère quid eſſem,*
> *Ut veni coram ſingultim pauca locutus,*
> *Infans namque pudor prohibebat plura profari.*

Et poſteà ſubjungit:

> *Pauca ab eo, & revocas nono poſt menſe, jubeſque*
> *Eſſe in amicorum numero; magnum hoc ego duco.*

Horatius *ex inimico* Auguſti *fit amicus.*

Magni ſanè emolumenti fuit illa *Mæcenatis* amicitia *Horatio*, quæ ex infelice felicem, omnibuſque bonis affluentem fecit, his verbis ipſo teſtante, 1. epiſt. VII. *Tu me feciſti locupletem.* Nam & ipſi *villam* poëtico ingenio percommodam, applantato in hunc finem Muſarum luco, exſtruxit, & omnibus rebus ad vitam honorificè transigendam quàm liberaliſſimè providit; *Cæſari Auguſto* cum inimicus eſſet, ita reconciliavit, ut inter intimos *Auguſti* unà cum *Virgilio*, *Tucca*, *Vario* haberetur. Nam ut ipſe dicit Sat. 5;

Reconciliatio Horatii *cum* Cæſ. Aug. *mediante* Mæcenate.

> *Poſtera lux oritur multò gratiſſima, namque*
> Plotius & Varius *Sinueſſæ* Virgiliuſque
> *Occurrunt animæ, quales neque candidiores*
> *Terra tulit, neque iis me ſit devinctior alter.*
> *O qui amplexus, & gaudia quanta fuerunt.*

Horatius Athenis *ſectator fuit* Epicuri.

Nam ut ipſe de ſe fatetur, *Athenis* ſtudiis operam dans ſectam amplectebatur *de grege porcus* Epicuri; in juvenili ætate tempore bellorum civilium, muſas introducebat in exercitus, ſequebaturque contra *Octavianum* factionem *Bruti* & *Caſſii*; & nihilominus *Mæcenate* mediatore, ita charus gratuſque *Auguſto* fuit, ut *Tybur* profectus, præter *Virgilii* & *Horatii* converſationem, omnem aliam reſpueret, inter utrumque nempè ſedens literario gaudebat conſortio: Siquidem *Horatius* brevis quidem ſtatura, & craſſioris mole corporis, ex nimio vini potu crapuliſque oculos contraxerat ferè ſemper humorem ſtillantes: at *Virgilius* contrà corpore macilento, ſuſpiriis alto ex pectore emiſſis, neſcio in quæ triſtia objecta ferebatur. Undè *Auguſtus* per jocum dicere ſolebat, *vitam ſuam inter lachrymas & ſuſpiria ſe tranſigere. Horatius* fatis functus, dum annum 57. ageret. Verùm de Villa *Horatii* infrà pluribus.

Forma Horatii & Virgilii.

Auguſti jocus.

CAPUT VII,

Villa Manlii Vopiſci.

Villa Manlii Vopiſci.

NUlla *Villarum* Tyburtinarum ita hucuſque controverſa manſit, ac Villa *Manlii* Vo*piſci* Poëtæ celeberrimi, qui uti *Domitiano* Imperatori ſemper perquam charus, & inter intimos ſuos adnumeratus fuit, ita quoque ingentibus divitiis ab eo locupletatus, ſumptuoſiſſimam Villam, ad ipſam Urbem *Tyburtinam* exſtruxit; & ſi vera ſunt, quæ de ea *Statius* Poëta ipſi σύγχρονος narrat, certe illa talis & tanta fuit, ut vix animo quidquam locupletius, magnificentius, & admiratione dignius concipi poſſit; ut proindè oppidò mirer, locum hodiè tanta mirandorum operum

operum multitudine confertum, circa *Anienis* ripas non reperiri, tanto ſplendori & amplitudini fabricarum ſufficientem. Undè quidam eam cum *Horatii villa* confundunt; alii alibi, plerique ex deſcriptione *Statii* perſuaſi, ſupra *Catadupam* exſtitiſſe putant. Ego certè ſi ullus alius, in ejus loco detegendo haud quaquam me otioſum fuiſſe dicere poſſum, quod tum patebit, ubi ejus magnificentiam paucis expoſuero.

Statius itaque *Villam* ſupra modum magnificam, artiſque & Naturæ miraculis confertam, nec non in utramque *Anienis* ripam per pontem extenſum fuiſſe refert. Verſus ſubjungo.

> *Cernere facundi* Tibur *glaciale* Vopiſci
> *Si quis & inſerto geminos* Aniene *Penates,*
> *Aut potuit ſociæ commercia noſcere ripæ,*
> *Certanteſque ſibi dominum defendere Villas.*

Et poſtquam temperiem loci deſcripſit, ſubdit:

> *O longum memoranda dies; quæ mente reporto*
> *Gaudia? quàm laſſos per tot miracula viſus?*
> *Ingenium quàm mite ſolo? quæ forma beatis*
> *Arte manus conceſſa locis? non largius uſquam*
> *Indulſit Natura ſibi; nemora alta citatis*
> *Incubuêre vadis. Fallax reſponſat imago*
> *Frondibus, & longas eadem fugit umbra per undas.*
> *Ipſe* Anien *(miranda fides) infraque ſuperque*
> *Saxeus. Hîc tumidam rabiem ſpumaſaque ponit*
> *Murmura; ceu placiti veritus turbare* Vopiſci
> *Pierioſque dies, & amantes carmina ſomnos.*
> *Littus utrumque domi, nec te mitiſſimus amnis*
> *Dividit; alternas ſervant prætoria ripas.*

Videtur poëta hic vel ὑπερβολικῶς, vel ſtupore mirabilium attonitus, hæc deſcripſiſſe; quid enim nemora cum rupibus, præcipitiis formidandis? quid horridus *Catadupæ* ſtrepitus, cum fluminis, quam deſcribit, quiete? quid *Deſcriptio Villæ.*
ſummus horror abyſſi cum amœnitate loci comparata faciant? diſpicere nequeo. Erat *Villa* in tres ordines cubiculorum diſtincta, trabibus inauratis, & vario marmore veſtitis, fontibus ex muris undique erumpentibus, miro artificio ita inſtructa, ut non eſſet camera, quæ non ſuum fontem haberet, aquâ Martiâ per plumbeos canales vel infra ipſum flumen *Anienis* traductos in *Villæ* hâbitacula, ingentibus expenſis derivatâ. In medio atrii arbor plantata cernebatur, quæ ramos ſuos non intra portam ſolummodò, ſed & vel per ipſas feneſtras inſinuabat; ſylvæ verò, piſcinæ, & balnea, quæ domum circundabant amœniſſimum intuentium oculis ſpectaculum exhibebant; & quod fidem humanam excedit, totum hoc complexum ſupra *Catadupam Anienis*, inſtructum cernebatur. Sed audiamus Statium:

> *Quid primum, mediumve canam? quo fine quieſcam?*
> *Aurataſne trabes? an Mauros undique poſtes?*
> *An picturata lucentia marmora vena*
> *Mirer? an emiſſas per cuncta cubilia lymphas?*
> *Huc oculis, huc mente trahor; venerabile dicam,*
> *Lucorum ſenium? te, quæ vada fluminis infrà*
> *Cernis? an ad ſylvas, quæ reſpicis Aula tacentes?*
> *Quà tibi tota quies, offenſaque turbine nullo*
> *Nox ſilet; & nigros imitantia murmura ſomnos?*
> *An quæ graminea ſuſcepta crepidine fumant*

Balnea;

Balnea; & impoſitum ripis algentibus ignem?
Quaque vaporiferis junctis fornacibus amnis
Ridet anhelantes vicino flumine Nymphas.

Quid memorem pavimenta aularum, cubiculorumque pretioſis incruſtata metallis & lapidibus? ſtatuis ex pretioſo metallo fuſis, gemmatoque opere exornabatur, quod intus erat. Ita Statius inſpector ipſe totius Magnificentiæ *Vopiſcanæ.*

Vidi artes, veterumque manus, variſque metalla
Viva modis; labor eſt auri memorare figuras,
Aut ebur, aut dignas digitis contingere gemmas.
Quidquid & argento primùm, vel in ære Myronis
Luſit, & enormes manus eſt experta coloſſos.
Dum vagor aſpectu, viſuſque per omnia duco
Calcabam nec opinus opes; nam ſplendor ab alto
Defluus, & nitidum referentes aëra teſtæ
Monſtravere ſolum; varias ubi picta per artes
Gaudet humus; ſuberantque novis Aſarota figuris
Expavere gradus. Quid nunc ingentia mirer?
Aut quid partitis diſtantia tecta trichoris
Quid te? quæ mediis ſervata penatibus arbor
Tecta per, & poſtes liquidas emergis in auras.

Et paulò poſt.

Quid referam alternas gemino ſuper aggere menſas
Albenteſque lacus? altoſque in gurgite fontes?
Teque per obliquum penitus, quæ laberis amnem
Martia, & audaci tranſcurris flumina plumbo?

Habes hîc deſcriptam *Vopiſcanæ Villæ* magnificentiam; quæ ſi vera ſunt, & non ſub hyperbola à Poëta recitata; illa certè omnium Cæſarum magnificentiam ſuperaſſe videtur; ſive ſumptus in eâ expenſos, ſive miracula Artis & Naturæ in ea eluceſcentia ſpectes; & undè Poëtæ, & forſan perſonæ privatæ tanta nummorum, ad iſtiuſmodi opus extruendum, opulentia? haud dubiè *Domitiani*, cui intimus & imprimis charus habebatur, obſtetricante, ad tantæ molis opus educendum, munificentiâ. Verùm una in hujus *Villæ* ſitu ſanè inevincibilis difficultas menti meæ oboritur, dum nec animo, nec ulla imaginationis vi concipere poſſum tantam in tantis loci gurguſtiis rerum mirabilium congeriem. Tentandum itaque mihi nonnihil in tanta perplexitate conſtituto, ut ſub tantis vetuſtatis tenebris, ſi non totus, ſaltem minimus lucis radius in veritate inveſtiganda nobis affulgeat. Quod ut tentem,

Difficultas in ſitu.

Scias Lector velim, *Anienis* alveum, uti & circumjacentium locorum ſitum multò olim differentem conſtitutionem habuiſſe, quàm hodierno tempore; quod luce meridiana clarius in iis, quæ à me ſummâ diligentiâ explorata fuerunt, patebit. Et de ſitu *Tyburis*, priſcis temporibus ſuprà ſat actum eſt, de ſitu verò ejuſdem tempore Cæſarum hoc loco agemus.

Tempus ſucceſſive totum terrenum corpus mutat.

Tempus edax rerum, & oblivioſa vetuſtas, non ſolum univerſum globum terreſtrem, ſed & maximè particularium locorum ſitum, ſucceſſu temporis ita mutat, immutat, alterat, diſſolvit, ut nihil in loco ſuo naturali longo tempore, ob corruptibilium rerum caducitatem durare queat; de eo quiſquis voluerit, legat *Mundum ſubterraneum*, ubi omnia quàm fuſiſſimè de mutatione globi terreni deſcripta reperiet; & cum videamus, fluminum alveos intra paucos etiam annos ſuam notabiliter mutare ſtationem, qualem quantamque, *Vrbem Tyburtinam* ex rapidiſſimi & vorticoſi fluminis edacitate non





Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



non incurriſſe putas ſpatio 1600 annorum? Hodiè certè totus ille tractus, qui circumſtat *Catadupam*, adeò tortuoſus eſt, tot ſcopulis, voraginibus, meandriſque involutus, ut vix locum ulli domui extruendæ capacem ibidem reperias. Undè ante mille & ſexcentos annos diverſiſſimam ab hodierna tractus illius formam fuiſſe, neceſſe eſt; neque *Catadupam* illam, quæ modò videtur, eodem loco conſtitiſſe, ſed totum illum tractum, uſque ad veram illorum temporum *Catadupam*, quæ in hunc uſque diem 500 ferè paſſibus ab hodierna ſecundo flumine diſtat, planam fuiſſe, indè colligitur, quod in prææltis rupibus manifeſta adhuc fluxus aquæ veſtigia in muris tartaro incruſtatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

tis ſpectentur, luculento indicio, illac flumen olim tranſiſſe; quod & *Tyburtinæ Urbis* antiquitatum Studioſi unà mecum ſentiunt, ac teſtantur. In hoc enim loco adeo vorticoſo tam celebrem *Vopiſci Villam* olim conſtitiſſe poſita à nobis ſuperficie fluminis plani tam ſcopuloſi vix concipi poteſt; multò minùs mihi imaginari poſſum, quomodò *Villa* hæc utramque fluminis ripam ponte ſtratam occupaverit, cum à *templo Sibyllæ* ad oppoſiti montis radicem intercapedo 200 pedes non excedat; quod & quotquot ex Antiquariis locum hunc rectè conſiderarunt, fateri coguntur; Undè multi hujus loci incongruum ſitum intuentes, non in eo *Villam Vopiſci*, ſed vel ipſam *Horatii Villam*, quæ etiamtum 60 circiter annis poſt mortem *Horatii*, vivo adhuc *Statio*, ſuperſtes erat, *Villam Vopiſcanam* eſſe ſtatuerunt. Nam in *Villa Horatii*, in utramque *Anienis* ripam ibatur per pontem, (quem ante 80 circiter annos adhuc reliquum fuiſſe, *Ponte del Lupo* vulgò dictum, poſteà fluminis impetu collapſum, cujus ruinæ etiam hodiè in ipſo flumine cernuntur, per quam haud ſecus ac in *Vopiſcana* aditus in utramque ripam dabatur.) Et ſanè minimè mihi diſpliceret hæc *Fulvii Carduli* opinio, ſi deſcriptioni Statianæ *Horatii Villa* undequaque reſponderet, cum & *Nicodemus*, & *Regius*, *Hiſtorici Tyburtini*, *Templum Sybillæ Albuneæ* membrum *Villæ Vopiſcanæ*, urbique contiguæ fuiſſe expreſſè dicant; qui ſitus uti hodiernæ conſtitutioni non congruit, ità neceſſariò aſſerere cogitur, *Villam* hanc ad utramq; fluminis ripam per planiora loca, longè latèque ſeſe extendiſſe, neque tunc temporis *Catadupam*, neque vortices illic fuiſſe, ſed paulò inferiùs, uti ſuprà dictum fuit. Verùm cum hæc res minimè ſolis verbis concipi poſſit, hîc utriuſque loci tum hodiernum, tum antiquum ſitum, ſequentibus ſchematiſmis commodiùs exponendum cenſui.

Aquam Martiam ex *Piconio fonte*, per *Lacum Fucinum Romam* uſque ductam, conſtat ex *Frontino*, & ex *Tyburtino agro* partem in *Villam Vopiſcanam* incilibus plumbeis ſubter fundum *Anienus* fuiſſe derivatam. Neque abludit ab eo hoc, quod *Antonius Regius* refert ſuo tempore in *Villa Sugliardi* civis *Tyburtini* plumbeos canales hujuſmodi ſubterraneos inventos fuiſſe, infra alveum fluminis non aliò quam in *Villam Vopiſcanam* olim deductos. Aquæ Martiæ *derivatio partim Romam, partim in Villam Vopiſci facta.*

Certè ex utraque ripa non deſunt arcuum porticuumque veſtigia, quemadmodum ex eorum ruderibus, quæ etiamnum ſuperſunt, patebit. Hodiè totus ille tractus à flumine ità exeſus videtur, ut præter horrendam abyſſi voraginem & profundiſſima præcipitia nil aliud appareat; tempore verò *Vopiſci*, & alveum fluminis altiorem, & ripas planiores ampliores ſque, ſi Statianæ deſcriptioni ſtemus, fuiſſe neceſſe eſt. Sed hæc de *Villa Vopiſcana* ſufficiant. Quarè ad alia.

CAPUT VIII,

De cæteris Villis Tyburtinis.

M*Artialis* etſi *Romæ*, in loco, quæ *Pila Tyburtina* dicebatur, in *Valle Montis Quirinalis*, quam hodiè *Palatium Barberinorum* reſpicit, *Villam* ſuam habuerit, ut ipſe teſtatur;

Sed Tyburtinæ *ſum proximus accola* Pilæ
Qua videt antiquum ruſtica Flora Jovem.

Tybure tamen ſuam quoque habuiſſe neſcio quâ fraude à *Mathone* obtentam, vel ipſe fatetur: Villa Tyburtina Martialis.

Hoſpes eras noſtri ſemper, Matho, Tyburtini.
Hoc emis. impoſui, rus tibi vendo tuũ.

Ubi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Ubi tamen *Villa* iſtiuſmodi fuerit, nemini Antiquariorum hucuſque innotuit. Undè veriſimile eſt *Villam* fuiſſe exiguam, ſimplicem, privatoque uſui accommodatam.

Villa Criſpi Salluſtii.

Villa Criſpi Salluſtii.

Exeuntibus extra *portam S. Crucis*, per declive Montis, ad 400 circiter paſſus, vaſtiſſimi muri occurrunt; cum maxima ruderum multitudine, & hodiè *Cæſarano* dicitur; alii eam *Grotta Saracina* vocant. Non deſunt, qui totum hoc Olivetorum ſpacium uſque ad *Viam Romanam* à *Salluſtio* corrupta voce, *Loſtoino* dicunt; atque in hoc loco *Villam Criſpi Salluſtii* fuiſſe ſtatuunt. Verùm cum hujus ſpatii vaſtitas cum *C. Iulii Cæſaris*, & *C. Caligulæ villis* paſſim confundatur; ego facilè dixerim, haſce *Villas*, uti ſucceſſu temporum privatis venditæ fuerunt; hoc pacto novos juriſdictionis titulos acquiſiviſſe.

Villa L. Centronii Piſani.

Villam L. Centronii Piſani, ex *Iuvenali* colligimus fuiſſe ampliſſimam, magniſque ſumptibus extructam, eo in loco, qui in hunc diem adhuc, à poſſeſſore ejus *Centrone* dicitur, & ſitum habuit ultra *Pontem Lucanum*, ad ſiniſtram euntibus *Romam*, ubi modò prædium eſt *Familiæ Cruciæ*, quam *de Croce* vulgò vocant; & *Varco* quoque dicitur, eratque Θηριοτροφεῖον, id eſt, *diverſorum animalium cuſtodia*, *&* *clauſtrum*, poſteris temporibus ad advenarum recreationem extructum; cujus rudera lapide, quem *Teſtino* vocant, ita cooperta ſunt, ut vix extra quidquam appareat; altiùs tamen fodientibus ejus manifeſta indicia occurrunt. Eſt autem *teſtino* ſaxi genus, quod ex inundatione aquæ ſulphuratæ Albulæ, cum tempore in duriſſimam petram coaleſcens, campos multis in locis veluti ſaxoſa quadam pelle cooperit.

Quid lapis vulgo Teſtino dictus

Vixit *Centronius* tempore *Domitiani*, *Manlii Vopiſci*, *Statii, &* *Iuvenalis* coætaneus, poſt cujus mortem *Villa* in poſſeſſionem venit *Claudii Liberalis*, uti ex Numiſmatis à *Septimo Severo* cuſis, & in ſepulchro dicti *Claudii Liberalis*, teſte *Antonio Regio*, detectis patet, tempore *Gaſparis Fuccii* Doctoris, & civis *Tyburtini*, in cujus prædio dicta *Claudii* ſepultura anno 1611 unà cum numiſmatis ejuſdem epitaphia inventa fuerunt. Fuiſſe autem, uti ſuprà dixi, *Villam* magnificam & ſplendidam, ex Juvenali, Satyra 4 colligimus.

Numiſmata Centronii in ejuſdem ſepulchro detecta.

> *Ædificator erat* Centronius, *& modò curvo*
> *Littore* Cajetæ, *ſummâ cum* Tyburis *arce*,
> *Nunc* Præneſtinis *in montibus alta parabat*
> *Culmina Villarum*, Græcis *longèque petitis*
> *Marmoribus vincens* Fortunæ, *atque* Herculis *ædem*.

Sunt prætereà alia in *Territorio Tyburtino Villarum* veſtigia paſſim obvia, quæ ne quicquam omiſiſſe videamur, paucis adducam. *Villa Patroni Liberti*, & *Lucio*, *Ælio*, *Commodo Antonino* perfamiliaris, eo in loco ſita fuiſſe, teſte *Fulvio* Cardoli dicitur, ubi modò euntibus ad *S. Gregorium* ad lævam, *Villa Cruciorum*, ſub diruta S^ti^. *Michaëlis Eccleſia* extructa cernitur. Euntibus poſteà *Romam* ultra *Albulam Sulphuream* tribus millibus paſſuum occurrunt varia ruderum veſtigia, quam *Caſſiniorum* olim *Villam* fuiſſe, *Antonius Regius* exiſtimat, ex inſcriptione ibidem inventâ impulſus.

Villa Patroni Liberti.

COSSINIÆ Ɔ.L. CÆSIÆ
POSSIDONIO
L. COSSINIO Ɔ.L. DISCO
SEXTIÆ P.L. EUGENEÆ
IN. FR. P. XI. IN. AG. P. XV.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Quamvis alii hanc *Villam* in monte vicino *Tyburi*, quem *Peſchiavatoro*, & in loco, quem *Cozzano*, vocant, quaſi diceres, *Coſſinianum*, voce detorta, ſitam fuiſſe putent.

Rurſùs, euntibus per *portam S. Crucis*, per diſtrictum, qui *Quaregna* vulgò dicitur, occurrit vinea *Collegii Tyburtini Societatis* noſtræ, in qua putat *Regius Villam* ſitam fuiſſe *Coponiorum*, qui tempore *Ciceronis Romæ* florebant, & putat ſe id deducere poſſe ex loci nomine, qui *Cavone* appellatur, quaſi diceres *Cappone*; idem id ex inſcriptione putat ſe probare poſſe, quæ in *Via Valeria* inventa fuit, hujus tenoris:

CAUPONIUS. L. F. GEMINUS.
CAUPONIA. L. F. GEMINA.

Villa Coponiorum.

Verùm cum inſignis *Coponios* inter, & *Cauponios* differentia ſit, & lapis ultra *Anienem* inventus ſit, non video, quomodo ex iſtiuſmodi conjecturis quicquam veritati congruum demonſtrari poſſit.

Hic idem *Nicodemum* adducit, eo in loco, ubi modò *Eccleſia B. Virginis* vulgò *del Carciano*, ad radices *Villæ Tyrocinii Romani Soc:tis* noſtræ ſpectatur, ubi progredientibus per oliveta Hierocomium verſus, occurrunt complura rudera, & muri integri cum exedris conchiſque piſcinarum, quam *Villam Coccejorum* fuiſſe conjiciunt, quæ uti à *Villa Adrianea* diſſita eſt, ita quoque putant, *Adrianum* cum *Trajano* ſæpiùs hunc locum viſitaſſe, & ibidem primùm *Villæ* ſuæ adeò celebris & magnificæ exſtruendæ conſilia captaſſe. Verùm uti hæc ex Authoribus probari non poſſunt, ita quoque eiſdem fides non eſt habenda. Quemadmodum qui *Villam Serenorum* in eo tractu urbis, qui *Cocirino* vocatur, quaſi diceres *Collis Serenorum*, ſitam fuiſſe autumant, non parum hallucinantur. Verùm ut tandem hunc de *Villis Tyburtinis* tractatum concludam, Dico, *Agros Tyburtinos* adeò ubique antiquarum habitationum veſtigiis abundare, ut vix ad mille paſſuum ſpacium procedas, quo non ſtatim ea tibi obvient, adeòque Territorium non diverſas villas, ſed vel unam integram, & vaſtiſſimam urbem expreſſiſſe, ſummâ ſanè *Tyburtinæ Urbis* gloriâ exiſtimare queas. Videntur etiamnum varia villarum rudera inter oliveta tendentibus ad *Villam Riani*, quæ utrum ad dictam *Villam* pertinuerint, num ad alias, neſcio; typum ruderum ſubjungo.

Villa Coccejorum.

CAPUT IX,

Villa Hippolyti *Cardinalis* d'Eſte, *quæ* Tybure *hodierna die ſuperſtes, ſumma Advenarum admiratione viſitur.*

Perpetuus Tiburi gubernator.

H*ippolytus* Cardinalis *d'Eſte*, delicioſo Urbis ſitu delectatus, *Villam* intra Urbis pomœria exſtruxit, cujus ſi divitias, amœnitates, ſtatuarum antiquarum multitudinem & varietatem, fontiũ incredibilem multitudinem, artis & naturæ miracula, quæ in ea reperiuntur, penitiùs conſideres, certè omnium veterum *Romanorum* in villis exſtruendis induſtriam multis paraſangis ſuperaſſe videtur. Palatium montis ſupercilio inſiſtens, tribus contignationibus exaltatur, in aulas, & cubicula ampliſſima ita diſtributum, ut advenæ tantam Architectonicæ artis induſtriam ſatis mirari non poſſint. Aula artificioſis fontibus, aliiſque ludicris ſpectantium animos inſigni voluptate imbuit, Picturis undique & undique à nobiliſſimis ſui temporis pictoribus conferta: totum palatium tanta Symbolicorum ſchematum varietate exornatur, ut *Apelles* cum *Pallade* concertare videatur. Quid

Villa Eſtenſis picturis & ſtatuis innumeris ornata.

dicam



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

dicam de ſtatuarum, quarum quidem maximam partem ex *Adrianeæ Villæ* ruinis extrahi juſſit, antiquæ nobilitatis præſtantia? quarum quædam in buſta, nonnullæ in mediocria Deorum, Dearum, Heroumque ſimulacra, aliquæ in Coloſſeæ vaſtitatis molem aſſurgunt. Quid nobilius ſpectari poteſt Cryptâ illâ Nympharum muſivo opere ſuperbiſſimè elaborata, nec non fontibus, qui vel ipſum Parnaſſum exprimunt? Exedræ palatii, præter fontes ſalientes, viſum præſtant in omnes *Latii* & *Sabinæ* terminos, ſummâ intuentium jucunditate extenſos.

Proſpectus.

Ad Hortum progrediamur, in quo primo à palatio plano, per varias lucorum vias, ad quinque planities deſcenditur; in quarum prima *Cyathus* immenſę magnitudinis occurrit, aquarum jocis exhibendis opportunus; In ſecunda *Herculis* ſtatua, quâ artificioſius quicquam vix ſpectare licet, 14 palmorum altitudinis: hinc deſcenſus fit ad principale *Villæ* ambulacrum, quod initium ſumit à *Catadupa* illa mirabili, quæ *Anienis* portio per occultos montis mæandros, ingenti ſtrepitu, aquarumque murmure per ſaxoſas rupes, in concham 21 vaſtiſſimam evoluta, hinc in vaſtam piſcinam quà platanis, quà ſimulacris undique & undique circundatam præcipitatur. Ex hoc intratur in ambulacrum paulò ante dictum ad 300 paſſus longum, 48 ſalientibus fontibus ordine diſpoſitis inſtructum, in quorum abacis tota *Ovidii Metamorphoſis* ſubtiliſſimo plaſticæ artis ingenio effigiata cernitur. In fine hujus ambulacri alia mox ſcena panditur, & *Roma* vocatur, eo quod *Romæ* antiquæ celebriores fabricæ, juxta requiſitam loci conditionem exſtructæ videantur; ubi ex læva integer erumpens rivus ex flumine derivatus, per ſinuoſas rupes arte factas in *Catadupam* deſinit. Ludicra aquarum ſpectacula, quæ hoc loco exhibentur, vix explicari poſſunt. Hinc fit deſcenſus in aliud planum, cujus muri teſſellato opere elaborati, in medio Parnaſſum exhibent, cum arboribus, in quibus cuculus cuculat, Luſcinia modulatur, dſenſat anſer, canarias volucres multiplici vocum mutatione cantillantes te ſentire jurares. Verùm locus doloſis aquarum ludicris non caret; intentos enim avium modulationi inopinus ex omnibus muris & pavimentis erumpens imber, ita perpluit, ut ex flumine extracti videantur. Aperitur hoc loco aliud ambulacrum arboribus utrimque conſitum, in cujus medio pulcherrimæ piſcinæ theatrum aperitur, in cujus medio exititium opus, in quatuor Draconum, in quatuor Mundi partes continuò aquarum diluvia evomentium formas elaboratum, in quorum dorſo ingens canalis, qui jocum aquarum, quem *Girandola* vocant, exhibet, aquaſque in tantam altitudinem jaculatur, ut præcelſam Cypreſſi figuram proximè æmuletur. Hinc verò per gradus Conchis hydragogis inſtructos deſcenditur in Horti planitiem, ubi quatuor vivaria occurrunt piſcibus, cygnis, anatibus cœteriſque aquaticæ ſtirpis volucribus conferta, quæ peridromidum cancellati ordines circumdantes, mirâ ſpectantes voluptate afficiunt. Implentur hæ piſcinæ, ſive vivaria, ingenti aquarum copiâ, per *Catadupam* dilapsâ; ſupra hanc *Catadupam* nobiliſſimum ſeſe aperit theatrum, juxta omnes architectonicæ artis regulas nitidiſſimè exſtructum, nec non vaſto aquarum receptaculo viſendum; in cujus interiori receſſu organum hydraulicum automatum diſpoſitum, mira ſonorum varietate auditorum aures demulcet. Nec hîc locus inſidiis caret, abditis enim aquarum canaliculis ita repletus eſt, ut harmonicâ organi ſuavitate abrepti derepentè aquarum diluviis tantum non obruantur. Tempus me deficeret, ſi omnia hujus horti memoranda, artis & Naturæ miracula fuſiùs deſcribere attentarem. Qui plura deſiderat, ex rebus ſuperficie tenùs tantùm enarratis, is librum adeat *Antonii Regii*, in quo minutiſſima etiam mini-

Horti deſcriptio.

Portio Anienis in Hortum dirivatur.

Ambulacrum innumeris fontibus ſalientibus conſpicuũ.

Locus qui Roma vocatur.

Volucrum artificioſus cantus.


Locus aquarum quem Girandola *vocant.*

Horti planities. 4 Vivaria conſpicua.

Theatrum Architectonicæ artis ſpecimen, cum organo hydraulico.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

marum rerum deſcriptione, omnia & ſingula exhibuit; & ne Lector curioſus hujus *Villæ* ſplendorem & amœnitatem verbis tantùm percipiat, hîc ejus ichnographiam, quæ uti veterum *Villarum* nulli cedit, ita quoque perfectum ejus ectypon veluti ultimum huic de *Villis Tyburtinis* tractatui colophonem imponit.



PALAZZO E^t. GIARDINO E VILLA IN TIVOLI FATTO DALLA FEL.^ce MEM.^a DEL EM.^mo E^t R.^mo HIPPOLITO ESTENSE CAD.^le DE FERRARA. 1. il Palazzo ſontuoſo fori e dentro con ſtatue ben compartito di camare e sale e stanze riccamente adobbate. 2. Giardino secreto. 3. Fonte del alicorno. 4 Padilicon. 4 Fontane che verſano aqqua in forma di ſpecchio. 5. Gioco di Pallao. 6. Font. di Leda. 7. Fonte di Teti. 8. Font. doid Eſculapio. 9. Font. d. Artuſa. 10. Pandora. 11. Font. d. Pomona. 12. Font. d. Flora. 13. Viale che traverſa il giardino con aque ſoteranee che diſopra putano aqua. 14. F. d.^t Pegaſeus. 15. F. Bacco. 16 Grotta d. Venere. 17. F. Granda cō 3 coloſſi vno Sibila Erculeano e. Amiene f cō lo Ninſe che verſā aqua. 18 F. d.^t Imp.^ri 19. Grota dela Sibila. 20. F. d. diana e di Pallade. 21. Font. che rapreſenta Roma. 22. Font. che cantano per via d. aqua.

LIBER

LIBER IIII,

De Veterum Urbium, Fanorumq; celebrium ruinis & ſitu, nec non de admirandis Naturæ operibus, quæ in TYBURTINO TERRITORIO etiamnum ſpectantur.

PARS I,

De Urbium Veterum veſtigiis adhuc ſuperſtitibus.

CAPUT I,

De Aniene flumine, *quod hodie* Teverone *vocant.*

Quamvis ſuprà de *Aniene* ſat diſſeruimus, hîc tamen paulò ampliùs de eo ratiocinaturi ſumus; eſt enim fluvius omnium eorum, qui *Latium* irrigant, celeberrimus, *Polybio*, *Ciceroni*, *Virgilio*, *Ovidio*, *Livio*, *Dionyſio Halicarnaſſeo*, *Straboni*, *Propertio*, *Plinio*, *Silio*, *Statio*, *Plutarcho*, & cuinam non rerum Romanarum ſcriptori notiſſimus? Plinius: Anio, inquit, *in monte* Trebanorum *ortus, lacus tres, amœnitate nobiles, qui nomen dedère Sublaqueo, defert in* Tyberim.

l. 3. c. 12.

Ortus Anienis.

Cui conſentit Frontinus: *Nec ſatis fuit principi noſtro cæterarum aquarum reſtituiſſe copiam, ſed etiam gratiam.* Anienis *quoque novi vitia exſcindi poſſe vidit. Omiſſo enim flumine repeti ex lacu, qui eſt ſupra* Villam Neronianam Sublacenſem, *ubi limpidiſſima eſt, juſſit. Nam cum oriatur* Anio *ſupra* Trebam Auguſtam, *ſeu quia per ſaxoſos montes decurrit, paucis circa ipſum oppidum objacentibus cultis, ſeu quia lacus altitudine, in quo excipitur, veluti depuratur, imminentium quoque nemorum opacitate inumbratus, frigidiſſimus ſimul ac ſplendidiſſimus eò pervenit. Oppidum Sublaqueum,* de quo plura in *Hiſtoria* noſtra *Euſtachio-Mariana*, hodieque nomen antiquum retinet, vulgò *Sublaco*, aut *Subjaco*, ſitum eſt in ipſa ripa *Anienis*, circiter 20 millibus paſſuum ſupra *Tybur* in colle edito, infra quem amnis per catarractam præcipitatur; mille verò paſſus ſupra oppidum ad eandem ripam loco editiore conſpicitur *Monaſterium* illud magnificum *Divæ Scholaſticæ*, incunabula Religionis *S. Benedicti*; hoc loco in ſubjecta valle, ſuperioribus ſeculis fuêre tres illi lacus amœnitate nobiles, qui nomen dedère ſubjecto oppido, *Sublaqueo*; hi poſtmodùm ſive terræmotu, ſive abſorptis intra viſcera ſubterranea aquis, aut alio eventu nobis ignoto, eſſe deſiêre; unum adhuc tempore *Divi Benedicti* ſuperfuiſſe teſtatur *hiſtoria de de S. Mauro* diſcipulo, qui ad ſummerſo intra lacum *Placido* ſubveniendum ex obedientiæ merito, ſupra lacûs aquas juſſu Sti. Patris ambulaſſe, atque fratrem ſuum ex aquis extraxiſſe refertur à *S. Gregorio*.

Sublaqueum.

Monaſteriũ S. Benedicti & S. Scholaſticæ.

Porrò à *Sublaqueo* verſus ortum hybernum euntibus poſt undecim millia paſſuum ad eandem *Anienis* ripam dextram, occurrit antiquiſſima illa *Vrbs*

Treba,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Treba oppidũ fonte Anienis celebre.

Treba, vulgò nunc *Treve*; non procul hinc ad tria millia paſſuum, in monte, qui *Trebam* ab ortu Solis proſpicit, fontes *Anienis* conſpiciuntur. Hîc ſatis mirari non poſſum, quid *Straboni* in mentem venerit, quod fontes hujus fluminis ad *Albam*, quindecim millibus paſſuum indè diſſitam, urbem pervetuſtam ponat. Ανίων, inquit, ποταμὸς ἐξ Αλβας ῥεῖ τῆς πρὸς μαρσοῖς Λατίνης πολέως; niſi forſan Territorium *Albæ*, quod *Trebæ* contiguum eſt, intelligi velit. Fertur itaque *Anio* ex dicto *Trebanorum monte*, ut rectè *Frontinus*, per ſaxoſa loca, mox verò circa *Trebam* per depreſſiora loca, utrimque imminentibus nemoroſis collibus, longis ambagibus fontiumque rivis adauctus, *Tyburtinis agris* committitur; & hinc per horrendas rupium voragines, aliis aliiſque receptis fluviolis, vaſto circuitu in *Tiberim* ſeſe exonerat. Hodiè ab ortu hujus fluminis uſque ad *Tiberim*, cui ſe inſinuat, duodecim pontibus, partim ligneis, partim ſaxeis ſtratus conſpicitur, quorum prior in *Territorio Trebano*, duo alteri in *Sublaquenſi*, S^ti^. *Antonii*, & S^ti^. *Franciſci*; quartus ligneus, intra *orbam* & *Maranam*, qui ſunt pagi ſub juriſdictione *Sublacenſis Abbatiæ*: quintus pariter ligneus intra *Rubianum*, & *Anticolim*; Sextus extra vicum *Varronis*, vulgò *Vicavaro*; Septimus pons juxta *Cataractam Tybure*; Octavus infra *Villam Mæcenatis*, & hodiè *Ponticello* dicitur; & qui olim ſaxeus erat, & *Pons Cælius* dicebatur, eò quod circa eum ſepulcrum *Cælii* olim conditum erat, is modò violentia fluminis diſſipatus, ex ligno conſtructus cernitur, euntibus in *Sabinam* commodiſſimus ſanè, & peropportunus; Nonus omnium celeberrimus, quem *Pontem Lucanum* vocant, de quo ſuprà in *Villa Plautiorum* pluribus actum eſt, & viam regiam *Romam* euntibus præbet. Decimus, *Pons Mamæus*, vulgò *Mammoli*, primò ab *Antonino Pio* Imperatore extructus, deindè à *Mamæa* Matre *Alexandri* Cæſaris, à qua & nomen obtinuit, reſtauratus fuit. Undecimus, uno circiter milliari poſt *S. Agnetis Templum*, *via Nomentana*: Duodecimus, non procul à confluxu *Anienis* & *Tyburis*, in *Via Salaria*, in quo *Manlius* cum gigante *Gallorum* congreſſus victoriam obtinuiſſe fertur. Hic à *Gothis* deſtructus, à *Narſete* tandem *Iuſtiniani* Imperatoris Archiſtratego reſtitutus fuit; quemadmodum elegans epigramma, quod in hunc uſque diem in latere pontis inciſum ſpectatur, hoc tenore verborum teſtatur:

Anienis curſus.

12 pontibus Anio inſtratus.

Epigramma in Ponte ſalario.

QUAM BENE CVRBATI DIRECTA EST SEMITA PONTIS
ATQVE INTERRVPTVM CONTINVATVR ITER.
CALCAMUS RAPIDAS SUBJECTI GURGITIS UNDAS,
ET NARSEN RESONANS PLAUSUS UBIQVE CANIT.
ITE IGITVR FACILES PER GAVDIA VESTRA QVIRITES,
ET NARSEN RESONANS GAVDIA VBIQVE CANAT.
QVI POTVIT RIGIDAS GOTHORVM SVBDERE MENTES,
HIC DOCVIT DVRVM FLVMINA FERRE IVGVM.

CAPUT II,

De Empulo, *Vrbe vetuſtiſſima.*

Cum anno 1664 veterum *Latinarum* Urbium ſitum magno labore inveſtigarem, contigit, ut inter condenſos ſylvarum receſſus, & pendentium ſcopulorum teſqua ita intricarer, ut vix ullibi exitus concederetur, è quibus ſummo niſu tandem eluctatus, in pervetuſtam vaſtæ ſolitudinis Eccleſiam Divino dictu, inciderem; quam cum à

Conſtan-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Conſtantino Magno olim extructam, ac deindè à *Sancto Sylveſtro* Pont. I. *Deiparæ* & *Divo Euſtachio* eodem in loco, in quo ex apparitione Crucifixi inter cornua cervi, à paganiſmo ad *Chriſtum* converſus fuerat, dicatam viderem, ex profanæ tunc inquiſitionis molimine, in ſacram, & jamdudum deſideratam hujus loci tam celebris notitiam, felici ſanè errore illapſus, *hiſtoriam*, quam *Euſtachio-Marianam* inſcribo, compoſui, in qua quidquid Lector circa antiquitatem hujus loci deſiderare poterit, exactè deſcriptum reperiet; quare in iis hoc loco deſcribendis longior eſſe nolui.

Occaſio deſcriptionis Urbis Empulitanæ.

Hujus itaque occaſione, cum quotannis locum hunc devotionis cauſa accederem, & multa ad hoc opus ſpectantia per viam, de veterum urbium veſtigiis, uti ſuprà dixi, obſervarem; neſcio quo caſu in eximium virum, Doctorem *Tarquinium Pamattam* in *Caſtello S. Angeli*, quod *della Madame* vocant, commorantem incidi, qui cum me παλαιολογίας deſiderio incenſum videret, dixit, ſe librum Manuſcriptum de origine, & excidio E*mpulitano* habere, à Parente ſuo peritiſſimo Medico ex alio pervetuſto Manuſcripto extractum, ex quo complura ad meam rem facientia circa veterum urbium, quæ in Territorio Tyburtino adhuc ſpectantur, hiſtoriam, & potiſſimùm quæ ad urbem pervetuſtam, quæ *Empulum* olim dicebatur, pertinerent, colligere poſſem; & quod jamdudum unicè noſſe deſiderâram, in eo quàm copioſiſſimè deſcriptum reperi; neque hîc ſe ſtitit negotium, totius urbis ſitum, & ſuperſtites murorum ruinas, ex dictis *S. Angeli Caſtelli* mœniis oſtendit; & uti vix ullum Authorem ex modernis de ea mentionem feciſſe noram, ita quoque totam hiſtoriam hiſce opportunè ſanè, veluti antiquitatem hucuſque incognitam, hîc inſerendam duxi.

Empulum, quæ poſteris temporibus *Ampiglione* vulgò appellata fuit, oppidum fuit à *Græcis* eodem ferè tempore, quo *Archivi* fratres, *Catillus*, *Corax* & *Tyburtus* *Tyburi* fundandæ operam dabant, ab *Aboriginibus* ædificatum, tempore priſcorum *Latinorum* ſummè floruit. Nam *Tyburtini* viribus potentes non timuerunt *populum Romanum* jam florentem & feliciſſimum ſibi adſcribere hoſtem; Nam uti Livius teſtatur l. 7. Empulum *eo anno ex* Tyburtibus *Captum.* Accidit hoc *C. Sulpitio* tertiùm, & *M. Valerio Publicola* Conſulibus, anno Urb. Cond. 499. Sequentibus Coſſ. hæc ibidem narrat Livius. *Duo*, inquit, *bella eo anno proſperè geſta, cumque* Tyburtibus *ad deditionem pugnatum.* Saſſula *ex his urbs capta, cæteraque oppida eandem fortunam habuiſſent, ni univerſa gens poſitis armis in fidem Conſulis veniſſet Triumphatum de* Tyburtibus. Sed jam ad ſitum ejus deſcribendum propiùs accedamus.

Empulum *antiquiſſimi.*

Euntibus *Tybure Sublacum* verſus ad tria millia paſſuum ad lævam nobile *Caſtellum S. Angeli*, quod *Caſtello Madame* vocant, monti impoſitum occurrit: ad dextram montes altiſſimos conſpicis, atque hos inter montes, in convalle ſupra tumulum haud exiguum, ſe ſpectanda præbent veteris *Empuli* juderum veſtigia, ad 500. Circiter paſſus, ad viam, quæ *Sicilianum* & *Sublacum* ducit, extenſa; ex quibus eam nobiliſſimam olim urbem fuiſſe, luculenter colligitur, quæ uti ſitum habet in vaſta valle, ita quoque montibus undique & undique veluti coronata, nec non ſcaturientium ex montibus fontium multitudine, mirum in modum habitationem amænam jucundamque reddit, & montes quidem arboribus conſiti magnam venatoribus ex animalibus tam volucribus, quàm terreſtribus, prædam offerunt. Ager omnibus ad vitæ humanæ uſum, neceſſariarum rerum abundantiâ inſtructus eſt: Territorium ſuum olim vel uſque ad ipſum *Anienem* ex una parte, ex altera ad *S. Gregorium*, quæ *Saſſula* quondam dicebatur, ſeſe extendebat; Archivia verò ante ejus devaſta-

Situs Empuli.

Empulum *amœniſſima civitas.*

Fertilitas Empuli.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



devaſtationem *Empulum* ſic deſcribunt: Inter prædivites & amænas urbes, quas *Tyburtinus Ager* tenebat, una non infimæ ſortis fuit *Empulum*, ſive *Ampiglianum*, quam & *Maſſam Appoloniam* dictam conſtat, tribus millibus paſſuum *Tybure* diſſitum; præter palatium enim magnificum fortalitio inſtruebatur à natura munitiſſimo; extra quod viridarium cernebatur omni fructuum genere, nec non Cypreſſis, Pinibus, fagis, quercubus, plataniſque ad amœnitatem conciliandam implantatis uberrimum; & uti fontium ſcaturiginibus abundat, ita quoque intuentium oculos animumque mira voluptate recreabat. Erat huic viridario junctum Theriotrophæum, omni animantium tam volucrium, quàm quadrupedum genere inſtructum. Urbs tota validiſſimo muro

Deſcriptio Empuli.

mo muro cingebatur, domus non ad commoditatẽ duntaxat, ſed & magnificentiam extructæ in prælongas ampla ſque plateas diſcriminabantur. Extra urbem ad 40 ferè paſſus *Eccleſia Divo Martino* urbis tutelari conſecrata cernebatur, opimis ad Eccleſiæ adminiſtratores alendos, & haud exiguis redditibus inſtructa. Principales hujus Loci nobiles familiæ erant *Santini*, *Moriconi*, *Vecchi*, *Mazzarelli* & *Mazzilli*. Totum territorium hujus urbis aquæductuum veterum arcubus *Tybur* uſque confertum eſt, per quos *Aqua Martia*, ſive *Claudia*, illa in *Villas Tyburtinas* hæc *Romam* deducebatur. Sed de his ſuo loco ampliùs.

Familiæ nobiliorum Empuli.

Hiſce itaque præmiſſis, jam quomodò, & qua occaſione *Empulitana urbs* devaſtata fuerit, exponamus.

CAPUT III,
De Destructionis Empulitanæ Vrbis, *ſive* Ampilionis *cauſa & Origine.*

ANno itaque Salutis noſtræ 1257, ſedente *Alexandro IV* Pont. Max. *Octavius Vrſinus*, vir potens & nobilitate ſanguinis cumprimis clarus, *Vrbis Empulitanæ*, vulgò, *Ampiglione*, nec non *S. Gregorii*, *Vicovari*, & *Cantalupi* Dominus, & legitimus jure hæreditatis poſſeſſor, duos habebat filias matrimonio jam maturas: & eodem tempore oppidis *Sambuci*, & *Saracinii*, vulgò *Saracineſchi*, dominabatur *Andreas Manerius* ſpectatæ pariter nobilitatis vir, qui duos habebat nepotes jam adultos, *Petrum* & *Marium*, quibus de congruo matrimonio jamdudum providebat. Cum itaque inaudiſſet, duas eſſe filias *Octavio Vrſino Empuli* tunc reſidenti, jam nubiles, de ineundo cum uno ex nepotibus matrimonio tractaturus *Empulum* in propria perſona ſe contulit; *Octavius Andreæ* comiter excepto indubiam concludendi matrimonii ſpem fecit, quâ fretus mutuis benevolentiæ obſequiis præmiſſis *Andreas Sambucum* reverſus, cum poſt duos circiter menſes, nullum adhuc factæ pollicitationis reſponſum daretur, literis negotium urgendum cenſuit; ſed ab *Octavio* de filiabus jam aliis deſtinatis, repulſam paſſus, incredibili indignatione exaſperatus in ſummum odium, quod contra *Octavium* conceperat, exarſit.

Matrimonium negatum origo ruinæ urbis.

Intereà *Alexander Maximus* Toparcha & Dominus S^{ti}. *Viti*, cœterorumque adjacentium Caſtellorum, cùm *Romam* iturus *Empulitanam Vrbem* tranſiret, à latronibus ejus loci invaſus, omnibuſque ſpoliatus, quas ſecum portabat, rebus nummiſque, tanta animi exacerbatione excanduit, ut non quieturum ſe polliceretur, quin hanc latronum ſpeluncam funditùs everſam videret; itaque vindictæ cupidine ſucceſus, cum de odio ab *Andrea Sambuci* Domino in *Octavium Vrſinum* conceptο intellexiſſet, peropportunam occaſionem ſibi datam molimen in executionem deducendi ratus, cum intentionem ſuam de *Vrbe Empulitana* evertenda detexiſſet, uterque vindictæ furore perculſus, manibus, uti dici ſolet, pedibuſque in eandem ſententiam pacto fœdere iverunt. Undè abſque ulla temporis prolongatione mox collectis armis, conſcriptâque in oppidis amborum juriſdictioni ſubjectis, copioſâ militum manu, armiluſtrium in oppido *S. Viti* primò inſtituerunt. Quod negotium uti ſubitaneum, & improviſum omnibus viſum fuit, ita quoque tam arcta ſilentii lege ſupprimi non potuit, quin occultæ machinationis inſtitutum notum fieret per fœminam Ampolitanam, quæ mox ut, quo belli moles vergeret, intellexit, & in perſona ſeſe *Empulum* contulit, & *Octavium* de omnibus, quæ de expugnanda & evertenda urbe audierat, admonuit. Qua de cauſa ſtatim tota Urbs ad arma

Latrocinium.

Apparatus bellicus contra Ampilionem.

Conſilium initum proditur per feminã.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

ſumenda concitatur, mœnia & turres militaribus copiis replentur, unicuique locus ad urbem defendendam aptus aſſignatur. Intereà adverſæ partis Exer-

Invaſio urbis.

citus contra *Empulum* ſe movet: & cum jam contra eam, quam ſpe jam devoraverant, ex improviſo, ut ipſi rebantur, rerumque, quæ intùs gerebantur, ignari, ingenti furore inſultum facerent; *Empulitani* jam jaculis, lanceis, gladiis, ſaxorum congerie, aliisque armis inſtructi, adeò fortiter illis reſtiterunt, ut ad primum congreſſum *Petrus Andreæ Sambuci* Domini nepos, ejuſque ſervus jaculis confixi cum innumeris aliis conciderint. Et cum contrà reliqua exercitûs pars audentiùs iret, & per portam urbis ſibi viam ſternere ſummo conatu allaboraret; eccè periculum prævidentes *Empulitani*, portam tot catarractis, tot trabibus, ſaxorumque pendentium congerie inſtruxerant, ut omnis illa militum per vim irrumpentium multitudo, partim catarractarum trabiumque lapſu, partim ſaxorum decidentium pondere obruti, vitam ſubitaneâ morte luerent. Ad tale ſpectaculum mente convulſus *Andreas Manerius*, atque ex cadaverum multitudine perterritus, tandem unà cum *Bartholomæo Caſtagno* Campiductore cœteriſque, fugâ ſe ſubducens, *Sambucum* reverſus eſt, ubi oppidum inquilinis viduatum cum reperiſſet, ingens mox clamor exortus fæminarum, quibuſdam maritorum, nonnullis filiorum, alijs alijſque parentum cognatorumque interitum inconſolabiliter com-

Bellum inſtauratur contra Empulum.

plorantibus. *Andreas* vindictæ exæſtuans œſtro, mox ad *Alexandrum Maximum S. Viti* Dominum belli aſſumpti complicem confugiens, de inſtaurando in *Empulitanos* aſſultu deliberabat. Hic pari vindictæ furore percitus, omninò novo impetu bellū inſtaurandum cenſuit; undè is in propria perſona ad cœteros ſuæ militiæ aſſeclas animandos, auſu oppidò temerario, uti mens perturbatione animi perplexa, & cœci impetus neſciens modum, ſe muris applicuit, ut ubinam opportuniori loco impetum facere poſſet, dignoſceret. Interim *Empulitani* horrendo ſaxorum imbre, telorumque exploſione, cadaveribus campos replebant, quos inter & *Alexander* in femore telo percuſſus concidit, quem mox in *Caſtellum S. Viti* chirurgis curandum mulo impoſitum avexêre. O quam melius fuiſſet *Empulitanis*, ſi in hoc tam atroci prælio *Alexander* inter vivos eſſe deſiiſſet, *Empulum* ſane non illam, quam paulò poſt deſcribemus, infelicem cataſtropham expertum fuiſſet.

Alexander *in urbis exploratione telo percuſſus.*

Hoc itaque cadente cœteri milites, deſertâ ſtatione, quiſque vitæ fugâ conſuluit, quâ milites profugi, furore & rabie concitati, armentis boum, equorumque unà cum caprarum, oviumque gregibus priùs abductis, reliqua cuncta flammis, gladioque conſumſerunt.

Hiſce peractis *Octavius Vrſinus* de inimico exercitu devicto, & proſtrato, cum ſuis ſubditis tā fortiter & magnanimiter ſe in urbis defenſione gerentibus feſta agebat, non prævidens, adhuc vivere tum ſuum inimicum *Alexandrum*, noctu diuque vindictam ſpirantem, & quod jam dudum animo conceperat, de urbe evertenda propoſitum, uſque dum illud compleſſet, minimè derelicturum.

Feſta pro victoria parta.

Interim *Empulitani* ex partâ victoriâ inſolentiores facti, à latrociniis non ceſſabant. Miſerat eodem tempore *Alexander Maximus* unum è ſuis famulis *Romam* ad pannum pro domeſtica familia comparandum, qui *Roma* reverſus, non procul ab *urbe Empulitana* à latronibus invaſus, & coëmptas res, & equum, cui inſidebat, actutum perdidit. Pupugit hoc ſcelus mirum in modum *Octavium*, utpotè qui hujuſmodi latrocinium, novam belli ſementem ſuſcitare poſſe, non ignorabat; unde latrones magnâ militum manu in omnes partes, viarumque angiportus dimiſſâ, inquiri præcepit, quos & tandem comprehenſos patibulo ſuffixit. Deindè *Octavius* famu-

famulum ad Dominum ſuum *Alexandrum Maximum*, omnibus iis rebus, quæ à latronibus ei ablatæ fuerunt, reſtitutis, inſolitis favoris & benevolentiæ ſignis dimiſit unà cum literis ad *Maximum* datis, queis de commiſſo in ſuo Territorio latrocinio ſe excuſabat. Verùm *Alexander* tantùm abeſt, ut acceptis literis à concepta reſolutione deſtiterit, ut potiùs majori indies in ejus executionem, ut modò videbimus, fervore exardeſceret.

CAPUT IV,

De totali Vrbis Empulitanæ *devaſtatione.*

VTi ingens malum immodicæ vindictæ cupido eſt, ita quoque ſecum malorum omnium Iliadem trahit, quæ ubi ſuos ſemel invaſerit, mox adeò excœcat intellectum, & voluntatem pervertit, adeoque hominem efferum & impotentem reddit, ut nec Divinarum nec humanarum legum capax, nullo timoris Religioniſque reſpectu, donec pro libitu ſuſque deque vertat omnia, quieſcere poſſit. Hoc pacto *Alexander Maximus S. Viti* Toparcha diabolico furore perculſus, nihil non agit, nullum non lapidem movet, ut intentum animo ſcelus, id eſt, ultimum *Empulitanæ urbis* exterminium & devaſtationem tandem complere poſſit. Undè perturbatione animi in tranſverſum actus, noctu diuque ejus, quod alto pectore jam dudum ſovebat, facinoris exequendi modum animo verſabat. Conſcriptâ itaque non exiguâ militum copiâ *Anagniæ*, cœteriſque vicinis locis, quos ad *S. Vitum* ad ejus nutum promptos conſiſtere juſſit: deindè *Tybur* ſe contulit, ubi negotium cum S. R. E. Cardinale *Cæſarino* Loci Epiſcopo contulit; hic eum omnibus modis à tam enormi reſolutione avertere conatus aſſeruit, inſana hujuſmodi conſilia & ſtolida tentamenta ſine abſoluta Pontificis authoritate & conſenſu, ex privato ſolummodò in *Octavium* odio, utpote cum tanta innocentis ſanguinis effuſione exequi eum nec poſſe nec debere; videret proindè, quid ageret, eum non impunè laturum, quicquid tandem efficeret. *Alexandri* animus jam obſtinatione obfirmatus, ſpreto conſilio Cardinalis, & paterna admonitione minimè emollitus, ejus relictis monitis aliam telam orditus eſt, utique tantò callidiorem, quantò animum ad ſanguinē *Empulitanorum* effundendum avidiorem gerebat. Itaque intentum ſuum nonnullis vicinis *Tyburtinis*, quos cum *Empulitanis* irreconciliabili odio fervere nôrat, detexit, qui uti in omne ſcelus prompti, ita quoque datis manibus fœdus cum *Alexandro* in exterminium *Empulitanæ* civitatis pepigerunt, ſtratagemate prorſùs inuſitato, quod hujuſmodi erat. Celebrabantur *Empuli* quotannis in feſto *S. Martini* celebres nundinæ, magnaque is dies peragebatur ſolennitate. Judæis mercatoribus in concepti facinoris executionem aſſumptis, qui eodem die ſummo mane equis mercibus onuſtis *Empuli* comparerent; quod factum fuit; verùm quoniam *Alexander* verebatur, nè manus militum, quos collegerat, ad opus conficiendum ſufficeret, in ſocietatem adſcivit *Sciarram Colonnenſen*, tum *Præneſtes* Dominum, qui uti ferocioris ingenii erat, ita quoque operam ſuam ad condictam diem, & ad ſceleris complementum, libens volens addixit. Interim die *S. Martini* tota urbs in feſtivitatem diffuſa, imminentis ſibi calamitatis improvida, dum ſolenni proceſſione ad Eccleſiam *S. Martini* extra urbem contenderent, & *Octavius* ſummo devotionis ſenſu Miſſarum ſolenniis intereſſet; eccè confeſtim ex abditis vicinæ ſylvæ receſſibus erumpens hoſtilis exercitus, quos in Eccleſia repererit, ad unum omnes nullo ſacri loci,

Alexandri Maximi *vindictæ cupido.*

Cardinalis Cæſarinus Maximū à *concepto molimine dehortatur.*

Maximus *in concepto ſcelere pertinax.*

Sciarra Columna ſceleris aſſecla.

Omnes in Eccleſia S. Martini *ſacris præſentes trucidant* Maximi *milites.*

 & quæ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

& quæ in eo gerebantur devotionis exercitiorũ habito reſpectu, nulli parcens ætati aut ſexui, (ubi & *Octavius Vrſinus*, tantò utiq; felicior, quantò majori pietatis ſenſu, dum ſacris intereſſet, occubuit) impia & crudeli manu trucidavit, omni Eccleſiaſtico apparatu abducto. Hoc peracto, atroci ſanè conatu unà cum *Sciarræ* copioſa militum manu adveniente, rabiem in urbem convertunt, ſacrilego raptu, quicquid in Eccleſiis pretioſum erat, ſacris domibus terræ adæquatis, abreptum fuit, quicquid ex hominibus ſupererat, ad internecionem deletum, ita ut inter quatuor aut quinque horarum ſpacium urbs tota, partim flammâ, partim armorum violentiâ everſa & ſolo æquata, cadaveribus propriis domorum ruinis ſepultis, in hunc uſque diem triſtis cataſtrophes ſuæ veſtigia poſt ſe exhibeat: tantaque ſtrage ſævitum fuit, ut ex univerſæ urbis incolis, non niſi tres ex nobilioribus, quorum nomina erant *Sanctius Moricanus*, *Franciſcus Santacellus*, & *Iacobus Mazzillus*, evaſerint. Nec hîc furor militum ſtetit: ſiquidem Monaſterium *de Valle Cotta* invadunt, Eccleſiam ſpoliant, Monachis ad unum omnibus occiſis; quod adeò immane & grande facinus Deus non inultum manere voluit. Nam dum peracto abominando ſcelere extra Eccleſiam ſpoliis onuſti moverent, repentina mox coorta fulmina adeò in impios ſævierunt, ut ex ſeptingentis nonniſi quingenti evaſerint, reliquis omnibus fulminum vehementia proſtratis. Quod *Alexander* cum audiiſſet, ſera pœnitentia ductus ſpolia eccleſiæ mox reſtitui curavit; ſed & Divinæ vindictæ furor ſuper eum, tanquam malorum omnium Authorem ſubitò exarſit, ſiquidem is inſanabili plaga eodem die percuſſus, brevi poſt tempore impiam animam cum indignatione effudit; *Tyburtini* quoque cives, quotquot deteſtabilis expeditionis, urbiſque evertendæ complices fuerunt, à Cardinale *Cæſarino* ad tam atrox facinus obſtupeſcente mortis ſententia percuſſi, in patibulo vitam laqueo, *Tybure* in rupe ſani Sibyllini, finierunt; ubi omnium tranſeuntium oculis expoſiti tam diù p ependerunt, donec carne & oſſibus diſſolutis ſuapte ſponte deciderunt. Reliqua verò exercitus pars, cum *Minutulam* oppidum, cujus veſtigia hodiè adhuc in colle inter *Tybur* & *Caſtrum S. Angeli*, non procul ab Aquiductibus ſpectantur, expugnarent, indigenæ iis tam egregiè reſtiterunt, ut magnam militum partem deleverint; donec tandem omnes ab inimicis ſuperſtitibus oppreſſi trucidatique, tragœdiæ finem impoſuerint, inimicis militibus pariter diſſipatis, quorum magnam partem circumjacentium oppidorum populi, qui everſæ *Vrbis* & devaſtati *agri Empulitani* quà commiſeratione, quà zelo compuncti, armata manu invadentes, nulla ſpe veniæ relicta, confecerunt, ita ut & urbs, & hoſtilis exercitus omnis, vel unius hebdomadis ſpatio unà cum malorum Authoribus deletus fuerit; atque adeò inſcrutabili Dei judicio *Empulitani* in Eccleſia pietatis operibus intenti, inter miſſarum ſolennia trucidati delictorum veniam à Deo obtinerent: inimici verò ſcelerum malorumque omnium Architecti, pereuntes unà cum turmis ſuis, pœnas luerent, forſan, condignas & æternum duraturas. Atque hic fuit horrendus vetuſtiſſimæ *Vrbis Empulitanæ* interitus, qui contigit anno 1257, ſedente *Alexandro IV* Pontifice.

Vrbem devaſtant.

Monaſterium, occiſis monachis depopulantur.

Ultio Divina.

Complices Tiburtini patibulo affixi.

CAPUT

CAPUT V,

De extructi ex ruderibus Empulitanis Caſtri S. Angeli *origine.*

DIximus itaque ſuprà, tres tantummodò ex Nobilioribus urbis, qui ex mœnibus ſeſe dejecerant, *Moriconum* videlicet, *Santacellum* & *Mazzillum*, elapſos *Vicovarum* ſeſe in tutum locum, utpotè juriſdictioni *Octavii Vrſini* loci Domini ſubditũ, ſe contuliſſe, ubi ſummo everſæ patriæ dolore, noctu diuque, quomodò urbs inimicis jam omnibus extinctis, denuò inſtaurari poſſet, ſecum deliberabant. Verùm cum variæ difficultates occurrerent, negotium cum *Eremicola*, qui in collis vertice, in Eccleſiola Territorio *Ampilionis* ſubjecta, & *S. Angeli* dicebatur, & ubi modò *Caſtellum S. Angeli*, vulgò *Madame*, quod ab Eremitorio nomen deindè traxit, commorabatur, contulerunt. Qui tam amplum, delicioſum, & rerum omnium territorium feraciſſimum nequaquàm negligendum eſſe cenſuit; ac proindè optimum factum ſibi videri dixit, ſi eodem in loco obtentâ priùs à ſummo Pontifice licentiâ extruendæ urbis fundamenta ponerent: quam & à Pontifice *Vrbano IV.* tunc temporis ſedente, calamitatis, quam incurrerant, miſerto obtinuerunt. Reverſi itaque *Vicovarum*, collecta operarum multitudine, fornacibus calcariis extructis, & ſaxis, quæ mons ſuppeditabat, in magnam congeriem exciſis, novi oppidi fundamenta jecerunt, ita ut nulli parcentes labori, intra ſexennium ad finem anni 1268, jam ad duodecim focorum familias excreſceret; Poſteri verò locum conſiderantes non minus commodum, quàm delicioſum ad habitandum, totum *Caſtellum* muris fortiſſimis, nec non turribus præaltis ita muniverunt, ut ingruentium bellorum tempore non haberent, quod amplius ſibi ab hoſtibus timerent.

Origo Caſtri S. Angeli *vulgò* Madame.

Anno itaque 1308. *Fortibraccius ab Vrſo* deſcendens, Dominus *Caſtelli*, *Caſtello* & *Suburbio*, nec non portâ, quæ *Leviſa* dicitur, extructâ, id quàm plurimùm ampliatum, in formam fortalitii reduxit, uti ex inſcriptione dictæ portæ marmori inarata patet. Atque hoc pacto oppidum magno incolarum numero, ſucceſſu temporum, ſub Dominio *Fortibracciorum* excrevit, uſque ad annum 1500; quo *Alphonſina Vrſina*, *Domui Mediceæ* (quorum ope *Caſtellum* & portis, & plateis noviter extructis, plurimum incrementum ſumpſerat.) deſponſata, illud pro dotis ſupplemento obtinuit. Contigit poſtmodùm, ut *Carolus V.* Imperator filiam ſuam naturalem modernè, *Ab Auſtria* dictam, *Domui Mediceæ* nuptiis inſereret; Verùm defuncto marito, ipſa jam vidua & ſine ſucceſſoribus, denuò *Farneſianæ familiæ* deſponſata in recognitionem dotis *Caſtellum S. Angeli*, quod in hunc uſque diem ab ea vulgò *Caſtello Madame* dicitur, remanſit. Hodiè verò anno 1667. ſub juriſdictione Marchionis *Alexandri Pallavicini* perſiſtit, ab ejus extructione 367 annis. Collis in quo oppidum fundatum eſt, ſitum habet oppidò delicioſum, agrum omni fructuum genere, nec non armentis boum, gregibuſque caprarum pecorumque uberrimum, ab *Anienis* fluminis ripa non niſi binis millibus paſſuum diſſitum, etiam nobiliſſimis piſcibus confertum. Collis ubi ſitum eſt, veluti tumulus vallibus undique & undique, & ſylvoſis altiſſimorum montium jugis veluti coronatum miram ſpectatoribus voluptatem confert. Verùm ut ea propiùs intuearis, hic mappam apponam, in qua & *Ampiglionis* diſtrictum, & *Caſtri S. Angeli* ſitum cum omnibus tam novis, quàm veteribus locis, contemplari queas.

Fortibraccius *loci ſe dominum conſtituit.*

Cur Madame *dicatur* caſtellum.

CAPUT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

CAPUT VI,

De reliquis Vrbibus Territorii Tyburtini.

SAſſula pervetuſtum in *Tyburtino Agro* oppidum, de quo Livius. *Duo*, inquit, *bella eo anno proſperè geſta, cum* Tyburtibus *ad deditionem pugnatum;* Saſſula *ex his urbs capta, cæteraque oppida eandem fortunam habuiſſent, ni univerſa gens poſitis armis in fidem Conſulis veniſſet triumphatum de* Tyburtibus.

Nos variis conjecturis ſedula ex hujuſmodi locorum inſpectione *Saſſulam* alibi non fuiſſe ſitam, quàm ubi modò conſiſtit *oppidum S. Gregorii*, ſub juriſdictione Eminentiſſimi Cardinalis *Pii*, qui non ſolùm montibus in vias deplanatis oppidum undique & undique pervium fecit, ſed & ſuburbio magnificentiâ prorſùs regiâ extructo mirum in modum, ampliavit. *Saſſulam* dictam putem à ſcopuloſo clivo, cui impoſitum eſt. Siquidem cum ſub Romanis Imperatoribus, quum jamdudum *Æquorum* quoque gens in *Latii* novi nomen tranſiſſet, in hanc uſque ditio *Tyburtinorum* protenſa fuit; Nam uti Tacitus graviſſimus Scriptor teſtatur: *Igitur*, inquit, *quaſi depulſo jam* Nerone, *quis diligeretur, inquirebant, & omnium ore* Rubellius Plautus *celebrabatur, cui nobilitas per matrem ex* Julia familia. *Auxit rumorem pari vanitate orta interpretatio fulguris; Nam quia diſcumbentis* Neronis *apud* Simbruma *ſtagna, cui* Sublaqueum *nomen eſt, ictæ dapes menſaque disjecta erat, idque finibus* Tyburtum *acciderat, undè paterna* Plauto *origo, hunc illum numine Deûm deſtinabant.* Ad dextram *Anienis* ripam 20 mill: paſſ. *Villam* illam *Neronis*, ubi fulmine & fulgure in menſam *Neronis* diſcumbentis, disjectis dapibus adeò ſævitum fuit, extitiſſe, ſuprà cum de *Aniene flumine* agerem, demonſtratum fuit. *Pedum* quoque oppidum non procul *Tybure* remotum fuiſſe, in præcedentibus oſtendimus. De *Longula*, quæ & *Poluſtria* dicitur, fuſè egimus *in Hiſtoria Euſtachiomariana*, quam conſule. *Longulam* quidem tribus à *Saſſula* paſſuum millibus diſſitam, ſupra citati Authores *in vita Marci Coriolani* conſtituunt, cujus & rudera in hanc diem in colle quodam ſpectantur, è regione viridarii Excell.mi Ducis *Polani*, quam *Catenam* vocant. *Poluſtria* verò nova, ſive hodiè, *Poli* oppidum eſt ex veteris *Poluſtriæ* ruinis extructum in altiſſimorum montium convalle, clivo impoſitum ſpectatur, à qua *Longula* vetus, mille & quingentis circiter paſſibus verſus ortum olim diſſita fuit, teſte *Livio*, *Martii Coriolani* contra *Romanos* factione celeberrima: *Longula* dicebatur ob urbis ſitum in longum productum; undè multi, neſcio quo errore, *Polluſtriam* & *Longulam* pro duobus oppidis perperam acceperunt, cum fuerint non niſi una civitas, ſola differentium nominum appellatione diſcrepans; quod & inſcriptio juxta portam palatii Excell.mi Ducis *Polani*, hiſce verbis innuit:

Saſſula vetuſta Latii urbs.

Tac. annal. l. 14.

Pedum.

Longula.

Poluſtria.

> *Nunc* Polus, *antiquis ſum dicta* Poluſtria; *priſcum*
> *Vix prope, quæ fueras,* Longula *nomen habes.*
> *Infenſus patriæ nos Martius abſtulit urbi*
> *Quid mirum? haud cuſtos tunc* Jovis *ales erat.*

A *Tyburtina Vrbe*, juxta rudera *Ampiglionis* ſuprà deſcripta, occurrit vetuſtiſſimum *Caſtellum* monti impoſitum, *Sicilianum*, ſub Dominio Ill.mi Marchionis *Theoduli*, nomine obtento, juxta *Cluverii* conjecturam, ex habitatione primorum *Latii* incolarum, quos *Siculos*, ſeu *Sicanos*, veteres vocabant, ſic dicti qui ab *Aboriginibus* ex *Latio* profligati, ibidem ſedem fixerant; uti in præcedentibus

Sicilianum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

dentibus expoſuimus. Hinc per montis deſcenſũ ampliſſima planities occurrit, qua ad dextram euntibus, ſub ingenti *montis S.ti Euſtachii rupe*, vicus *Piſonis* ſive *Piſonianum* occurrit, vulgò *Piſciano*, vicus nobilis & præamplus, Ill.mæ *Theodolorum* familiæ jurisdictionis eſt. Atque hinc meridiem verſus 3 mill. paſſuum diſſitum eſt oppidum *S. Viti*, quod cum multa commemoratione digna contineat, id peculiari capite perſtringam.

CAPUT VII,

De Scopulo converſioni Divi Euſtachii *ſacro, & de Eccleſia à* Conſtantino Magno *in eo fundata.*

Vicus *Piſonis*, vulgo *Piſciano* oppidum, ſupra collem extructum, rerũ ubertate gaudet, de quo paulo ante diximus. Huic Mons præcelſus, *Vulturellus*, vel *Divi Euſtachii*, unà cum vaſtæ molis ſcopulo ſuperimminet. Atque hic eſt locus omnibus ſeculis memorabilis, in quo Divina bonitas & miſericordia cum *Divo Euſtachio*, cui nomen olim, *Placido*, miraculoſè ad Deum & Chriſtianæ Religionis fidem amplexandam operari dignata eſt. Dum enim ingentis magnitudinis cervum inſectatur, eumque jam intra dicti montis gurguſtia concluſum, captum crederet; cervus verò inſolito & prodigioſo ſaltu in dictum ſcopulum 115 palmorum altum ſe recepiſſet, tum enimverò *Placidus* hoc prodigio attonitus, cum attentiùs in feram, apicem jam ſcopuli tenentem, oculos animumque convertiſſet; eccè *Chriſtus* crucifixus inter cornua cervi viſus, eique januam vitæ æternæ aperiens, quid eum facere oporteat, præcipit; ut videlicet *Romam* feſtinans, ſe ſacro baptiſmatis fonte abluendum curaret, & deindè ad hunc locum redux, documenta ſalutis æternæ, & vitæ impoſterum inſtituendæ modum & rationem perciperet. Quæ omnia acciderunt.

Ad hunc itaque ſcopulum Converſioni *Divi Euſtachii* ſacrum, *Conſtantinus Magnus*, ad æternam Divinæ apparitionis *Divo Euſtachio* hoc loco factæ memoriam, Eccleſiam extruxit, quam *Sanctus Sylveſter* Papa deindè in *Deiparæ*, & *Sancti Euſtachii* honorem ſolenni ritu conſecravit. Hanc verò in ſumma illorum temporum, queis *Gothi* & *Romam*, & totam *Italiam* infeſtarunt, acerbitate, dirutam, poſteà *S. Benedictus* monaſterio ibidem extructo refecit. Ego verò cum anno 1660 in hanc horridam ſolitudinem errore viarum, non tam humano, quàm Divino ductu incidiſſem, locique celebritatem attentiùs conſideraſſem; eccè neſcio quo interiori mentis inſtinctu, nec non incredibili loci devotione captus, nullum non movi lapidem, ad locum ſacerrimum unà cum veneranda Eccleſia, & ſcopulo, in quo veteres *Chriſtiani*, eo in loco, ubi cervus Crucifixi imagine inſignitus conſtiterat, ſacellum, cujus in hunc uſque diem veſtigia manent, ædificarant, priſtinæ ſuæ devotioni & celebritati reſtituendum: quod hoc eodem anno, quo hæc ſcribo, ſingulari Dei aſpirantis gratiâ, ſubſidiis Religioſiſſimi Cæſaris *Leopoldi primi*, Ducis *Bavariæ*, & proregis *Neapolitani*, Excellentiſſimi *Petri d' Arragona*, nec non Ill. Domini S. R. I. *Iohannis Frederici* Comitis de *Waldſteyn*, præſtitum fuit; & jam in die 29 Septembris *Sancti Michaëlis* Archangeli ſacro, ingenti multorum millium hominum, ad Communionem, uti dici ſolet, generalem, quotannis eo in loco inſtitui ſolitam, confluxu frequentatur. Ab hoc loco per mille paſſuum intercapedinem aſcendentibus, vicus occurrit *Guadagnolium*, vulgò *Quadagnuolo*, qui



LOCVS CONVERSIONIS
S. Æuſtachij in Monte Vulturello

Excellentiſſimo Duci *Polano* paret; Undè & tanquam à viciniori loco *Eccleſia Deiparæ Euſtachianæ* nomen obtinuit, *La Madonna di Quadagnuolo*. Verùm cum hujus Loci hiſtoriam, integro libro, cui titulus eſt, *Hiſtoria Euſtachio-Mariana*, quàm uberrimè deſcripſerimus, illuc Lectorem remittimus.

CAPUT

CAPUT VIII,

Oppidum Sancti Viti.

TRibus millibus paſſuum à *Piſoniano* verſus Meridiem, uti dixi, *oppidum S. Viti*, & totidem verſus occaſum à *Polluſtria* ſive *Longula*, ſolo *monte Vulturello* interjecto ſitum eſt. Erat autem *Æquorum oppidum*, de quo Livius l. 2. de C. Martio Coriolano. Circejos, inquit, *profectus primùm colonos indè* Romanos *expulit*, *liberamque eam urbem* Volſcis *tradidit; indè in* Latinam viam *tranſverſis tramitibus tranſgreſſus* Satricum, Longulam, Polluſtriam Coriolanus *novella hæc* Romanis *oppida ademit; indè* Lavinium *recepit; tunc deinceps* Corbionem, Vitelliam, Trebiam, Lavicum, & Pedum *capit; poſtremò ad Vrbem à* Pedo *duxit, & ad foſſas Cluilias quinque ab Vrbe paſſuum millibus caſtra poſuit.* De priſco hujus oppidi nomine Authores controvertunt, nonnullis *Vitelliam*, quibuſdam *Satricum*, aliis *Bolas* aut *Trebam* fuiſſe opinantibus, nemine tamen quodnam ex his nomen habuerit, ſciente. Nos relictis altercationibus, modernum ejus ſitum paucis deſcribamus.

S.Vitus, *in cujus Eccleſia à canibus rabidis morſi ſanari dicuntur.*

Sanctus Vitus oppidum Marchionis *Theodoli* juriſdictioni parens infra *Montem Euſtachianum* duobus circiter millibus paſſuum ſupra collem poſitum, nomen ſortitur ab Eccleſia S^ti. *Viti*, ad quam ex morſu canis rabidi hydrophobiâ laborantes unicam ſalutis medelam, meritis Sancti reperiunt; Undè inſignem nominis celebritatem acquiſivit. Oppidum talem à Natura ſitum obtinuit, ut aſperitas montium cum amœnitate certare videatur. Nobili palatio gaudet; planities collis tota ob ulmorum in ambulacra diſpoſitorum umbram, ſummam ſpectantibus amœnitatem conciliat; omni fructuum genere, excepto frumento, abundat, vinum exquiſitiſſimum profert, vel ex eo capite maximè celebratum, quod nec caput fumo repleat, & virtute, quâ pollet diureticâ, magnum ſanitatis emolumentum conferat. Ad arcem in jugo collis conſtitutam, non niſi per ſcalas lapideas, quibus cunctæ plateæ conſtant, non ſine ſudore pervenitur. Omnes circa circum ſylvæ monteſque caſtaneis ſunt conſitæ arboribus, magno annui proventûs, quod indè acquirunt Incolæ, emolumento. Fontes *Liris*, hodie *Gariglione*, fluminis hoc oppidum cum primis reddunt celebre: diſtant hi verſus ortum ab oppido mille circiter paſſibus, & ex montis Hydrophylacio per ſeptem ſcaturigines, uti curioſo examine deprehendi, effluunt, quæ in unum corrivatæ, multis aliis hinc indè augmentatæ, flumen conſtitutum *Garigl ionem*, quem & Geographi *Lirim* vocant conſtituit, quod per *Agrum Soranum* & *Sueſſam Campaniæ* magna aquarum mole aggravatum in *mare Thyrrenum* devolvitur. Magna hoc loco *Gennezzanos* inter & *Sancti-Vitanos* contentio orta fuit; illis, fontes dicti fluminis in ſuo Territorio, hiſce in ſuo Territorii ambitu oriri contendentibus, quam litem eo, qui ſequitur modo, dirimendam duxi. Septem fontes, de quibus paulò ante dixi, in profunda valle *oppidi S^ti. Viti* intra ſpacium unius circiter milliaris, ordine naſcentes, verè & propriè in *Territorio S.Viti* originem ſuam inveniunt; Ultra verò S^tum. *Vitum* verſus occiduam plagam tendentibus occurrit vallis confragoſa, & vel ipſo aſpectu horrorem ob rupium aſperitatē ſcopuloſumque montium tractum incutiens, ubi ex horrida rupe ingens aquarum moles erumpens mox in rivum excreſcit, qui uti in *Territorio Gennezzano* oritur, ita quoque per totum *Gennezzanum Territorium* fluens,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

tandem flumini ex ſeptem dictis *S. Viti* fontibus nato conjungitur. Hanc itaque originem non ſine ratione fontem *Gariglionis* dici poſſe, indè patet, quod is à ſeptem dictorum fontium primô non niſi mille circiter paſſuum ſpatio, ſolo *monte S. Viti* interjecto diſtet, & ex eodem & communi montium hydrophylacio deducatur, ut proindè utraque gens ſuum ex hoc capite lite deciſâ intentum habeat.

Æſula urbs vicina fuit *Tyburi*, cujus mentionem facit Horatius l. 3 Carm. Oda 28.

——— *Eripe te moræ.*
Ne ſemper udum Tybur *&* Æſulæ
Declive contempleris arvum, &
Telegoni *juga parricidæ.*
Faſtidioſam deſere copiam, &
Molem propinquam nubibus arduis
Omitte mirari beatæ
Fumum, & opes ſtrepitumque Romæ.

Et quamvis *Plinius* dicat, jam ſuo tempore plurima *Latii* oppida ſine veſtigiis periiſſe, ego tamen, quantum ex continua locorum inſpectione colligere potui, dico *Æſulam* quinque milliaribus *Tybure* diſſitam, è regione prædii, quod *Corcollo* vulgò vocant, conſtitutam; ibi enim pons tibi occurret, qui *Vereſin fluvium* tegit, & oritur paulò ſupra *Gallicanum*, dein quatuor millibus paſſuum infra *Tybur Anieni* miſcetur, Strabone teſte: ῥεῖ δὲ διὰ τῆς χώρας Οὐέρεσις ποταμός. Poſt quem duplex via aperitur, quarum prior à dextris verſus *Tuſculum*; altera à ſiniſtris declinans verſus *Polum* & *Præneſte* tendit. A dextra itaque Pontis ingens clivus ſe obvium præbet, veterum ædificiorum ruderumque veſtigiis, conſpicuus, quæ etiamnum ex clivi viſceribus, pluviis & imbribus cum tempore abraſâ terrâ ſe manifeſtant; atque hoc loco *Æſulam* conſtitutam fuiſſe ex paulò antè citatis Horatii verbis colligo. *Ne ſemper udum* Tybur *&* Æſulæ *Declive contempleris arvum.* Accedit quod veteres Geographi id inter *Tybur* & *Præneſte* ſitum fuiſſe exiſtiment. Sed hæc de ſitu *Æſulæ*, mappam hiſce interſertam conſule.

Æſulæ oppidi veteris *ſitus.*

Tendentibus verò à *Tybure* juxta dextram *Anienis* oram ſex millibus paſſuum, mox obviam habebis *Variam* ſive ut alii *Vicum Varronis*, vulgò *Vico Varo*. Atque hæc eſt antiqua *Valeria*, à qua *Via Valeria* dicta fuit, modò *Vrſinorum* juriſdictioni ſubſtat, ad ripam dextram ſita, piſcibus potiſſimùm truttis celebris. Hinc dimidio itinere inter *Valeriam* & *Sublacum* oppidum, *Carſeoli Æquorum* oppidum obvium fit, ex cujus ruinis oppidum, quod hodiè non abludente nomine *Arſoli* dicitur, exſtructum eſt; hinc *Sublacum* & ad *Simbrivii* montes, & Stagna, *Trebam* olim, hodiè *Trevi* pervenitur, à qua tribus millibus paſſuum fontes *Anienis* ſpectantur, de quibus cum in præcedentibus ſat actum ſit, hic ea non iteranda duxi.

Vico Varo *olim* Valeria, *& vicus* Varronis *dictum oppidum.*

Carſeoli ſitus.

Corniculum celebre vetuſtiſſimumque *Sabinorum* oppidum occurrit ſub collibus, quorum prior hodiè S^ti. *Angeli*, alter *Monticelli* dicitur, qui & ob ſimilitudinem duorum cornuum prominentium *Corniculani colles* dicebantur. De *Sublaco* & *Treba* ſuprà diximus; jam civitates reliquas *Maruccinorum, Marſorum, Samnitum, Pelignorumque* aggrediamur.

Ad fontes *Aterni* fluminis, qui hodiè *Peſcara* dicitur, & *Marrucinos* à *Veſtinis*, *Strabone* teſte, dividit, *Amiternum* ſitum eſt, de quo *Livius* l. 10 ſcribit: *P. Cornelium* ſecundo Coſſ. *Amiternum* oppugnatum de *Samnitibus* cepiſſe. In eodem colle octo milliaribus diſtat oppidum *Furconium* etiam celebre, & utriuſque ſanè apparent non exiguæ magnificentiæ fundamenta, alterum jam pridem interiit: *Furconium* verò *Longobardi* everterunt, ex quorum ruinis *Aquila* quinque millibus paſſuum *Amiterno* diſſita ædificata fuit, ſitu avis illius adinſtar prædominantis haud abſimilis. Sequitur *Corfinium*, quod oppidum in bello *Marſico Italiam* appellarunt,

Amiternum oppidum.

Furconium *vetus oppidum.*

Aquila.

Corfinium.

tanquam

tanquam commune univerſis *Italis* receptaculum & propugnaculum contra *Populum Romanum*, uti *Strabo* docet. Marſorum origo. Loci adhuc extant veſtigia. *Marſorum* gentes & *Samnitum* omnes in jugis *Appennini* ſunt ſitæ, originem ducunt à *Marſo Circes* & *Vlyſsis* filio. ita *Plinius*, quamvis Solinus eos à *Marſya*, qui victus ab *Apolline* huc conceſſit & migravit.

> *Sed populis nomen poſuit metuentior hoſtis,*
> *Cum fugeret* Phrygias *trans æquora* Marſya *crenas,*
> Mygdonium Phœbi *ſuperantis pectine* Loton.

Marſicum bellum. Initium defectionis *Italiæ* à *Marſis* cœpit, quia non impetrata libertate & communione civitatis cœteros exemerunt, ex quo deindè ſociale bellum Marſicum appellatum exarſit. Victi demùm à *Sylla* fuêre, ſub quo tunc *Cicero* militavit. Caput eorum *Marrubium* Marrubium Marſorum *metropolis.* prope *Fucinum lacum* à *Marro* conditore, teſte *Silio Virgilioque* vocatum. Hæc *Marſorum* ſive *Æquorum*, ut *Livio* placet, ſimul cum *Erſenia* & Alba &c: coloniæ *Romanorum* ſunt, *C. Genutio* & *Sergio Cornelio* Coſs. deductæ, teſte *Livio in* 7. Prope eſt *Fucinus Lacus*, Lacus Fucinus. nunc mutato nomine vulgo ab oppido *Celano* dicitur, cujus emiſſarium *Claudius* fecit, opus ſanè in hunc uſque diem viſu ſtupendum: per hunc *Aqua Martia Romam* venit. Ante quadriennium à piſcatore intra hujus *Lacus* fundum ciſtula reperta fuit, plena numiſmatis argenteis, quæ à *Romanis* cuſa fuerunt, ex quibus duodecim illuſt.mus *Marc-Antonius Colonna*, Palliani fortalitiī Gubernator, pro ſuo in me meaque ſtudia affectu, donavit, quorum typum hîc ſupponendum duxi.



Numiſmata varia Veterum Romanorum Argentea non ita pridem in Lacu Fucino reperta quorum me participem fecit Illuſt: M. Anton. Colonna Paliani Gubernator.

Medeam quoque hîc habitaſſe fabulantur, & vim ſoporiferam ſerpentum, & incantamenta *Marſos* docuiſſe dicunt. *Valeria Regia* hîc *Straboni* ponitur,

ponitur, ad quam à ponte *Lucano* initio facto *Via Valeria* per *Villæ Mæcenatis* arcuatas vias, ad *templum* uſque *Herculeum* extenſas, ferebatur; deindè per pontem *Anienis Marſos* & *Corfinium* ducit. *Valeria Volaterrano* teſte, patria *Bonifacii IV* fuit, jam extincta. Nos verò ſcitiùs non *Carſeolos*, ſed *Vicovarum Valeriam* antiquam fuiſſe ſuprà docuimus. Hoc enim oppidum *Plinius* & *Ptolomæus* inter *Æquicolas* ponunt, quæ gens ad *Marſos* pertinebat, ſimul cum *Claſtidio*, quæ ſanè omnes interiêre; atque ex eorum ruinis nova oppida *Vicovarum*, *Talliacotium*, *Cælanum*, condita ſunt.



PARS II.

De Antiquitatibus Tyburtinis.

CAPUT I,

De Antiquitatibus Tyburtinis, quoad Fana & Delubra, Deorum, & primò de Templo Herculis.

IN præcedentibus oſtenſum fuit, priſcis *Sicanorum* temporibus, *Templum Saturni* in *Tyburtino oppido* erectum fuiſſe, nominis celebritate clariſſimum; quod deindè ſuccedentibus ſeculis in varia illa gentium in *Italiam* tranſmigratione dirutum, ab *Archæis* fratribus, urbis ampliatoribus, in magnificum *Herculis templum*, ad *Evandri exemplum*, eductum fuit, non contemnendæ & ſtructuræ & magnitudinis. *Herculem* enim ex *Heſperia* reducem ab *Evandro* in *Monte Pallantio*, qui hodiè *Palatinus* dicitur, non omni duntaxat honoris obſequio exceptum, ſed & inſuper ob geſtarum rerum multitudinem *Evandrum* ſacra ipſi inſtituiſſe, ſuprà ex *Dionyſio* retulimus. *Tybur* quoque vicinum *Herculem*, ad Argivam gentem compopularem viſitandam, ſe contuliſsê, Vincentius Juſtinianus, Epiſcopus Gravinenſis in quadam Oratione panegyrica conteſtatur: *Opinamur verò*, inquit, Herculem *illum, cum in* Latium *demùm perveniſſet*, Cacumque *ſuorum abactorem boum trucidaſſet*, Tybur *quoq; ad* Græcos *ſuos inviſendos ſe contuliſſe, ubi cum multa in eos beneficia præſtitiſſet, virum immortalitate nominis cohoneſtandum eſſe rati, ſumma eum religione colentes templum, cujus etiamnum monumenta perdurant, magnificentiſſimè extruxerunt, ita ut* Herculei templi *fama per omnes nationes emanaverit.* Et certè *Templum* fuiſſe marmorum ſumma varietate extructum exornatumque, ex veſtigijs fragmentorum luculenter patet; cujus & *Iuvenalis Satyra* 14 mentionem facit, cujus verſus ſuprà in villa Centronij adduximus. *Templum* ferè forma, quam præſens ſchema monſtrat, fuit. Erat autem circundatum longis & præamplis porticibus, quas columnæ præcelſæ fulciebant, ex porta *Villæ Mæcenatis*, per quam *Via Valeria* tendebat, incipiens, continuatis fornicum ſubſtructionibus, uſque ad ipſum *Templum Herculis* porrigebatur; per quas *Auguſtum* ſæpè tranſiſſe, & in ea, ubi ærarium ampliſſimum erat, jus dixiſſe *Appianus l. 5 bell. civil.* tradit. *Bibliothecam* quoque inſtructam fuiſſe, opulentiâ librorum ſplendidiſſimâ, Gellius Author eſt, att. noct. l. 19, c. 5. Verba ejus hîc appono: In Tyburte, inquit, *rus conceſſeramus hominis amici divitis, ætate anni flagrantiſſimi, ego, & quidam alii æquales & familiares mei, eloquentiæ & Philoſophiæ ſectatores. Erat nobiſcum vir bonus & peripatetica doctrina benè doctus, &* Ariſtotelis *unicè ſtudioſiſſimus; is nos aquam multam ex diluta nive bibentes coërcebat, ſeveriuſque increpabat. Adhibebat nobis authoritates nobilium medicorum, & cum primis* Ariſtotelis *Philoſophi, rei omnis humanæ peritiſſimi, qui aquam nivalem frugibus ſanè & arboribus fœcundam diceret, ſed hominibus potu nimis inſalubrem eſſe; tabemque & morbos ſenſim, atque in diem longam viſceribus inſeminare. Hæc quidem ille ad nos prudenter & benevolè & aſſiduè dictabat: ſed cum bibendæ nivis pauſa fieret nulla, promit è* Bibliotheca Tiburti, *quæ tunc in* Herculis templo *ſatis commodè inſtructa erat*, Ariſtotelis *librum, eumque ad nos defert.*

Herculei templi *extructio.*

Herculei templi *olim magnificentia.*

Ærarium & bibliotheca Templi Herculei.

Diſcurſus utrum nive imbutus aquæ potus bonus an noxius ſit?

deſert. Et hujus ſaltem, inquit, viri ſapientiſſimi verbis credite, ac deſinite valetudinem veſtram profligare. In eo libro ſcriptum fuit, deterrimam eſſe potui aquam è nive, cauſaque ibidem adſcripta eſt hujusmodi: Quoniam cum aqua frigore aëris duratur & coit, neceſſe eſt fieri evaporationem, & quandam quaſi auram tenuiſſimam exprimi ex ea, & emanare; id autem inquit, in ea leviſſimum eſt, quod evaporatur; manet autem, quod eſt gravius & ſordidius & inſalubrius, atque id pulſu aëris verberatum in modum coloremque ſpumæ candidæ oritur. Sed aliquantum, quod eſt ſalubrius, difflari atque evaporari ex nive indicium illud eſt, quod minor fit illa, quæ antè fuerat, quàm concreſceret. Hoc ubi legimus, placuit honorem doctiſſimo viro habere Ariſtoteli, *atque ita poſtmodum ego bellum & odium nivi indixi, alii inducias cum ea variè factitabant.* Hæc Gellius. Erat *templum* utplurimùm dictum Maximum, ejuſque Miniſtri & maximè Sacerdotes, quos Herculanos Auguſtales appellabant, in ſummo honore & æſtimatione habebant, uti ex inſcriptionibus patet, quæ è ruinis detectæ ſic ſonant.

CALVINÆ
M. SILLANI FIL.
DELICIO
JUNIÆ S. P. F.
TIRANNIDI
UXORI OPTVMÆ
C. ALBIUS LIVILLÆ L.
TIMELLUS
TIMELLUS
HER.
AUGVST.
P. MUMMIO P. F. GAL. SS.
SENNA - RUTILIANO
COS. AVGVRI PROCOS
PROVINCIÆ ASIÆ LEG. AVG.
PR. MOESIÆ SVPERIORIS
PRÆF. ÆR. SATVRNI LEG. VI.
VICTRIC. PRÆTORI. TRIBVN. PL. QVÆST.
TRIB. LEG. V. MACED. XVIRO
STILITIB. JVDIC. PATRONO MVNICIPII
CVR. FANI HERC. V. SALIO
HERCVLANII AVGVSTALES
L. D. S. C.

C. SEXTILIVS
* V. V. TIBVRTIVM
LIBERTVS EPHEBVS
HERCULANIVS
AVGVSTALIS.

* *Virgines Veſtales in* Eccleſia S. *Antonini jam diruta.*

Alia infixa in pariete domi, è regione fontis *del Trevio.*

CVR.
ÆD. VRB. IV. VIR.
HERC. AVG.
TIBVR PATRONO
S. C.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Alia in baſi ſtatuæ ſiniſtræ Ægypt. juxta Eccleſiam Cathedralem.

G. LAVINÆ RUFINÆ
. . . JUS F. HERACLIÆ
AB ORDINE
H...... AUGUSTAL.
SENATUS POPVLVSQ. TIBVRS.

Coëmptum fuiſſe Officium Auguſtalis Miniſterii ſequens inſcriptio docet:

In horto S. Mariæ de Angelis Patrum Somaſcharum.

T. CLAVDIO
SALVIANO
HERCULANO
AUG. GRATIS
CREATO
PVBLICARIO

Invenitur & in *Eccleſia Abbatiæ Patrum Monachorum Olivetan.* ſequens votiva inſcriptio.

id eſt. * Herculi Victori *votum ſolvit.*

* H. V. V. S.
C. JVLIVS C. F.
PAL. RVFVS
TRIBVN. MILITVM. BIS
FANI CVRATOR
V. Q.
AB ÆRARIO SATVRNI

In *Eccleſia* diruta modò *B. Virginis del Paſſo.*

D. M.
P. RVSTICELLIVS
SALTATOR
HER. VICT. M.

Juxta *Templum* quoque S^ti. *Andreæ.*

C. ÆMILIO C. F. FAB.
ANTONIO EQVITI ROMANO
OMNIBVS HONORIBVS
HONESTE PERFVNCTO
CVR. FANI HER. VICT.
PONTIFICI.

Templum hoc poſteà inſtauratum à *Servio Sulpitio Trophimo*, & honori *Herculis Saxani* dicatum, ſub coſſ. *L. Turpilio dextro*, & *Mecio Rufo*, ſequens inſcriptio docet.

HERCVLI SAXANO
SACRUM
SER. SVLPICIVS. T. TROPHIMVS
ÆDEM. TOTHECAM. CULINAM.
PECUNIA SVA
A SOLO RESTITVIT
K. DECEMBRIS
L. TVRPILIO DEXTRO
M. MECIO RUFO COSS.
EUTICHIUS SEV. PERAGENDUM
CURAVIT.

Hercules Saxanus dicebatur, eò quod cum contra Gigantes pugnaturus, armiſque deſtitutus eſſet, illi *Iuppiter* invocatus pluviâ ſaxeâ ſubvenerit; de quo Pomponius Mela, qui campum hunc ponit in Gallia Narbonenſi. In Gallia Narbonenſi *littus ignobile eſt lapideum, uti vocant, in quo* Herculem *contra* Antroclum & Bargiona Neptuni *filios dimicantem, cum tela defeciſſent, ab invocato* Jove *adjutum imbre lapidum ferunt.* Quicquid ſit, Locus hic in hunc uſque diem ſpectatur inter *Arelatum* & littus, ubi *Rhodanus* ſeſe in mare exonerat, hodièque vocatur *la grau.* Literati quoque *Herculeum Campum* etiamnum vocant, quem & datâ operâ, dum *Arelate Marſiliam* anno 1632 tranſirem, cum ſingulari mentis reflexione luſtravi; campus eſt lapidibus ita oppletus, ut vix pedem ponere liceat, ſine aliis mox obviis lapidibus, non in cumulos congeſtis, ſed veluti datâ operâ ad tria ferè paſſuum millia diſſeminatis, qui nec terram omninò cooperiunt, nec ita invicem connexi ſunt, quin in Ovium caprarumque paſcua thymo, origano, ſerpillo, quæ ex vacuis lapidum ſpaciis è terra germinant, uberrima cedant; res viſu ſanè digna; utrùm verò arte, an natura caſuve hic campus hujuſmodi lapidibus tectus ſit, uti ab immemorabili tempore hiſce ſemper celebris fuit, ita quoque cauſa hucuſque latuit. Sed jam ad *Templum Herculis* progrediamur.

La crau *campus lapidoſus, in quo* Herculem *cum filiis* Neptuni *lapidibus pugnaſſe ferunt.*

Ego ſanè quantum ex ejus deſcriptione tum veterum, tum recentium colligere licuit, Dico utrique, & *Saturno* & *Herculi*, in eo cultum à cæca gentilitate conſtitum fuiſſe. Fabrica verò talis fuit, qualem in ſequenti ſchemate contemplaberis.

CAPUT II,

De Sibyllæ Albuneæ, *ſive* Tyburtinæ Templo.

INter cætera *Tyburtinæ Vrbis* monimenta maximè etiam in ruinis ſuis ſplendeſcit *Templum* rupi ſupra *Anienis Catarractam* impoſitum, quod nonnulli *Veſtæ*, plerique *Sibyllæ*, fuiſſe à *Cæſare Auguſto* ædificatum ſentiunt. Nos quid ſentiamus, hîc proponendum duximus. Qui ex Scriptoribus *Sibyllam Tiburtinam* tempore *Cæſaris Auguſti* vixiſſe volunt, ſummoperè hallucinantur, cum ea jam multis ante temporibus vixiſſe perhibeatur; ſiquidem jam tempore *Varronis templum* ejus exiſtebat, & ſtatuam ejus cum libro in manu in profundo *Anienis* gurgite inventam Varro hiſce verbis teſtatur: *Decimam*, inquit, Tiburtem, *nomine* Albuneam, *quæ* Tibure *colitur uti Dea, juxta ripas* Anienis, *cujus è gurgite ſimulacrum ejus inventum fuiſſe dicitur, tenens in manu librum.* Quo verò tempore vixerit tam incertum eſt, quam dubia & fallax omnium penè Authorum de ea aſſertio eſt. Sunt qui putant, eam tempore Regis *Aſſueri*, qui juxta *Euſebium* regnare cœpit Olympiade 94, id eſt, 400 annis ante *Chriſtum*, qui Olympiade 192 juxta communem Eccleſiæ calculum natus traditur. Alii *Sibyllam Tiburtinam* Olymp. 57 vixiſſe volunt, quæ incidit in tempora *Oſeæ* & *Zachariæ* prophetarum, & in tempora *Servii Tullii* III Regis *Romanorum*; alii tempore *Numæ Popilii*, ſecundi Regis *Romanorum*; non deſunt, qui eam cum *Sibylla Cumæa* confundant, quæ Tarquinio *Superbo*, teſte *Dionyſio*, libros ſuos vendendos obtulerat, quamvis alii *Tarquinio Priſco* oblatos velint. Quicquid ſit, uti in tanta Authorum, tum de tempore, tum de nominibus *Sibyllarum* diſſentientium confuſione, difficile eſt, veritatem attingere, ita quoque ijs non immorabimur ampliùs; ſed ſolùm, quænam de *Sibylla Tiburtina* ex traditione ha-

Statua Sibyllæ *in gurgite catadupæ inventa.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

ne habemus, hîc adducere viſum fuit.

Cæſar Auguſtus conſulturus in re magni momenti Oraculum Delphicum, ex jam jam obmuteſcente Deaſtro nullum aliud reſponſum accepiſſe fertur, quam id, quod ſequitur:

Me puer Hebræus Divos Deus ipſe gunans
Cedere ſede jubet, triſtemque redire ſub Orcum
... Aris dehinc tacitus abſcedito noſtris.

Quæ cum audiſſet, mox libros Sibyllinos conſulendos cenſuit: ex quibus, teſte *Baronio in apparatu Annalium*, cum de naſcituri ex virgine filii Dei in carne adventu intellexiſſet, mox Altare erigi juſſit in capidolio, cum hac epigraphe.

ARA PRIMIGENITI DEI.

Undè à poſteris *Chriſtianis* deindè locus in hunc uſque diem *Ara Cœli* appellatus fuit; & id Obeliſci Eſquilini, ante *Eccleſiam S. Mariæ Majoris* à *Sixto V.* Pont. Max. erecti, adſcriptio hiſce verbis confirmat:

CHRISTUM DOMINUM,
QUEM AUGUSTUS DE VIRGINE
VIVENS NASCITURUM ADORAVIT,
SEQUE DOMINUM DICI VETUIT,
ADORO.

Cæſar itaque feliciſſima ſua ſorte, cum ex Libris Sibyllinis de adventu filii Dei in mundum, ſequenti verſuum tenore legi audiſſet:

Verax ipſe Deus dedit hæc mihi munera fandi
Carmine, quæ ſanctam potui monſtrare puellam
Concipiet, quæ Nazareis *in finibus illum,*
Quem ſub carne Deum Betlemica rura videbunt.
O nimiùm felix, cœlo digniſſima Mater,
Quæ tantam ſacro lactabit ab ubere prolem.

Auguſtus *dominum ſe vocari prohibuit, & quare?*

Mox proſtratus in terram, tantum filium demiſſæ mentis obſequio adoravit, ſeque impoſterùm tanquam majori ſe ſubmittens, Dominum vocari prohibuit. Contigerunt hæc anno principatus *Octaviani*, & ab Occaſione *Cæſaris* 42, ſub Coſs. *C. Cornelio Lentulo*, & *Marco Valerio Meſſalino*, 25 die Decemb. quandò Verbum æternum in mundum veniens ex Virgine naſci dignatum fuit. Undè cum *Sibyllam Albuneam Tybure* jam ab immemorabili tempore cultam fuiſſe noſſet, *Templum* verò ejus, quod juxta ripam *Anienis* ad Catarractam poſitum erat, voracitate fluminis abraſum, aliud honori ejus templum erigendum cenſuit; eſtque illud, quod hodierno die quaſi integrum adhuc ſupra voraginem *Anienis*, inſigni architectonicæ artis magiſterio elaboratum ſpectatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



SIBYLLA TIBURTINA dicta ALBUNEA

Totum Templum figura rotunda, columnis ſtriatis pulcherrimis & Corinthiâ architecturâ elaboratis.

	Palm.	*minut.*
Columnæ abacus, ſive poderium.	27.	
Craſſities columnarum	3	17
Intercolumnare ſpatium	6	34
Muri craſſities	6	30
Diameter Templi interioris	36	30
Columnæ altitudo ſine podio	30	
Altitudo Capitelli.	3	24
Porta alta	27	
Portæ latitudo	12	

Sed hujus fabricæ rationem ſanè ad omnes Architectonicæ artis regulas adaptatam vide in præcedenti Schemate.

Hanc ædem perperàm *Cluverius, Tiburni* ædem fuiſſe autumat; fuiſſe enim in honorem *Sibyllæ* ab *Auguſto* erectam, ſuprà patuit, & ipſa architectonica ratio *Auguſti* temporibus propria ſat indicat.

Spectatur & ſtatua *Sibyllæ* Tiburtinæ in *Horto*



in *Horto Eſtenſi* 17. palm. alta, ex lapide Lydio, caput habens capillis Ægyptiaco more in cirros contortis; in alia vero ſtatua juxta ſe pueri ſtatuam poſitam habens, octo palm. altam, quam *Tiburtini Tibur*, alii *Melicertam Leucothiæ* filiam dicunt, de qua copioſè fabulatos vide Mythologos apud *Comitem Natalem*, *Boccatium* alioſque. Nos eam noñ à ſynonimo nomine *Leucothiam Albuneam*, ſed ab *Albula* ſulphureo rivo lacuque, ubi utplurimum habitaſſe fertur, *Albuneam* dictam veriùs exiſtimamus cum fabula de *Inoe*, *Clearcho*, *Melicerta*, *Leucothea*, *Sibylla* ob diſparatiſſimam rerum geſtarum narrationem comparari minimè poſſit. Verùm de *Albunea* uberiùs in ſequentibus.

Statua Sibyllæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

PARS III,

De Aquarum varietate, quæ in AGRO TIBURTINO reperiuntur.

CAPUT I,

De quadruplici aquarum genere.

Quatuor Aquarum genera in *Agro Tyburtino* reperio; Aquarum dulcium partim in diverſis montium convallibus ſcaturientium, partim ex *Lacu Fucino*, & *fonte Cæruleo*, per Aquiductus huc deductarum, quibus accedit aqua fluminis *Anienis*, quæ totam *Tyburtinam Vrbem* interluit, deindè per pendentium ſcopulorum præcipitia devoluta, magno ſanè emolumento Territorium irrigat & fœcundat. Hanc ſequitur Aqua ferrata, ut vocant, non procul à ruderibus *Villæ Adrianeæ*, inter rubeta & ſpinoſa teſqua ſcaturiens; quæ ſi per muros & lævigatos lapides, contra confluentium quiſquiliarum commiſtionem munita probè purgaretur, nihil ſanè ad urbis emolumentum utilius, & ſalubrius accedere poſſe videretur. Haberent hîc *Tyburtini* pharmacopœium ad expurganda corpora omnibus Medicorum Catharticis ſalubrius conducibiliuſque, quæ, uti ex ferrea vena miſta cum medico antimonio, originem ſuam ducit, ita quoque vel unico poculo hauſto mirificè ab omni humorum malignantium colluvie corpora liberat. Spleneticis & hypochondricis mirum in modum conducit. Verùm in huuc uſque diem neglecta jacet, vel ex ignorantia Medicorum, vel negligentia eorum, quorum intereſt, bonum publicum promovere. Norunt hujus aquæ facultatem ſoli paſtores, Ruricolæ, & vinitores, qui morbis infeſtati, cum nullum iis medicamentum obvium ſit, nec nummi ipſis ſint, ad coëmenda medicamenta, ad hanc aquam, veluti ad ſacram Ancoram magno ſanitatis profectu concurrunt. Comperiuntur & in hujus Territorii diſtrictu Aquæ ſulphuratæ, de quibus paulò poſt. Acidulæ prætereà, quæ tamen paſſim neglectæ & incultæ inter ſenticeta ſqualent; cujuſmodi in prædio collegii Soc.[tis] JESU, cui nomen *Vitrianum* eſt, ſpectantur. Sunt & aquæ deleteria facultate pollentes, quæ ad ſe accedentes narcotico ſpiritu facilè ſuffocent, imò canes, aviculas, cœteraque animalia certis temporibus ad potandum tracta, protinùs interimant. Quarè nè lethæa vis hominibus nocumento ſit, Locus hodiè muro obſtructus cernitur. Eſt & aqua, quæ facilè in lapides convertatur, cujuſmodi *Ager Tyburtinus* plenus eſt, & patet ex lapidicina eorum ſaxorum, quæ *Travertina* vocant; quæ ſaxa aliam originem non habent, quàm ex lacu ſulphureo *Albulæ*, quæ mirifica vi, quicquid ei injectum fuerit, cum tempore in ſaxoſam ſubſtantiam convertendi pollet; de quibus poſteà.

Aqua Anienis.

Aqua ferrata.

Catharthicum Ruſticorum.

Sulphuratæ Acidulæ.

Aquæ lethiferæ.

CAPUT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

CAPUT II,

De bonitate Aquarum, quibus Tyburtina Urbs *fruitur.*

Quatuor Aquarum potabilium genera reperiuntur circa Urbem, quibus in communi victu utuntur *Tyburtini*. Et eſt primo loco Aqua, quam Aquam Auream vocant, vulgò *Aquoria*, & ex oppoſito Urbi monte, quem *Peſchiatoro* vocant, in valle profunda ad ligneum *Anienis* pontem, qui in *Sabinam* ducit, originem ſuam trahit, eâ aquarum effuſione, quæ ſtatim in rivum haud exiguum dilatata ad quindecim circiter pedes in *Anienem* ſe exonerat. Atque hanc aquam, omnium Medicorum de natura fontium rectè ſentientium opinione, optimam & ſaluberrimam omnium eſſe, experientia docet; quicquid *Antonius Regius* contrà dicat, dum ei omnibus modis *Anienis* aquam præferre pertinaci conatu contendit. Siquidem hodierna die, ſpretâ aquâ *Anienis* ubique in urbe obviâ, omnes ij, qui ſanitati conſervandæ ſtudent, Cardinales, Principes, & alii delicatioris potus avidi, medicorum conſilio aqua aurea utuntur; imò & in noſtro Collegio, nullâ aliâ ad potum utili, niſi dicta aquâ utuntur; non obſtante mille paſſuum diſtantia, per quam ex profunda valle ad ultimum montis apicem jumenti ope devehitur. Imò olim ita *Romanis* ex fama publica placuiſſe reperio, ut Camera Apoſtolica ejus bonitate mota eam *Romam* conducere conſtituerit, niſi libratio fontis multò *Romana Vrbe* profundioris, & proindè conductu impoſſibilis, negotium interturbaſſet. Ego ſanè inſtrumento hydrometro, quod ſemper mecum porto, illudque in *Mundo ſubterraneo* fusè deſcripſi, nullam ex omnibus circumſitis *Tyburtinæ Vrbis* fontibus, leviorem, limpidiorē, frigidioremque, ſaluberrimam proindè, guſtui abſque extraneo tamen ſapore gratiorē inveni. Habet & aliam hæc aqua, telas in ea lotas ad ſummum nitorem dealbandi facultatem, qua motus *Bernardinus* Cardinalis *Spada*, fabricam pro officina Chartacea eodē in loco, ad chartis deſideratum candorem conciliandum, moliri attentaverit; & ſanè ad votum jam res ſuceſſiſſet, niſi mors interim filum negotii interrupiſſet; quia tamen ſuis infirmitatibus mitigandis, hanc aquam auream ſaluberrimam experiebatur dictus Cardialis, hinc ejuſdem Medicus *Iacobus Albanus Gibbeſius*, poëta egregius, & hoc tempore laurea Cæſarea donatus, ſic fontem noſtrum deſcripſit.

Aqua aurea.

Bonitas & ſalubritas hujus Aquæ.

JACOBI GIBBESII Oda,
In Fontem Aquorium.

Auream cantemus Aquam, ſonoros
Fontis aſſultus imitante plectro,
Ponte dum victrix Aniena *ridet*
Carpere **
Aureæ laudator aquæ pudendas
Barbaræ voces prohibebo plebi.
Tuſculi *luſtrat Pater. Hinc novati Aquorea plaudat.*
Vere quam ſertis redimivit albis,
Tinget Octobreis vitulo ſub Idus:
Nos meri ſolvet populum minorem
Concha Lyæi.
Nam quid hoc uſquā prius eſt receſſu?
Gratior Nymphis lacus? o calorum
Dulce ſolamen, medio vel æſtu
Potus & Vmbra?
Tu nec Hetruſcæ, *neque me canente*
Æliæ *quicquam reparata Villæ*
Vnda debebis. Tuus ampla princeps
Pectora vincit.

Sed proſequamur noſtram materiam.

Altera aquarum ſcaturigo invenitur ad *S. Angelum*, vulgò *de Paivola*, juxta *Monaſterium Monachorum de Monte Oliveti*; quæ ejus bonitatis eſſe dicitur, ut etiam à Medicis, febricitantibus, aliiſque infirmitatibus moleſtatis ad potum innoxiè adhibeatur. Ego verò huic ſecundum poſt Aquoriam bonitatis locum

Aqua de Paivola.

locum facilè attribuerim, hydrometri mei inſtrumenti experimento doctus. Hanc eandem olim in *Villam Quintilii Vari* in præcedentibus deſcriptam, deductam fuiſſe, canales, quorum ruinæ in hunc uſque diem, per montis crepidinem ambulantibus obvii fiunt, apertè demonſtrant. Verùm fontem vetuſtate temporum, veterum villarum ruderibus oppletum, tandem ex dictorum Aquiductuum veſtigiis detexit Ill.mus Dominus *Archintus* anno 1550, uti *Andreas Baccius* refert.

Aqua Rivelleſia.

Tertium aquæ genus dicitur *Rivelleſia*, & originem ſuam ſortitur in *monte Afflio*, duobus circiter millibus paſſuum *Tybure* diſſito, quam ob varias compertæ bonitatis notas, tandem per aquiductum, partim in Villam ſuam, partim in *Tyburtinam Vrbem*, in ſalientium fontium uſum derivavit *Hippolytus* Cardinalis *d'Eſte*, anno 1561.

Aqua Anienis.

Quartò eſt Aqua fluminis *Anienis*, cujus originem jam in præcedentibus deſcripſimus, tantæ ubique ubertatis, ut non exigua urbis pars ſupra inciles ejus, ſeu aquiductus ſubterraneos, fundata videatur. De hujus fluminis aqua, magna inter *Tyburtinos* de ejus bonitate lis eſt & controverſia, quam hoc loco opportunè dirimendam cenſui.

Lis conſiſtit in quadruplici jam adductarum aquarum differentia: quænam nimirùm ex iis ad ſanitatem conſervandam utilior ſit. Doctor *Antonius Regius*, Antiquarius Tyburtinus in libello, qui inſcribitur, *la difeſa dell' acqua*; pro aris & focis contendit, aquam *Anienis* eſſe omnium optimam & ſaluberrimam, cæteras verò ad ejus bonitatem & perfectionem minimè pertingere. Verùm ut veritas hujus diſſidii decidatur, de natura aquarum nonnulla hîc præmittenda ſunt.

CAPUT III,

Litis deciſio, de perfecta bonitate Aquarum Tyburtinarum.

In quo conſiſtat aquæ potabilis bonitas.

Bonitas & perfectio aquarum non ſemper inferri debet ex limpiditate, frigiditate, aliiſque, quibus imbuuntur, qualitatibus; cum hujuſmodi qualitates etiam in medicatis aquis reperiantur; neque ex magna undarum inter ſcopuloſa rupium, ſaxorumque præcipitia illiſione facta; neque ex ſapore, cœteriſque accidentibus, quæ bonitatem aquarum commendare ſolent; ſed partim ex terreſtrium portionum, quas interluit, bonitate ſalubritateque, partim ex aquæ levitate diſcernenda eſt. Dantur enim aquæ ex differentium mineralium ſalibus, quibus nihil limpidius, clariuſque videri poteſt, quæ tamen ſine nocumento ad infra ſumi non poſſunt. Dantur & aquæ, uti nitroſæ, frigiditate & limpiditate laudatiſſimæ, ſed quæ ſine periculo ſumi non poſſunt. Neque aquarum ex colliſione rupium ſaxorumque ullam emendationem ſperes; tametſi enim ſimiles aquæ ex vehementi agitatione, à terreſtribus putredinum quiſquiliis nonnihil expurgantur, ſemper tamen inditam ſibi à natura ex vena metallica, quam percurrunt, proprietatem medullitùs retinent, non ſeparabilem, quod multiplici experimentorum congerie in *Mundo* noſtro *Subterraneo* demonſtravimus. Solæ itaque illæ aquæ, quæ per ſilices & glareas, aut melioris ſaxoſæ ſubſtantiæ notæ venæ longo ſpacio deductæ in fontes erumpunt, nullis terrenæ miſtionis ſordibus infectæ, pro ſalubribus, & humano potui utilibus cenſendæ ſunt; quæque vel ad primum caloris ſenſum protinus incaleſcant, eædem frigido expoſitæ, mox iterum ad naturale frigus reducantur; cujus indicio ſunt, nativa fontium levitas, frigiditas, & luciditate prorſùs cryſtallina, nullo ſaporis odoriſque vitio contaminata. Cujuſmodi vel ipſe *Philoſophus* calculo ſuo approbat *l. de*

Veræ bonitatis aquæ potabilis ſigna.

Aqua aurea, vulgo Aquoria optima eſt.

bat *l. de Meteoris*. Atque hujuſmodi prærogativam Aqua aurea, quam vulgò *Aquoriam* vocant, ſuprà deſcripta, præ cœteris obtinet. His itaque poſitis, jam videamus, utrum Aqua *Anienis*, uti *Antonius Regius* exiſtimat, omnium ſaluberrima ſit, & *Aquoriâ* multò excellentior.

Anienis *aqua contaminatur à variis mineralium miſcellis.*

Putat itaque, & pertinaciter tuetur Aquæ *Anienis* bonitatem, vel ex eo capite, quod ex tot catadupis, cataractis, montium ſaxoſorum crepidinibus delapſa, ex tanta colliſione ac conquaſſatione mirificè expurgetur, nullo relicto corruptionis intervenientis veſtigio. Quod verum eſſe facilè ipſi conceſſerim, ſi aqua à fonte ſuo *Tybur* uſque continuato fluxu ſemper homogenea foret. Verùm uti experimento mihi coſtat, cum dictus fluvius Anio ſulphuris, ferri, vitrioli, nitri, tartari, ſimiliumque mineralium mixturâ imbutos ferè ubique rivos obvios recipiat, fieri non poteſt, quin, poſtquam ex colliſione & varia agitatione, quam in ſcopuloſo alveo incurrunt, quàm perfectiſſimè purgatus ſit, ſemper tamen nonnihil ex illa mineralium ſalium miſtura, etſi ad ſenſum vix perceptibili, retineat. Et luculenter patet ex ingenti tartari copia, quâ dictus fluvius abundat, ita ut *Horti Eſtenſis* canales hydragogi tum plumbei, tum teſtacei, plerumque tartaro oppleantur; quin vel ipſa aqua in ipſis canalibus nonnunquam in petram convertatur, cujuſmodi fragmenta noſtrum Muſæum ex dicto horto allata exhibet; quod in fontibus vicinis non fit. Si quis enim aquam v. g. marinam innumeris agitationibus ad dulcorem uſque reducere ſe poſſe exiſtimet, is aquam irrito ſanè labore cribro, uti dici ſolet, ſe hauſturum certò ſibi perſuadeat. Eſt enim ea aquæ fontanæ proprietas, ut etiamſi eam in mille diſtillationum cohobationes, ut chymicè loquar, urgeas, ſemper tamen aliquid ex nativo ſuo ſale portionis relinquat, donec tota per vaporem evaneſcens chao ſuo reſtituatur. Neque quis, ut *Regius* putat, Aquam hujuſmodi ad ultimam elementi puritatem, dictâ multiplici diſtillationis repetitione reduci poſſe, ſibi perſuadeat, cum purum in natura rerum elementum, uti ipſis naturæ principiis repugnat, ita quoque nulla arte humana id ad dictum puritatis gradum deduci poſſit, uti multis variiſque rationibus in variis noſtris operibus oſtendimus. Sed ut ad propoſitum nobis argumentum revertamur.

Aqua ad ultimum gradum elementi reduci non poteſt.

Etiamſi itaque Aqua *Anienis* ex frequenti cataduparum, per quas variis in locis præcipitatur, colliſione, vel in minimas particulas ad inſtar fumi diſciſſa, à ſuis terreſtreitatibus purgetur, quia tamen ferè ſemper à ſubtiliſſimis mineralium ſpiritibus quadantenus tingitur, non ejus bonitatis eſſe poteſt, uti aquæ, quæ ex ipſa fontium ſupradictis bonitatis notis conſpicuorum origine hauriuntur. ſed jam per quæſtiones nonnulla dubia exponamus.

Vtrum Aqua Anienis *calculum generet?*

Quæritur itaque *primò*; Num dicta aqua *Anienis* tartarea calculum in humanis corporibus generare ſoleat? *Reſpondeo*, cum plerumque plebs hujuſmodi aqua quotidie utatur, neque hucuſque homines calculo laborare viſum ſit, certè non id aquæ vitio, ſed naturali nonnullorum hominum complexioni ad calculum generandum proniſſimæ, eò quod digeſtiva vis copioſam petrifici humoris copiam in viſceribus generet, adſcribendum eſſe. Etiamſi enim dicta aqua tartaro abundet, ex diſſipatione tamen, & continua agitatione inter rupes facta, accidit, ut tartarea corpuſcula deponat, puriori aqua relicta. Secùs fieret, ſi ex aqua immobili, dicta aqua in potum ſumeretur. Dico tamen pleraſque aquas, quas medicatas vocant, nitroſis, vitriolatis, aluminoſiſque ſalibus conſtare, quæ tamen potæ, tantum abeſt, ut calculum generent, ut potiùs ad eos in corpore humano jam natos, tum confringendos, tum expellendos, ſummo adjumento eſſe comperiantur: ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

proindè non aquæ vitium, ſed nativa hominum in hunc morbum proclivitas calculos producat.

Utrum aquæ canalibus incluſæ ſalutiferæ ſint?

Quæritur Secundò: Utrum inciles, ſive canales, per quos aquæ è longinquo terrarum ſpatio, tum *Tybur*, tum *Romam* devehuntur, deſideratæ bonitatis eſſe queant? *Reſpondeo*; & Dico *primò*, plurimùm ad bonitatem fluminum conferre moderatũ calorem ſolis continuò in ea influentis; Si flumina alicujus aquæ unà cum alveo & ripis ab origine ſua homogeneæ naturę fuerint, ſine ullo aliarum miſcellarum heterogenearum confluxu, illa quoque optima eſſe cenſeri debet, quæ tamen ὁμογενεώτης tantum abeſt, ut in flumine ab origine ſua remotiſſimo reperiatur, ut ne ad vicinum quidem ſpacium, ob terreſtrium partium, quas alluit, quibuſque tingitur, dictam qualitatum conſtitutionem non ſortiatur; accedit, quod ſole nimis æſtuoſo, ſubtilior aquæ ſubſtantia à Sole attenuata, relicta craſſiori aquæ ſubſtantia evaporare ſoleat; hyberno verò ſole, tum omnibus ſimul commiſto, tum nivium maligna natura, & variis mineralium corpuſculorum quiſquiliis contaminata, aquam non ita probam reddat. Undè colligitur, Aquiductus, qui *Claudiam, Martiam, Anienis*, aliaſque aquas corrivatas in *Tyburtinum Agrum*, & hinc *Romam* uſque ducebant; etiamſi montibus pertuſis, arcuatiſque fornicibus omni ſolis irradiatione excluſâ operiebantur; non tamen indè deteriores factas eſſe, ſed potius ob continuum aquæ fluxum agitatas, nec non inter lateritii operis muros, nullo terrenæ miſtionis involucro veſtitos fluentes, non inſalubrem potum urbi, ex *Romanorum Scriptorum* teſtimoniis, exhibuiſſe; & ſiquid tamen labis contraxiſſent, per ignem calefactas, & emendatas tum potui, tum balneis tepidariiſque quàm utillimè ſerviiſſe; quæ ſanè tot ac tam incredibili ſumptuum exceſſu, *Romam* devectæ non fuiſſent, ſi in iis vitium aliquod ſanitati corporum contrarium reperiſſent. Et luculenter nos quotidiana experientia in aqua ciſternarum docet, quæ etiamſi immobiles vaſtis fornicibus occludantur, in uſum tamen potûs ſine ullo nocumento, imò ſummo emolumento adhibentur; potiſſimùm ſi ex arte probè fundo earum glareâ fluviatili priùs ſubſtrato, ſetaceiſque excolatoriis cautè muniantur; hinc enim ſubſidentibus pluviarum fæcibus, aqua percolata, pura & defœcata extrahi ſolita, tandem in uſum hominum cedit.

De bonitate aquæ fontanæ.

Quæres tertiò: Quid de fontibus, ſive aqua fontana ſentiendum ſit? Dico, fontes naturam & proprietatem conſequi venarum, per quas tranſeunt; itaque ſi meatus, per quos fluunt, vitriolo, ſulphure, alumine, nitro, gypſo, antimonio abundaverint, aquam quoque tinctam iri eâ proprietate, quâ pollent dicta mineralia; ſi verò ſaxoſam impollutæ naturæ ſubſtantiam, aut per terreſtria loca ſalutiferis qualitatibus prædita, videlicet per marmora Achaten, aut terram ſamiam, ſimilemque tranſierit, illam aquam omnium leviſſimam, ſaluberrimamque eſſe pronuncio. Verùm cum integro de hiſce & ſimilibus Libro, in *Mundo* noſtro *Subterraneo*, quàm uberrimè egerimus, eò Lectorem remittimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

CAPUT IV,

De Albula, *ſive Sulphureo* Lacu, *quam* Sulphataram *vocant, in* Tyburtino Agro, *commemoratione digniſſimo.*

Vide topographiam territorii Tyburtini ſupra poſitam.

EST in *Tyburtino Territorio Lacus* ſulphureo-bituminoſus, à *Tybure* tribus circiter millibus paſſuum, & à *Romana Via* ad lævam unius circiter milliaris intercapedine diſſitus, quem à ſulphureo odore, vulgò *La Solfatara* vocant; quem jam ob rerum in eo memorabilium copiam conſideratione digniſſimum, deſcribendum cenſuimus.

Latus Lacus.

Lacus unius circiter milliaris in circuitu, ſulphureum rivum effundit, ultrò citròque *Româ Tybur* contendentibus tranſitu notum, quem Veteres *Albulam* appellavêre, vel à colore albo, quo imbuitur, vel ut aliqui volunt, ab *Albunea Sibylla Tyburtina*, quam hoc in loco ſubindè habitaſſe, in præcedentibus aſſeruimus; vel etiam à littore candidis lapidibus coacervato. Hic *Lacus* uti hodiè, ita quoque quondam celeberrimæ famæ fuit, ob Thermarum hoc in loco ab *Agrippa* extructarum ſplendorem & magnificentiam, quas & ipſe *Cæſar Auguſtus* ſummo ſanitatis ſuæ emolumentò ſæpiùs viſitare, iiſque uti ſolitus fuit. Erat enim fabrica hæc Thermarum, uti in hunc uſque diem rudera ejus indicant, & ampla & ad ſanitatem conſervandam peridonea, viridariis, porticibuſque, columnis ex ophite, quem ſerpentinum vocant, lapide ſuffulta, quæ deindè avulſæ *Romam* allatæ feruntur, & eæ putantur eſſe, quas *Conſtantinus* Imperator in *Eccleſiæ Lateranenſis* à ſe fundatæ ornamentum applicuit.

Thermæ ad lacum Albuneum.

Lacus ſulphure & bitumine ſcatet.

Lacus totus ſulphure & bitumine ſcatet, uti ex cœruleo colore, bituminis pinguedine unà commiſto, manifeſtum fit; ſexdecim Inſulas natantes, partim rotundas, partim ovalis figuræ, nec non viminibus, ſparto, aliiſque herbis virgultiſque conſitas, continet; quæ in quamcunque partem pro ventorum flatibus agitatæ feruntur, jucundo ſinè & ijs, qui ſimilia non viderunt, admiratione digniſſimo ſpectaculo: hodiè paſſim *Le ſedici barchette* vocantur, quæ vel minimo conti, aut arundinei etiam baculi, cum ad littus appulerint, impulſu, à ſe invicem ſeparatæ fluctuant. Quod ſpectaculum olim Excell.^mo^ *Ferdinando Ioanni* S. R. I. Principi *de Lichtenſtein*, & hoc anno, quo hæc ſcribo, Illmo *Ioanni Friderico* S. R. I. Comiti *de Waldſtein*, ſummis hujuſmodi rerum naturalium admiratoribus harum inſularum motum & fluctuationem oſtendi. Mirum ſanè videri poſſet, cur curioſiſſimus *Plinius* de hujuſmodi natantibus Inſulis ſuo tempore nullam mentionem fecerit, cum tamen exactè multo levioris momenti naturæ hujuſmodi peregrina ſpectacula exhibuerit; mirum, inquam, quod hoc lacu prætermiſſo, Inſulas natantes in *Lacu Vadimonis*, in *Faliſcano Hetruriæ Agro* tam concinnè deſcripſerit; cum tamen, uti à me ſummâ diligentiâ exploratum fuit, in dicto *Lacu*, quem hodiè *il Lago di Baſſanella* vocant, ne quidem ullùm hodiè natitantis Inſulæ veſtigium appareat; in *Lacu* verò hoc *Albuneo* deſcribendo, etſi *Romæ* vicino, nullam tamen Inſularum modò innatantium mentionem fecerit. Undè & egò à variis ea de re conſultus, ne *Plinius* aut mendacii arguatur, aut unum cum altero confudiſſe dici poſſit, hujus defectus cauſam & rationem paucis aſſignare conabor.

Inſulæ natantes in eo 16.

Cum itaque dictæ Inſulæ à variis quiſquiliis *Lacui* innatantibus originem ſuam ſumant, hæ verò cum ſucceſſu temporis paulatim ſubtilem in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

aquæ pinguis & craſſæ ſuperficie cuticulam contrahant, contingit, ut ſemina plantarum, quibus littora conferta ſpectantur, tum ventorum flatibus hinc indè diſperſa, paulatim in germina animentur, & novorum ſemper novorumque quotannis, tum repullulaſcentium ſeminum augmento, tum foliorum, ſtirpium, pulverum, aliarumque terreſtrium portionum miſcellâ, multorum annorum curriculis, tandem in inſulare corpus, ſulphurea facultate condenſatum, excreſcant, nec non levitate bituminis, à fluctibus ventorum vi agitatis hinc indè fluitare incipiant. Atque hoc pacto Inſulæ natatiles in *lacubus* ſulphureo-bituminoſis enaſci indè mihi innotuit, quod complura & prima hujuſmodi Inſularum delineamenta ſuo tempore in Inſularum corpora exoritura hoc in *Lacu* compererim. Addo tamen, illas cum tempore, ubi immodicè excreverint, terreſtrium quiſquiliarum mole aggravatas, littoribus denuò accretas, & agglutinatas à motu deſituras in terram firmam tandem transmutari. His itaque præmiſſis, jam dubium ſuprà nobis propoſitum ſolvamus.

Quomodo inſulæ natantes naſcantur?

Quod itaque *Plinius* trium Inſularum natantium in *Lacu Vadimonis*, quæ hodiè non comperiuntur, meminerit, nullam tamen earum in *Lacu Albuneo Romæ* viciniori, mentionem fecerit, id ea de cauſa factum fuit, quod hujuſmodi inſulæ in *Lacu Vadimonis* tunc temporis natantes, poſteris temporibus terræ firmæ, ſeu *lacus* littoribus jam accreverint; in *Lacu* verò noſtro *Albuneo*, tempore *Plinii* dictas Inſulas necdum natas fuiſſe, & poſteà eo modo, quo dictum fuit, primùm natas, in Inſulas natitantes evaſiſſe: fieríque poteſt, ut hæ evolutis multorum annorum ſeculis terræ firmæ accretæ à fluctuatione ceſſent, illæ verò in *Lacu Vadimonis* pro mutabilis naturæ nunc generantis, modò corrumpentis viciſſitudine denuò evaneſcant. Qui plura de hoc argumento deſiderat, is *Mundi Subterranei Opus* conſulat, in quo de Inſulis natantibus, earumque origine fuſiſſimè actum eſt. Sed ut ad inſtitutum revertamur.

Origo Inſularum natantium.

Eſt *Lacus* hic adeò inſcrutabilis profunditatis, ut nulla bolidum funiumque ſufficiente longitudine hucuſque explorari potuerit. Undè ego eum inter abyſſos veriùs, quàm inter communes *Lacus* adnumerandum cenſeam. Quod cum *Hippolyto* Cardinali *Eſtenſi* relatum fuiſſet, is curioſitate impulſus rem tentandam cenſuit, primùm chordis, ſed irrito conatu, deindè magnis propoſitis præmiis, interiorem *lacûs* conſtitutionem, per duos inſignes natatores, veriùs urinatores, explorandam duxit; quorum unus, mox ac ad decem palmorum ſpatium aquis ſe immiſiſſet, reverſus plantis ambuſtis, ob aquæ ferventis vehementiam, ulteriùs ſibi ſine imminenti mortis periculo penetrare non licuiſſe aſſeruit; alter verò cum ſe immiſiſſet, ſive aquarum æſtu ſuffocatus, ſive vehementi fluxus & refluxus reciprocatione intra abditas meatuum cavernas abreptus, certè nunquam ampliùs comparuit. Certò, aquam hujus *Lacus* intimam ferventiſſimam eſſe, hoc nobis experimento conſtitit, per plumbeum vas adinſtar lagenæ, quæ chordæ affixa ad duarum decempedarum profunditatem, operculo clauſo, quod tamen per aliam chordam in profundo aperiri poſſet, immiſſa, & deindè iterum clauſa, cum eductum fuiſſet, aqua ferventiſſima repletum comperimus. Quò experimento jam dudùm pendentem litem ſolvimus. Mirantur multi ex Medicis, quomodò hoc in loco uſus thermarum *Romanorum* veterum temporibus eſſe potuerit, cum tamen aqua *Lacus* ſine ullo tepiditatis ſigno, frigidiſſima hodiè comperiatur; Undè cum myſterium non caperent, naturam aquarum *lacus* cum tempore mutatam eſſe ſentiebant, per aquas fervidas in alios ſubterraneos ductus derivatas, frigidioribus aquarum rivis in eorum locum ſubſtitutis. Ridiculum ſanè paradoxum. Egò verò experimento

Profunditas lacus Albunei.

Hiſtoria duorum natatorum.

Lacus aquæ in ſuperficie frigidæ, intus ferventiſſimæ ſunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

perimento propoſiti dubii rationem ſolvi. Quod itaque Aqua in ſuperficie *Lacûs* frigidior ſentiatur, id in omnibus thermis cœlo expoſitis contingit; ventis enim & aëre frigido ambiente continuò agitata, fervorem ſuum explicare non poteſt: quod, uti dixi, & in omnibus thermis cœlo aperto expoſitis, accidere comperimus. Verum ſi paulo profundius aquas, uti ſupradicto urinatori contigit, tentaveris, tum enim verò mox intolerabilem aquarum fervorem, uti experimentum nos docuit, primùm ſenties. Undè veteres *Romani* aquas minimè ex ſuperficie lacûs in tepidaria, ſed per profundiores canales, ubi æſtus aquarum jam primùm ſentiebatur, derivaſſe cenſendi ſunt; quod verum eſſe ex veſtigiis in hunc uſque diem in profundioribus ruderum thermarum receſſibus repertis docemur.

CAPUT V,

De petrifico hujus Lacus Albunei *ſucco, quo totam illam circumſitam terreſtrem planitiem in ſaxum convertit.*

Vide topographiam ſupra poſitam.

EXtra paludoſam, quæ *lacum* circundat, terram, ex Inſulis natantibus terræ firmæ adnatam, tota planities ſaxo quodam, quod *Tyburtini* vulgò *Teſtino* vocant, tegitur, & nihil aliud eſt, quàm ſaxea quædam pellis, ex hujus aquæ ſulphureæ, terreſtri junctæ ſubſtantia, in ſaxum indurata. Nam ante tempora *Hippolyti* Cardinalis *Eſtenſis* tota hæc ſaxea ſuperficies magno agrorum, quod ex putrido ſtagnantis aquæ ſqualore contraxerat, detrimento, aëriſque vitio, quod ex ſtagnantium aquarum copia contraxerat, inundabatur, nè itaque fructuoſa hæc ſuperficies cùm tempore tota ſterileſceret, Cardinalis commodorum Reipublicæ ſatagens, ſtagnantes *Lacûs* aquas in rivum, ingentibus ſumptibus excavatum odore ſulphureo gravem ex ipſo *Lacu* in *Anienem* derivavit; eſtque rivus ille ſulphureus, quem *Româ Tybur*, aut hinc *Romam* ultrò citroque comeantes tranſeunt. Atque hoc publico beneficio Territorium ab aquarum tyrannide liberavit; cujus aqua non exiguo hominibus, ſcabie, impetigine & pſorâ laborantibus, ſimilibuſque infirmitatibus moleſtatis, dum in ea menſibus æſtivis ſe lavant, adjumento eſt; ſiquidem humorum putridorum colluviem ſiccat, ſanguinis maſſam purgat, ita ut multi ex *Romanis* pro ſimilibus morbis eam deportari curârint, etſi non cum eo effectu, quem in ipſa fontis vena præſtat.

Canalem ſeu rivum, qui ex Lacu *in* Anienem *deducitur, Cardinalis* d'eſte *fieri juſſit.*

Ad ripas hujus rivi, quem *Albulam* quondam vocavere Scriptores, quicquid intueri licet, ex ſtipulis, herbis, partim in ſaxum, partim ſulphuris vi incruſtatum ſpectatur; inveniuntur & hîc quoque grana candida: & hujuſmodi grana ſcriniolis capſuliſque inſerta utplurimùm exteris vendi ſolent, tum novitatis cauſa, tum ad illudendum aliis, tum fœminis potiſſimùm ſaccari appetentioribus; quæ dum guſtant, tum enim verò calcem pro ſaccaro, non ſine adſtantium riſu ſe ſumpſiſſe ſentiunt. Sed hiſce jam expoſitis, modò ad Lapidicinam *Lacui* proximam progrediamur.

Confetti di Tivoli *ſunt grana inſtar ſaccari ex ſulphurea calce producta.*

Dixi *Lacûs* beneficio terrenam ſubſtantiam paulatim in ſaxum converti, quod à *Tyburtina Vrbe*, cui vicina eſt, corrupta voce, *Travertino* vocant. Atque hæc eſt celeberrima illa ſaxifodina, ex qua non *Romam* ſolummodò antiquam, ſed & modernam extructam videmus; neque enim *Romæ* ullum ex veterum monumentis, ac fabricis, ſive Fana, Theatra, Templa, Amphitheatra, Thermas, cœteraſque vaſtas ædificiorum moles, ſive hodiè Eccleſias, poſt *Sanctum Petrum* innumeras, Pontificum, cœterorumque Principum palatia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Saxi fodinæ Tyburtinæ admiranda.

ſpectes, reperitur, quod ex hac lapidicina non extructum ſit; ut proindè mirum cuiquam videri poſſit, quomodò poſt tantam, tamque innumerabilem ſaxorum multitudinem à bis ferè millenis annis hinc extractam, illa tantum abeſt, ut defecerit, ut potius ſemper in ſummo ſuo incremento perſeveraverit, & etiamnum perſeveret; cujus quidem rei alia ratio dari non poteſt, niſi perpetua & continuata novorum ſemper, novorumque ſaxorum, ſolo *Albunei Lacus* beneficio, ſuccreſcentia; cum enim *Lacus*, uti ſuprà dixi, immenſæ profunditatis ſit, fit ut aqua per ſubterraneos hiatus, cuniculoſque diffuſa, ubi novam terreſtris materiæ congeriem repererit, eandem ſucceſſu temporis, vi, quâ pollet, petrifica, in ſaxum convertat. Cujus rei apertiſſimum indicium eſſe poteſt, quod in hunc uſque diem à latomis & lapidicidis in intimis ſaxorum penetralibus, inſtrumenta ferrea omnis generis, cultri, harpagines, cunei, monetæ, palæ & mallei, ſimiliaque findendis ſaxis neceſſaria inſtrumenta reperiantur; quæ quidem aliundè non provenerunt, niſi poſt operarum tranſmigrationem, qui dum hujuſmodi inſtrumenta vel oblivione, vel perdita relinquunt, foſſamque novis terreſtribus molibus implent, illa ſicuti ſimul ac ſulphurea *Lacus* aqua totam hanc aggeſtæ materiæ pluviis maceratæ maſſam penetravit, ita cum tempore quoque totam vi ſua petrifica denuò in ſaxum convertit. Mirum eſt, quod Præfectus Lapidicinæ mihi, dum hæc loca explorarem, narravit, inter meditullium videlicet ſaxi, Titulum Sanctæ Crucis hiſce litteris prænotatum INRI, à natura utique delineatum, inventum fuiſſe. Ego verò dicebam, hoc non purum naturæ opus fuiſſe, ſed titulum alicujus crucis (quam operæ devotionis cauſa ſecum ut plurimum portare ſolent) ibidem poſt tranſmigrationem cum aliis terreſtribus ſaxorumque fragmentis derelictum, tandem unà cum reliqua materia in ſaxum coaluiſſe; quod aliter non contingere potuiſſe ex ſimilibus rebus, ac variæ ſuppellectilis notis, quas intra ſaxa paſſim reperiri dixit, aſſeveravi. Quomodò verò, & quo naturæ proceſſu hæc fiant, cum longius ratiocinium poſtulet, quam operis hujus argumentum permittat, idque in *Mundo noſtro Subterraneo* ſat copioſè tractaverimus, illuc Lectorem remittimus.

Titulus S. crucis INRI intra meditullium ſaxorum repertus.

CAPUT VI,

De Monte ſciſſo, *cœteriſque rebus in* Tyburtino Agro, *conſideratione digniſſimis.*

Montis ſciſſi deſcriptio.

INter cœtera admiranda, quæ in *Agro Tyburtino* conſpiciuntur, *Mons Sciſſus* eſt, qui tempore Dominicæ Paſſionis crepuiſſe dicitur. Duplex ad hunc aſcenſus eſt; prior per vallem *Anienis* lævam, viâ, quæ uno ab urbe milliario, juxta vetus *Cappucinorum Monaſterium* deflectit & ad montis acumen dirigit. Alter eſt per dorſum montis, quem *Afflio* Veteres vocant, incipiendo à porta Angelica, quæ ducit ad olivetum. In hujus montis extremo angulo, invenitur ficus, quæ aditum monſtrat ad interiora montis, à quo termino fiſſura montis ſeſe ab ortu in occaſum in longitudinem extendit ferè ad triginta paſſus: hujus itaque montis hiatus in abyſſum omninò formidabilem, vix ulla bolide explorabilem, tendit. Ego ſanè ad quadringentorum palmorum chordam dimiſi, nec fieri potuit, ut fundus attingeretur; ex ſonitu verò magno, quem projectis in eum lapidibus percepi, ingentem ibidem ſubterraneam regionem latere collegi; patetque, quod mirum dictu eſt, ex hirundinibus, quæ æſtivo tempore perpetua volatus

Profunditas voraginis.

Hirundines montem volatu penetrant, ibidemque hyberno tempore remanent.

volatus circulatione, ex ea parte, quâ ficus ſtat, ingrediuntur, ex altera verò fiſſuræ parte denuò egrediuntur maximo numero, ita ut quis mirari ſatis non poſſit, quomodò per tam profundum hiatum volando extrà emergant. Audivi quoque à montis accolis, hirundines ab hac abyſſo nunquam recedere, ſed hyberno tempore uſque ad vernum remanere, & fuiſſe nonnullos, qui paulò profundiùs hiatum penetrantes ibidem in glumos involutas quaſi ſemimortuas repererint. Refertur etiam ex Archivio Tyburtino, quo anno, non conſtat, tres *Iudæos* hunc montem tranſeuntes die veneris ſancto ad nundinas profecturos, à *Sancti Gregorii* civibus zelo ductis dictos *Iudæos* veluti *Chriſti* crucifixores, ligatis manibus pedibuſque in hanc abyſſum projectos fuiſſe; Undè magna lis *Iudæos* inter & *Sancti Gregorianos* nata, hodiè adhuc memorato in Archivio conſervatur. Hiatus ſanè formidabilis eſt, & introſpicientibus horrorem ſimul & vertiginem concitans. Ego ſanè quantum ex projectione immenſorum lapidum colligere licuit, puto aquam copioſam in fundo ſtagnare, cujus rei rivi, qui in radice montis, quæ *Anienem* ſpectat, copioſiſſimè ſcaturiunt, luculentum præbent teſtimonium; quod & Magiſtratus Tyburtinus, vel per hominem ad mortem jam condemnatum, vel propoſita notabili pecuniæ vi datâ operâ conductum, per chordam ſellâ inſtructam immiſſum, facilè non ſine publici boni emolumento explorare poſſet.

Tres Iudæi in montis voraginem projecti.

Mannæ copioſus proventus, uti & ſtyracis, reſinæque terebinthinæ.

Alterum conſideratione dignum eſt, quod in *Territorio Tyburtino* quotannis ingens mannæ, ſtyracis quoque, & Terebinthinæ reſinæ copia colligatur; quam rem ut propriis oculis viderem, conducto homine artis viarumque perito, in ſylvam, quæ *Ianuario Monti* ſubjacet, me contuli, ubi dux viæ primò arborum, ex quibus manna, ſtyrax, & Terebinthina reſina colligitur, ſpecies oſtendit. Arbor, ex qua manna educitur, Ornus eſt, vulgò *Ornelli*; & quamvis eadem arbor in compluribus tum *Latii*, tum cœteris *Italiæ* locis proveniat, in hoc tamen ſolo montis diſtrictu, mannæ, ſtyracis, & Terebinthinæ ferax reperitur. Modus mannæ colligendæ hic eſt: Circa finem Iulii, uſque ad 20 ferè Auguſti, quo tempore ſol æſtuantiſſimus vires ſuas maximè exſerit, vicinorum caſtellorum incolæ ad ſylvam, ubi magnam Ornorum copiam eſſe norunt, ſe conferunt, Arborum ornorum corticem in crucis formam, à ſummo ſcapo initio facto incidunt; quo facto, liquor mellis inſtar calore ſolis elicitus in ſcutellam ceream arbori circumplicatam defluens, ibi ſolidiore acquiſitâ ſubſtantiâ colligitur, collectus *Romam* non minori pharmacopœorum emolumento, quam venditorum lucro devehitur. Dulcis ſaporis eſt, & in laxandis corporibus miræ efficaciæ, ita ut mannæ, quod in *Calabria* provenit, minimè cedat, imò à multis Medicis eidem anteferatur; ab indigenis pro companatico paſſim ſumitur, ſed à potu aquæ iis abſtinendum eſt, quam tamen ſi biberint, jam medicinam adeò potentem paratam habent, ut nulli ex iis, quæ καθάρτικα, ſive purgantia, à Medicis vocantur, cedat.

Modus colligendi mannam.

Malaine Arbor, ex qua ſtyrax educitur.

Altera Arbor, ex qua ſtyrax elicitur, vulgò *Malaine* dicitur, folia rotunda habet, Nymphææ foliis haud abſimilia; cortex eodem modo, quo Orni, ad colligendum inde ſtyracis liquorem, inciditur. Lignum gratiſſimi odoris eſt, undè, ſi quandoque foco in ignis fomentum apponatur, gratiſſimâ protinùs totam domum fragrantiâ perfundit; quamvis pauci ſint, qui notitiam hujus arboris ex indigenis habeant: qui verò norunt, arcani loco illam ob lucrũ, quod indè acquirunt, tenent, cum multo majori precio quàm mannã divendere ſoleant, eò quod in nullo *Italiæ* loco quantum quidem hactenus comperire licuit, proveniat, ſed aliundè ex *Chio* & *Arabia* in *Europam* devehatur.

Tertiò.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Terebinthus, & reſina, quæ ex ea educitur.

Tertiò. Reſinam profert ex Terebinthis, ſive Laricibus, quarum ingens in dicto monte copia eſt, exſudantem. Arbor eſt ingens atque ex primæ magnitudinis arboribus: Reſinam eo prorſùs modo, quo in ornis fit, corticis inciſione eliciunt. Arbor Orno haud abſimilis eſt, niſi quod folliculis adinſtar veſicariæ, quod ſtaphylodendrum vocant Botanici, conſtet, graniſque piſorum magnitudine refertis ab Orno diſtinguatur. Liquor indè ſingularem in Medicina uſum obtinet, vulneribus cujuſcunque generis mirè opportunum; undè ij, qui virtutem arboris norunt, ex recentibus Terebinthi ſtolonibus baculos ſibi ad ambulandum comparare ſolent, & ſi forſan aut veprium ſpinarumque aculeis, aut ad ſaxa ſcopuloſque illiſione facta, aut alio quopiam caſu vulnera acquiſierint, mox contuſo baculi cortice vulneri appoſito, extemporaneo emplaſtri medicamento intra exiguum temporis ſpatium ſanati dicuntur.

Napellus virulentiſſima planta arboreſcens in monte Januario.

Reperitur & in rupium inacceſſis locis Napellus arboreſcens tantæ virulentiæ, ut vel umbra ejus ſub ea requieſcentes, mox lethargo ſopitos interimat. Cujus peſtiferam luem ante complures annos morte ſua experti ſunt duo paſtores, qui ſub arboribus hujuſmodi extincti reperti fuêre. Vocati medici ut, quo mortis genere ultimum diem hoc in loco clauſiſſent, explorarent, examinatiſque cadaveribus, cum nullum violentioris mortis ſignum appareret, tandem ex iis unus botanicæ facultatis peritior, conſiderando arborem, Napellum invenit, atque de eo venenoſæ arboris vapore ſub ipſa dormientes extinctos fuiſſe intulit.

CAPUT VII,

De Aquæductibus Tyburtinis.

Aqua Martia.

FRanciſcus Martius Hiſtoriæ Tyburtinæ Scriptor, inter alia memoranda, mentionem quoque facit Aquæductuum à *Romanis* extructorum, ad *Aquam Martiam* ex *Fonte Piconio Romam* derivandorum; de cujus aquæ bonitate, & proprietate, ita ſcribit Plinius l. 31, c. 3: *Clariſſima aquarum omnium in toto orbe frigoris, ſalubritatisq; palma, præconio urbis* Martia *eſt inter reliqua Deûm munera Vrbi attributa. Vocabatur hæc quondam* Aufeja, *fons autem ipſe* Piconia. *Oritur in ultimis montibus* Pelignorum: *tranſit* Marſos, *&* Fucinum lacum, Romam *non dubiè petens: mox ſpecu merſa in* Tyburtina *ſe aperit IX M. paſſuum fornicibus ſtructis perducta. Primus eam in Vrbem ducere auſpicatus eſt* Ancus Martius, *unus ex Regibus poſteà* Q. Martius *Rex in prætura. rurſusque reſtituit* M. Agrippa. *Quantum autem Virgo tactu, tantum præſtat* Martia *hauſtu.*

Bonitas ejus.

Poſtquam verò ex varia rerum humanarum viciſſitudine, & ſucceſſu temporis, Aqua ruptis incilibus diſperſa, & perdita eſſet, eam *M. Aurelius* Imperator Philoſophus, *Antonini Pii* ſucceſſor anno 163 Salutis noſtræ, addito novo *fonte Antoniniano*, exciſis excavatiſque montibus, ingentibus ſumptibus reſtituit; cujus in hunc uſque diem, circa *Arſoli*, olim *Carſeolos Æquorũ* oppidum, veſtigia ſpectantur, id eſt, putei profundiſſimi, qui loco ſpiraculorum Aquæductibus Submontanis ſerviebant. Etiamnum hujus facti epigraphe legitur *Romæ* ſupra portam Taurinam, ſive S. Laurentii:

IMP. CAESAR. M. AURELIUS. ANTONINUS
PIUS.
FELIX. AUG. PARTH. MAX. BRIT.
PONTIFEX MAXIMUS AQUAM MARCIAM

VARIIS

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

VARIIS KASIBVS IMPEDITAM PVRGATO
FONTE, EXCISIS, ET PERFORATIS MONTIBVS.
RESTITVTA FORMA, ADQVISITO
ETIAM PONTE NOVO ANTONIAN.
IN SACRAM VRBEM SVAM PERDVCENDAM
CURAVIT.

Hæc *Aqua Martia* per *Territorium Tyburtinum* deducta fuit, tum ad Villas irrigandas, tum ad uſum humanum ſaluberrima, quemadmodum in villarum deſcriptione oſtendimus; cujus rudera partim corrupta, partim integra euntibus verſus *Sicilianum*, inter *Tybur*, *Caſtellum S.ti Angeli*, & *Empulum* oppidum jam dirutum ſpectantur, uti ex mappa apparebit; ubi & juxta pontem primò à *Tybure* obvium, Aquæductus ad æquilibrium aquarum conſervandum, mons integer excavatus cernitur, per quem *Aqua Martia* derivabatur. Et putant nonnulli, *Martiorum familiam* hîc alicubi habuiſſe ſepulchrum; Nam *Franciſcus Martius* marmoreum monumentum inventum fuiſſe tradit, non procul à pago, quod vulgò *San Polo* dicitur, in quo hæc Inſcriptio legitur:

T. MARCIO III.
SACERDOTI FETIALI.
LEG. XIIII. CEM. . . . .
PROVINCIÆ ACAIÆ A . .
SENAT. AED. CVR PRAET.
CVRATORI VIÆ LATINÆ
LEG. II. AVG.
CRANIA TERTVLI.

Et altera in domo *Caroli Ciacciæ*, civis & Capitanei Tiburtini, hujus tenoris:

HIC SITVS AMPHION
EREPTVS PRIMA JUVENTA
NONDVM TERDENOS
NVMERABAT TEMPORIS ANNOS
HEVS IMMATVRA MORS
PROPERATA TIBI
C. MARCIVS PAVLVS C.
NATO PIENTISSIMO.

Succeſſit *M. Aurelio* Imperatori optimo in Imperio, *Commodus*, peſſimus filius, anno Chriſti 182. Habebat hic ſibi quàm familiariſſimum *Libertum Patronum* nomine, qui ſuam villam habebat euntibus ad *Sancti Gregorii* oppidum è dextra, in montis dorſo, ubi hodiè villa ſpectatur peramæna, *familiæ della Croce*, ex ipſis ruinis *Villæ Patronianæ* extructa; quam Fulvius Cardolus hiſce verbis deſcribit: *Repertum eſt noſtrâ memoriâ primo ab urbe milliario prope viam, & reliquias Aquæductus;* Anienem *inter, & proximos montes, ſepulcrum* Patroni, *quem* L. Ælii Commodi Antonini Aug. libertum, *& familiarem fuiſſe, marmor & numiſmata, cum ejus Imperatoris effigie haud procul à foſſa reperta teſtantur; ex quibus facilis eſt conjectura, hujus* Patroni Villam *fuiſſe, quæ nuper à* Cruciis *ex antiquis ruinis inſtaurata, & in edito, amœno, ſalubrique colle conſpicua viſitur, & cum toto fundo, hoc eſt, omnibus circà ſylvis, hortis, vinetis, arbuſtis, olivetis ſubjectiſque infrà pratis, & arvis*, Cruciæ familiæ *nomine nuncupatur.*

Villa Patroniana.

Morabantur in *Vrbe Tyburtina* tempore Imperii *Alexandri Severi*, poſt Scelerati Imperatoris *Heliogabali* obitum, anno *Chriſti* 224. Duo nobiliſſimi viri, *Cajus Cæſonius*, & *L. Cæſonius Ruffiniani;* qui, quam rerum geſtarum, officiorumque magnitudine & virtute celebres fuerint, docent inſcriptiones, in *Agro Tyburtino*, qui *Cæſaranus* dicitur, à *Nicodemo Tyburtino Scriptore* inventæ, ſequentis tenoris:

Inſcriptiones.

Dd C. Cæ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

C. Cæſonio. C. F. Quir. Macro Ru-
finiano.
Conſulari. Sodali. Auguſtali. Comiti
Imp.
Severi. Alexandri Aug. Cur. R. P. La-
nivinor. II.
Procoſ. prov. Africæ. Cur. Aquar. &
Minic.
Leg. Aug. pr. pr. German: ſuperioris.
Cur. Alvei.
Tiberis. cur. R. P. Teanenſ. leg. Aug.
pr. pr. prov.
Achaiæ. leg. leg. VII. Claud. cur. R. P.
Aſculan.
Leg. prov. Aſiæ. pr. leg. Prov. Bætic.
Trib. pl.
Quæſtori prov. Narbon. Trib. Leg. I.
Adjutric.
Donato donis Militarib. à Divo Marco
II. Vir. capitali.
Patri dulciſſimo, & incomparabili
Cæſonius Lucillus filius
Conſularis.

Sequitur altera, quæ officia, & Munera, quæ in Republica ſuſtinuit, monſtrat, uti ſequitur.

L. Cæſonius. C. Fil. Quirina. Lucil-
lus.
Macer. Rufinianus. Coſ. Frater. Ar-
valis.
Præf. Vrb. electus. ad cognoſcendas
Vice. Cæſaris.
Cognitiones. procoſ. prov. Africæ. XX.
Vir. ex Senatus
Conſulto. R. P. Curandæ. Curator
aquarum, & Miniciæ.
Cur. alvei Tiberis, & cloacarum.
Urbis. legatus. prov.
Africæ. eodem tempore. vice. procon-
ſulis. curator. R. P.
Tuſculanorum. curator R. P. Sueſſa-
norum.
Prætor Kandidatus. Quæſtor. Kan-
didatus.
Electus in familiam Patriciam
xx Vir.
Stlitibus judicandis.

CAPUT

CAPUT VIII,

De Sanctis Tyburtinis, & eccleſiis, quæ hodiè in Tyburtina Urbe, *ſpectantur.*

FUit anno *Chriſti* 253, uti *Petrus de Natalibus* refert, tempore *Decii* Cæſaris, *Philippi* in Imperio ſucceſſoris, nobiliſſima Virgo, nomine, *Victoria*, Chriſtiana Religione imbuta, nec non *Eugenii*, ſanguine nobiliſſimi Juvenis, nuptiis deſtinata. Hæc ubi ab Angelo edocta, quàm grata foret Virginitas Deo conſecrata, ſtatim eam ſolenni voto *Chriſto* ſponſo ſuo, omnibus quibus affluebat bonis inter pauperes diſtributis, conſecraviſſe fertur. *Eugenius* ea cauſa Zelotypiæ furore percitus, eam tanquam Chriſtiana fide imbutam, apud Imperatorem detulit; Undè quàm primùm in *Villam Tiburtinam* amandata, ut ſpe mutandæ Religionis, fame torqueretur, ſed fruſtrà; aliundè enim non tantùm ipſi proviſum eſt, ſed & mirabili quodam modo à cuſtodia liberata fuit, uti ſequitur:

Draco ingens infeſtat agrum Tiburtinum.

Comparuerat tunc temporis in *Agro Tyburtino* derepente formidabilis Draco, qui ſummo territorii detrimento non animalia duntaxat, ſed & homines, & quicquid tandem illi obvium fuit, devorans, virulento halitûs ſui veneno, vel ipſum aërem, magnâ mortalium ſtrage inficiebat. Commodam hanc & opportunam occaſionem rata *Victoria* virgo, tum ad liberandos à tanta peſte *Tiburtinos*, tum ad eoſdem à cœcis gentilitatis tenebris ad verum fidei Chriſtianæ lumen convertendos; itaque in Domini bonitate confiſa, nec non fidei armis inſtructa, ſe, ſi *Chriſto* nomen dare vellent, Territorium, occiſo Dracone, à tanta calamitate liberaturam promiſit: accepto cum riſu tenellæ Virginis propoſito, eidem cum Dracone certamen conceſſere; non tam quod indè deſideratū effectum ſequi poſſe crederent, quàm ut curioſitati ſuæ in imbellis Virginis pugna ſpectanda ſatisfacerent. Biduano itaque que jejunio peracto, ardentibuſque ad Deum precibus præmiſſis, ipſo Dominico die ſe ad Draconis ſpecum perduci juſſit, ubi ſtabulantem Draconem in Nomine *IESV Chriſti* conditoris omnium, cedere, & ex *Tiburtino Agro* abire præcepit; fera, audito Virginis præcepto, ſtatim velociſſimo curſu, inter abdita ſylvarum ſe recipiens, nuſquam & nunquam amplius viſa eſt. Viſo hoc miraculo, ſtatim univerſa civitas fidem Chriſtianam amplexa, nunquam illam ampliùs deſeruit: *Victoria* verò in ipſo Dracônis antro, in ſacrum habitaculum converſo, cum novem Virgunculis Deo ſerviens habitavit, & tandem ibidem ex larga Neophytorum contributione extruxit Monaſterium, ubi cum ſexaginta tribus Virginibus vitam ſuam inſigni ſanctitate tranſegit. Verùm à dæmone denuò ſollicitatus *Eugenius*, illam ad Deæ *Veſtæ* ſacrificandum compellere non deſtitit; quod execrabile nefas cum magna animi libertate & conſtantia rejeciſſet, optatam jam dudum Tartyrii coronam, capitis condemnatione, obtinuit, 23 Decembris.

S. Victoria *draconem pellit.*

Zenobia *Regina.*

Habitabat, eodem ferè tempore in *Agro Tiburtino* celeberrima illa *Zenobia Palmyrenorum* Regina, de qua ſuprà ampliſſimam mentionem, in ejus *Villæ* deſcriptione fecimus, quam & *Baronius Victoriæ* inſtructione converſam, in fide *Chriſti* piè & ſanctè defunctam ſcribit. Vide, quæ de admirandis in *Zenobia* Regina naturæ dotibus; item de inaudito Triumpho, quo ab *Aureliano* Imperatore in urbem introducta fuit, in ejuſdem *Villa* tradidimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Accidit eodem tempore in ſumma Triumphi Zenobiani celebritate, ut *Aurelianus* Imperator, ex rebellione *Marcomannorum*, magna de bello contra ipſos inſtaurando ſollicitudine, ex præviſo vario & incerto rerum eventu ſumme cruciaretur; undè ad Senatum Romanum epiſtolam, de conſulendis Sibyllinis Codicibus, circa bellum cum *Marcomannis* ineundum dedit. Fuerat enim jam dudum antè, Sibyllinorum Librorũ inſpectio, ob magnam, quam ex iis hauriebant, veritatis lucem, atque indè ob inſigne *Romanorum* civium ad fidem *Chriſti* accedentium incrementum, prohibita; quam quidem retractatam cupiens *Aurelianus*, ſic ad Senatum Romanum ſcribit: *Miror vos, Patres Conſcripti, tandiù de aſſerendis Sibyllinis dubitaſſe libris, proindè quaſi in* Chriſtianorum *Eccleſia, non in Templo Deorum omnium tractaretis. Agite igitur, & caſtimonià Pontificum, ceremòniiſque ſolemnibus juvate Principem neceſſitate publica laborantem. Inſpiciantur Libri: quæ facienda fuerint, celebrentur. Quemlibet ſumptum, cujuslibet gentis captivos, quælibet animalia regia non abnuo, ſed libens offero; neque enim indecorum eſt Diis juvantibus vincere. Sic apud majores noſtros multa finita ſunt bella: ſic cœpta. Si quid eſt ſumptuum, datis ad præſidem ærarii litteris decerni juſſi. Eſt prætereà veſtræ authoritatis arca publica, quam magis refertam eſſe reperio, quàm cupio.*

Sibyllini Libri cur probibiti à Romanis?

Literæ Aureliani *ad Senatũ.*

Fuit tandem anno *Chriſti* 312 ad Imperiale Solium evectus *Conſtantinus Magnus*, 38 annis poſt *Aurelianum*, qui lumine fidei imbutus, & ſacro Baptiſmatis fonte à *Sylveſtro* lotus, incredibili fervore ad Chriſtianæ Religionis negotium promovendum ſe applicuit; primus Imperatorum, qui ubique locorum tum *Romæ*, tum alibi, novis erectis Eccleſiis cultum Divinum eò perduxit, ut non eſſet locus, qui non Conſtantinianæ pietatis, & Religionis, ornamentorumque Eccleſiaſticorum divitias demonſtraret. Totus quoque in eo erat, ut, ubi inveniretur quidpiam memorabile, ſive à *Chriſtianis* præſtitum, ſive Martyrum *Chriſti* ſanguine celebre, & ea maximè loca, in quibus quidpiam notatu dignum circa Sanctorum Martyrum geſta contigiſſet, erectione Eccleſiarum celebrarentur. Quæ uti quàm notiſſima ſunt, ita quoque iis diutiùs immorandum non cenſui, præſertim cum hæc fusè in *Hiſtoria* noſtra *Euſtachio-Mariana* deduxerimus.

Hujus Religioſiſſimi Imperatoris exemplum ſecuti *Tiburtini*, quem, cum *Divo Laurentio* Martyri in *Agro Verano* magnificum Templum extruxiſſe perciperent, & illi ſeſe ad Templum *Herculi* olim dicatum, in *Divi Laurentii* Martyris templum, vero Deo conſecratum converterunt, teſte Ferd. Ughellio Sacræ Italiæ Authore, dum de Epiſcopis Tiburtinis agit, qui dicta hiſce verbis confirmat: *Cæterùm* Herculis *Templum, vel maxima ejus pars,* Conſtantini Magni *Imperatoris temporibus in* Divi Laurentii *honorem Chriſtiano ritu in Eccleſiam Cathedralem dicatum eſt.* Hujus antiquam conſtitutionem pulchrè deſcribit Ill.mus Annibal de Graſſis, Epiſcopus Faventinus, hiſce verbis, ut Lector, qualis antiqua illa *S. Laurentii* Eccleſia fuerit, cognoſceret.

Eccleſia ipſa eſt antiqua magna, in nobili, & pulchra forma conſtructa, decenti altitudine, & latitudine proportionata; habet tres naves magnas, mediam cæteris majorem; habet pavimentum ex tabulis marmoreis vermiculatis conſtructum, vetuſtum tamen, & ob vetuſtatem in pluribus locis devaſtatum, & verſus Altare majus, in media navi eſt tabulato ligneo coopertum; habet viginti hinc indè columnas magnas quadrangulares opere lateritio conſtructas, ſuper quibus tectum mediæ navis regitur, & ſuſtentatur, quod eſt tabulis ligneis, tegulis creteis ſubpoſitis ſubfictum, ſimiliter vetuſtum, & non ſine aliquibus rimolis: cæteræ verò naves ſunt fornicato opere coopertæ, excruſtatæ tamen in fornicibus, & denigratæ; parietes & columnæ ipſius Eccleſiæ ſunt ubique variis Sanctorum imaginibus, variiſque myſteriis

Deſcriptio Veteris Eccleſiæ S. Laurentii Tybure.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

myſteriis & hiſtoriis antiqui & moderni Teſtamenti picta; ſed parietes ipſi, & picturæ ſunt etiam ubique excruſtatæ, & denigratæ; habet duas portas magnas; major habet ante ipſam porticum tectum duabus columnis marmoreis ſubſtentatum, tabulis & tegulis coopertum; habet magnam imaginem deſuper à parte exteriori Sanctiſſimi Salvatoris *denigratam ſimiliter, & devaſtatam, & eſt cornicibus marmoreis decenter ornata, & oſtio decenti, quod decenter clauditur, munita; ad dexteram ipſius portæ extat fons lapideus decens, ſuper columella marmorea decenti poſitus, pro aqua benedicta; alia porta reſpicit publicam plateam civitatis; habet ſimiliter ante ipſam porticum, & per eam per plures gradus lapideos aſcenditur ad Eccleſiam; quæ ſimiliter cornicibus marmoreis ornata eſt, & habet imaginem deſuper devaſtatam & excruſtatam, quæ diſcerni non poteſt; Oſtium eſt aliqualiter rimoloſum, ſed benè clauditur, ambæ portæ ipſæ habent ſportellas ex telis ceratis.*

Ex hac deſcriptione luculenter patet, *Tiburtinos* ex Templi Herculei ruinis inſtauraſſe Eccleſiam *Sancto Laurentio* Martyri conſecratam, ſub forma Eccleſiis à *Conſtantino* extructis haud abſimili; ſiquidem fabrica Templi Herculei multum differebat à Templis *Chriſtianorum*; quantum enim ex deſcriptione ſuprà memorata conſtat, erat Templum Herculeum undique periſtylio in formam porticus incluſum, in quo variæ quoque inſerebantur habitationes eorum, qui ſacrificiis præerant, & ſacra adminiſtrabant; eratque ex *villa Mæcenatis*, in qua quotannis *Auguſtus* ruſticabatur, per *viam Valeriam*, ambulacrum ad Templum uſque undique & undique pilis columniſque ſuffultum, quemadmodum ex ſuperſtitibus etiamnum veſtigiis apparet, prout hîc apparet.

Vetus itaque Templum à *Chriſtianis Sancto Laurentio* dicatum, cum ruinæ eſſet proximum, & vetuſtatem ſuam vix ampliùs ſuſtineret; *Iulius* S. R. E. Cardinalis *Roma Tiburtinus Epiſcopus*, pro ſua in cultus Divini promotione, cura & ſollicitudine, veteri deſtructo Templo, novum & magnificum, anno 1635, eodem in loco exſtruxit; ſex ſacellis, quà marmore, quà picturis opulenter exornatum; quorum duo principalem locum obtinent; prius propriè *Sancto Laurentio* dicatum, alterum ſub nomine Imaginis *Salvatoris*, quam à *Sancto Luca* Euangeliſta depictam ferunt, quod anno 1232 à *Gregorio IX*, Pontifice Max. ex *familia Comitum* in honorem dictæ Imagini *Salvatoris* dedicatum fuit, quemadmodum teſtatur inſcriptio, quæ ſequitur:

Chriſto Servatori,
Memoriæque perenni.

Hoc in Sacello Salvatoris *noſtri effigies à* B. Luca *depicta, veneratione tam debita, quàm devota cuſtoditur, in eodemque Corpus* B. Quirini *ſervatur, cujus præter cætera memoria cernitur in lapide, in ingreſſu à dextris. Huc tamen mulieribus ingredi nefas eſt, niſi unico die dedicationis dumtaxat ejuſdem, quod à* Gregorio IX *conſecratum extitit anno à S. Deiparæ Virginis partu* M. CC. XXXIV. XIII *Kal. Iulii.*

Imago Salvatoris à S. Luca *depicta.*

Sub altari majori hujus Eccleſiæ erat concha marmorea, quam *Iulius* Cardinalis *Roma* in præſentia totius cleri, & cœteræ nobilitatis Tiburtinæ cum detexiſſet, inventa fuerunt varia diverſorum Sanctorum Leipſana vaſis particularibus inſerta; & fuerunt corpus S^{ti}. *Severini*; in alio liquor Sanguinis *B. Laurentii* Martyris; In aliis Reliquiæ Sanctorum quadraginta Martyrum, Sanctorum *Romuli* & *Redemptæ*, S^{ti}. *Generoſi* Martyris, & complura alia, quæ videntur apud Doctiſſimum *Michaelem Iuſtinianum* Abbatem, in ſua *Tiburtinæ Vrbis* deſcriptione.

Reliquiæ SS. ſub altari inventæ.

Sancti verò, qui propriè originem ſuam ſumpſerunt in *Tiburtina Vrbe*, fuerunt, Primò *S. Getulius*, & Sta. *Symphoroſa* cum ſeptem filiis, quorum

 Marty-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Martyrium celebratur 19 Iulii. vide quæ de paſſione eorum in *Villa Adriani* adduximus. Secundò, *S. Victoria*, feſtum ejus 23 Decemb. de qua paulò ante. Tertiò, *S. Severianus* Monachus *S.ti Benedicti*, cujus feſtum celebratur 3 Novembris. Quartò, *Simplicius* Papa, cujus feſtum celebratur 2 Martii, qui & Eccleſiam in ſumma temporum varietate ſanctiſſimè gubernavit, & Tyburtinam Eccleſiam *S.ti Petri* extruxit, de cujus geſtis vide *Platinam*, alioſque. Quintò, *S. Majorius* Martyr, crudeliſſimè pro fide occiſus dicitur à *Genſerico Vandalorum* Tyranno; *Tybure* ejus feſtum celebratur 26 Octobris. Sexto, *S. Iohannes* Papa *IX*, ex ordine *S.ti Benedicti*, de cujus vita vide Scriptores Eccleſiaſticos. Septimo, *S. Generoſus* Martyr, & *Quirinus* Sacerdos. Atque hi ſunt, qui ſanctitate vitæ, & rerum geſtarum gloria *Tybur* patriam ſuam condecorârunt.

Sancti Tibure *oriundi*.

Illuſtres ex priſca nobilitate, *viri* Tibure *oriundi*.

Non defuerunt ex antiqua nobilitate Romana, viri rerum geſtarum multitudine celebres. Primo putant Tyburtini, *Cajum Cæſarem Caligulam* fuiſſe *Tybure* oriundum, quamvis alii verius *Antii* natum exiſtiment; quicquid ſit; ſi *Tyburtinus* eſt, non eſt, quod ejus ortu glorientur, cum inter cæteros Imperatores, patriam ſuam, Imperiumque omni vitiorum ſcelerumque genere, nec non inaudita immanitate contaminaverit, de quo plura in *Villa* ejus videat lector.

Porrò *L. Coſſinium* Tybure oriundum, *Cicero in Oratione pro Balbo* tradit, ex illuſtri *Copponiorum familia*, teſte *Fulvio Vrſino*. *Quintilius* Varus Tyburtinus, gener *Auguſti*, de quo vide pluribus actum in ejus *Villa*. *Cajus* Turpitius Tyburtinus coſ. Rom. cujus mentionem fecimus in *Villa* Turpitiana. Numerant & inter ſuos, *Titum* I & *C. Titum* II ex *Copponiorum familia*, è quibus *Cajus* Turpitius fuit III vir, monetamque excudit.

Numatius Plancus Coſ. Rom. de quo *Horatius l.* 1, *ode*, 7. Vide quæ de eo in ejus *Villa* tradidimus.

Cajus Popilius Coſ. Rom. de cujus muneribus & officiis vide *Aldum Manutium in ſua Orthographia*.

Varius & Tucca, poëtæ celeberrimi, coætanei *Virgilii* & *Horatii*, *Auguſti* Domeſtici, de quibus in *Villa Mæcenatis*. Atque hæc ſufficiant de viris Illuſtribus; qui plura deſiderat conſequentibus ſeculis, is adeat ſupramemoratum Eruditiſſimum Abbatem *Michaëlem Iuſtinianum*, *in* ſuo *de Epiſcopis Gubernatoribus* Tyburtinis *Tractatu*.

Eccleſia *S.ti Laurentii* hodierna, uti diximus, fuit ab Emin^mo: *Iulio* S. R. E. Cardinali à fundamentis extructa unà cum Seminario magnifico clericorum, uti ſequentes inſcriptiones marmoribus inciſæ docent:

D. O. M.
Iulius Cardinalis Roma Mediolanenſis
Epiſcopus Tyburtinus
S. Laurentii Baſilicam temporis injuriâ
fatiſcentem
Solo æquavit, & à fundamentis reſtituit
Anno ſal. M. DC. XL.

Supra portam verò Seminarii hæc Inſcriptio legitur.

Iulius Cardinalis Roma
Seminarium Tyburtinum erexit
eique domum à fundamentis ædificavit.
Anno Sal. M DC LVII.

Vixit

Vixit hic Cardinalis magna vitæ integritate & exemplo, & piè obiit *Romæ*, eodem die & hora, qua natus erat, ſexaginta octo annorum ætatem habens, & ſepultus in Eccleſia Divi *Caroli Borromæi ad Curſum.*

Cardinalis Santacrucius. Huic eodem anno in curæ paſtoralis munere ſucceſſit *Marcellus* S. R. E. Cardinalis *Sanctacrucius* virtutum omnium, quæ in tanto paſtore deſiderari poſſunt, verum prototypon, & exemplar, qui & in exornanda Eccleſia *S.ti Laurentii*, à *Iulio* prædeceſſore extructa, ſuam operam quàm liberaliſſimè contulit, novum Sacrarium, ad in eo decenter reponendas Sanctorum Reliquias, magnis ſumptibus extruxit, uti ex ſequenti epigraphe patet:

Vt honorificentiùs Sanctorum Reliquiæ
cuſtodiantur
Et decentiùs ſacra paramenta ſerventur
Ædem hanc ære ſuo à fundamentis excitavit
& ornavit
Marcellus *Cardinalis* Santacrucius Romanus
Epiſcopus Tiburtinus
Anno M DC LVII.

Sed ut ad urbem revertamur, numerantur hodiè in ea novem parochiæ; ſex confraternitates, ut vocant; tria Xenodochia; omnium vero ferè Religionum Monaſteria.

Anno 1548, introducta quoque fuit in *Vrbem Tyburtinam* Societas IESU, ubi Religio nova à *S.to Ignatio* inſtituta primò fuit approbata à *Paulo* III ſummo Pontifice, eodem in loco, qui hodiè *la Rocca* dicitur, & palatium eſt Pontificium à *Pio* II Pontifice in ultimo angulo urbis, ad portam ſanctæ Crucis extructum. Intereà *Sanctus Ignatius*, dum tanti momenti negotium agitaretur, cum ſociis ſuis habitabat in Eccleſiola extra urbem ad portam Romanam ſita, quæ paucis abhinc annis, certis de cauſis diruta fuit. Tenent etiam hodiè *Cocconarii*, nobiliſſimi cives Tyburtini in domo ſua cubiculum, in quo habitare ſolebat *S. Ignatius*, quando negotia cum Pontifice *Tybure* ruſticantè, negotiabatur, quod in magna veneratione etiamnum in memoriam Sancti tenent. Fuit tandem hîc poſt approbatum à *Paulo* III Societatis inſtititum, ibidem ſucceſſu temporis fundatum collegium, eique attributa Eccleſia, in honorem *SS. Symphoroſæ*, *Getulii*, & ſeptem filiorum, à Cardinale *Contarello* anno 1581 erecta, in qua & Reliquiæ dictorum Sanctorum Martyrum conſervantur. Plura hoc loco de urbis regimine & moderatione dicenda reſtabant; verum cum de eo integro libro quam ampliſſime egerit ſupracitatus *Michael Iuſtinianus* Abbas, ſupervacaneum eſſe ratus ſum ea hic iteratò deſcribere, præſertim cum ea extra inſtituti mei limites remotiora eſſe viderentur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

PARS III,
De SABINORUM REGIONE
CAPUT I,
Diviſio Sabinæ *Regionis ſingularumque ejus partium deſcriptio.*

QUamvis *Sabinorum* Regio, intermedio flumine *Aniene*, quem vulgo *Teverone* dicunt ex veterum inſtituto ſit diviſa, à *Latio*, quia tamen ad perfectam veteris *Latii* hiſtoricam notitiam plurimùm conducere poſſe videbatur, ceu *Latio* conterminam, adjungendam duxi. *Sabinorum* itaque Regio à *Latio* omnium ferè veterum Scriptorum teſtimoniis, diviſa fuit; cujus Incolarum originem varii variè narrant. Quidam à *Sabo Lacedemonio*, primo hujus Regionis Duce, eam Græcanicæ originis faciunt; Alii, uti *Livius*, inter barbaras populorum origines ponunt. Ego rejectis complurium valdè intricatis opinionibus, veriùs à *Sabo Lacedemonio Sabinos* dictos fuiſſe, crediderim, authoritate Silii Italici motus, cujus hæc verba ſunt l. VIII. cum mores *Sabinorum* deſcribit.

> *Vertice & implumes, ac levi tegmine crucis*
> *Ibant, & læti, pars* Sancum *voce canebant*
> *Authorem gentis, pars laudes ore ferebant*
> Sabe *tuas, qui de patrio cognomine primus*
> *Dixiſti populos magna ditione* Sabinos.

Ubi nota, *Sancum Sabinorum* proprium numen ſemper apud eoſdem ſumma veneratione cultum fuiſſe, quem Dionyſius & Deum *Fidium* vocat, à *Romanis Sancum* dictum Διὸς πιστίου ὃν Ρωμαῖοι Σαγκὸν καλοῦσι. de quo vide *Varronem de lingua Latina l. 4. Livium, Pompejum Feſtum, Plinium, D. Auguſtinum* & *Lactantium*, ali- Aug. de Ciu. Dei l. 8.
oſque complures; ex quorum Authorum farragine, ego colligo eos hoc nomine *Herculem* indigitaſſe, quem *Oſca*, quâ utebantur linguâ etiam *Sancum* appellatum fuiſſe, *Græcâ* verò *Herculem* dictum poſt *Varronem Feſtus* docet *l.* 4. quem & *Sangualem* corruptè dixiſſe ex *Sanguala Avæ*, quæ *Sanco* ſacra habebatur, *Plinius* refert. Sed intricatis hiſce Authorum opinionibus omiſſis, jam ad diviſionem Regionis *Sabinorum* tranſeamus.

Veram hanc diviſionem non minùs, quàm originem *Sabinorum* inter Authores controverſam invenio, ut cui ſubſcribas, vix diſpicias. Strabo anguſtos valdè hujus Regionis terminos facit, σάβινοι τὲ στενὴν οἰκοῦσι χῶραν, in longum ad mille ſtadia porrectam, à *Tiberi* & *Nomento* oppidulo ad *Veſtinos* uſque. Dionyſius verò l. III. χῶραν πολλὴν καὶ ἀγαθὴν amplam & fertilem Regionem incolentes dicit, utpotè Sabinorum *regio*
qui cum *Romanis* de principatu conten- *potens*
derent: Anguſta autem, & Ampla uti *& ampla.*
oppoſita, cum veritate rei conſiſtere nequeunt, niſi dicamus; illum Regionem *Sabinorum* ſtrictè, hunc verò latè ſumptam determinare voluiſſe. Nos verò meliorum Geographorum diviſionem ſecuti, illam propriè *Sabinorum* Regionem dicimus, quæ *Anieni* & *Tibri* fluviis, nec non *Reatinis Nurſiniſque* mon- *Termini*
tibus cincta concluditur. De cujus op- *Regionis*
pidis tum vetuſtate Scriptorum celebri- Sabinorum.
bus, tum hodierno tempore florentibus, nobis agendum reſtat, à viciniori-bus urbi oppidis initium facturi.

CAPUT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

CAPUT II,

De Vrbibus Veteribus Sabinorum, *modernis* *παραλλήλως inſertis.*

OPpida nonnulla quæ jure naturæ ſuos per fluminum diviſionem terminos habent, non minorem difficultatem adferunt; cum nonnulla eorum, cum *Sabina* ſint, *Latio* tamen adnumerata fuerint, quod non niſi ex eorum à *Romanis* ſubactione contigit; Undè nativum Regionis jus unà cum jure Domitorum tranſit in Regionem Dominatoris propriam, juxta illud Virgilii l. VII:

Eccè Sabinorum *priſco de ſanguine magnum*
Agmen agens Clauſus, magnique ipſe agminis inſtar,
Claudia *nunc à quo diffunditur & tribus & gens*
Per Latium, *poſtquam in partem data* Roma Sabinis,
Vnà ingens Amiterna *cohors, priſcique* Quirites,
Ereti manus omnis, oliviferæque Mutuſcæ,
Qui Nomentum *urbem, qui roſea rura* Velini
Qui Tiberim Fabarimque *bibunt; quos frigida miſit*
Nurſia, *&* Hortinæ *Claſſes.*

Quarum Urbium nonnullæ juris *Latini* factæ, inter *Latii* urbes recenſitæ fuerunt, uti ſequitur.

Ad *Sabinorum* Regionem tranſitus eſt per *Portam Salariam*, & *Pontem*, tribus ferè millibus paſſuum à columna milliaria diſſitum; in quo ponte primò occurrunt inſcriptiones politiſſimæ, à *Narſete*, qui eum jam dirutum exſtrui curavit, quas & Ill.mus Dominus *Ioannes Fridericus* S. R. I. Comes *de Waldſteyn*, per R.dum Patrem *Sixtum Horrerum*, virum non minus eruditione, quàm religione illuſtrem, deſcribi ibidem me præſente curavit. Verum quia hoc loco ingens ruderum multitudo occurrit, quænam illa olim fuerint, hic in parva tabella una cum menſa Solis exponendum cenſui.

In dextro Pontis latere, literis penè exoletis.

IMPERANTE D. N. PIISSIMO AC TRIVMPHALI SEMPER AVGVST ANNO XXXVIII. NARSES GLORIOSISSIMVS EX PRÆFEC. SACRI PALATII EXCOS. ATQVE PATRITIVS POST GOTHORVM VICTORIAM IPSIVS, EORVM REGIBVS CELERITATE MIRABILI, CONFLICTV PVBLICO SVPERATIS ATQVE PROSTRATIS. LIBERTATE VRBIS ROMÆ AC TOTIVS ITALIÆ RESTITVTA, PONTEM VIÆ SALARIÆ VSQVE AD AQVAM A NEFANDISSIMO TOTILA TIRANNO DESTRVCTVM, PURGATO FLVMINIS ALVEO IN MELIOREM STATVM, QVAM QVONDAM FVERAT, RENOVAVIT POSVITQUE.

Altera in Siniſtro Pontis Latere.

Epigramma.

QVAM BENE CVRBATI DIRECTA EST SEMITA PONTIS,
ATQUE INTERRVPTVM CONTINVATVR ITER,
CALCAMVS RAPIDAS SVBJECTI GVRGITIS VNDAS,
ET NARSEN RESONANS PLAVSVS VBIQVE CANIT.
ITE IGITVR FACILES PER GAVDIA VESTRA QVIRITES,
ET NARSEN RESONANS GAVDIA VBIQVE CANAT.
QVI POTVIT RIGIDAS GOTHORVM SVBDERE MENTES,
HIC DOCUIT DVRVM FLVMINA FERRE JVGVM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



De *Narſete* ſic dicit Volaterranus: Narſes *Eunuchus* Juſtiniani *Principis Cubicularius*, *Bibliopola priùs*, *deindè ob animi virtutem patriciatus honore evectus*, *vir religione pietateque præditus*, *ut qui plus precibus ante Deum proficeret*, *quam vi contra inimicos. Igitur is in locum* Beliſarii *Ducis in* Italiam *miſſus decem annos variis eventibus pugnavit*, *qui demum adſcitis auxilio decem*

millibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

millibus Longobardis Vectige *apud* Placentiam *victo, deinde alio eorum Rege* TEIA, *qui ſibi* Lotharium *&* Bucellum è Francis *adſciverat, in* Apulia *ſuperato, bello Gothico finem impoſuit anno* XVII, *poſtquam inchoatum erat,* LXX *annis poſtquam* Theodoricus *in* Italiam *intraverat: urbibus qooque & cunctis quæ à* Gothis *in* Piceno *tenebantur, receptis, ad urbem victor contendit, ibique animum ædificiis reficiendis applicuit, quas inter fabricas una hic pons erat.* tandem tot rebus præclare geſtis, nec ipſe invidiam ſuperare potuit inſimulatus à *Romanis* avaritiæ & Tyrannicæ adminiſtrationis apud *Iuſtinianum* ejuſque uxorem, literas ab eis ignominiæ plenas accepit, videlicet Eunuchus ad colum & penſum rediret; ille iratus, Ducam, inquit, tale penſum, talemque ordiar telam, quæ extricari facilè nequeat. Itaque è *Pannonia Longobardos* evocat, jam diù *Romam* invadere cupientes, ipſe verò paulò poſt exceſſit *Romæ*, cujus cadaver loculo plumbeo *Conſtantinopolim* delatum eſt.

Ad hunc *pontem* itaque *Salarium*, rerum geſtarum gloriâ celeberrimum, in quo & *Manlius* Ducem *Gallorum* gigantea magnitudine immanem, unus ex *Romanis* trucidavit, atque torque aureo collo appenſo ablato victor ad *Romanos* rediens, ob rem præclarè geſtam, *Torquati*, unà cum poſteris ſuis nomen meruit *Manlius* Torquatus. Commorati varia loca deteximus tum ad profanam, tum ſacram & Eccleſiaſticam ſpectantia. Quæ omnia, ne longiores in in eorum deſcriptione ſimus, in Topographiæ ſchema conſiderandas exhibuimus. Sed jam ulteriùs iter noſtrum proſequamur.

Has inter Vrbes, primum merito locum poſſident *Fidenæ*, Φιδῆναι *Dionyſio*, Vrbs *Romæ* proxima, utpote quæ non niſi quinque millibus paſſuum ab ea diſtat, *Albanorum* colonia. Vrbem pervetuſtam, amplam & magnificam etiam ſub initio Vrbis conditæ Dionyſius refert de Romulo agens; Φιδηναίων ἐστράτευσε πόλιν ἀπὸ τετταράκοντα σταδίων τῆς Ῥώμης κειμένην, μεγάλην τε καὶ πολυάνθρωπον οὖσαν τότε. *Exercitum*, inquit, *contra* Fidenas *duxit ſcilicet*, Romulus, *Vrbem* 40 *ſtadiis* (quæ quinque millibus paſſuum conſtant) *diſsitam, magnam tum & populo frequentem.* Vbinam verò hæc Vrbs ſituata fuerit, pulchrè ſanè & clariſſimis verbis paulò poſt adducendi Authores docent. Verùm eorum relatione non contentus, ipſâ αὐτοψίᾳ locum explorandum cenſui. Anno itaque 1667, vigeſima Julii, totum ultra *Salarium Pontem* Regionis diſtrictum, veterum *Sabinarum* urbium veſtigiis conſertum, adii, & ne pedeſtris itineris labore frangerer, Ill.mus & Reu.mus Dominus *Ioannes Fridericus* S. R. I. Comes de *Waldſtein*, rhedâ me pro incredibili ſua benignitate, & ipſe locorum detegendorum futurus inſpector perduxit. Invenimus tandem duobus à ponte millibus paſſuum, ingentis urbis rudera, non procul à *Tiberi*, eo prorſus in loco, ubi modò prædium ſpectatur, dictum *Caſtello Giubileo, Xenodochii S. ſpiritus* juriſdictioni ſubditum ad confluxum *Tiberis* & *Anienis.* ita Dionyſius: Tullus, inquit, *contra hoſtes exercitum duxit, transgreſſusque* Anienem *haud procul* Fidenis *caſtra poſuit*, id eſt, *circa* Tiberis *&* Anienis *confluentes, inter eum locum &* Fidenas, *ubi* Vejentium *exercitus* Tiberim *tranſierat.* Nam ut rectè *Dionyſius* ait, Priores ſe moverunt *Sabini*, cum non contemnendis *Etruſcorum* auxiliis, & caſtra poſuerunt prope *Fidenas*, circa *Anienis* & *Tiberis* confluxum, *ponte* ſuper utroq; amne conſtructo, ſcaphis & ratibus firmato, quem tamen *Tarquinius* miro ingenio, aliis ſchapis varia combuſtibilis materiæ miſcellâ inſtructis accenſiſque ſecundoque flumine dimiſſis, cum ad *pontem* hæſiſſent, ſuccenſum penitùs deſtruxit. Atque ex his clariſſimè patet, *Fidenas* non alibi, quàm dicto loco conſtitiſſe; cum enim *Livio* teſte, *Anio*, eo in loco, ubi *Tiberi* ſe miſcet, non niſi tribus millibus paſſuum,

Fidena Vrbs olim magna & populoſa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

ſuum ſeu 32 ſtadiis diſtet, & ab *Aniene* ad *Fidenas*, non niſi 2 mill. paſſ. computentur.

Situs Fidenarum.

Fidenas in loco, quem ſuprà innuimus, conſtitiſſe, certum eſt, & Mappa Geographica luculenter exhibet. Huic meæ aſſertioni adſtipulatur eruditus *Philippus Cluverius*, qui & in ea urbe inveſtiganda multum ſtudii poſuiſſe videtur. Hic enim l. 2 Ital. Antiq. folio 656 loquitur: *Vt itaque hodiè ſic olim ab Vrbe ad* Anienem *numerabantur millia paſſuum tria; cæterum à ponte* Anienis via ſalaria *duo ſunt millia paſſuum ad* Caſtellum Jubileum, *quod ad ſiniſtram viæ partem poſitum exadverſa in dextra viæ parte habet rudera haud exigua antiquæ urbis, partim in valle, partim altiori loco in contigua valle ſita.* Quæ & ego, uti ipſe refert, veriſſima eſſe cognovi. Hanc præterea non procul à *Tiberi* diſſitam fuiſſe, ipſe Livius l. 4 oſtendit: *Dictator*, inquit, Hetruſcas *regiones compulit in urbem* Fidenas, *quæ ſcalis capi non potuit, urbs alta & munita.* Certè urbem magnificam, amplam, populatamque fuiſſe, Amphitheatri ſumptuoſa ſtructura clarè demonſtrat, in quo *Tiberii Auguſti* tempore anno ejus Imperii duodecimo incredibilis clades accidit, cum Amphitheatri cavea, populo gladiatorum munus ſpectante, collapſa pluſquam viginti millia hominum oppreſſit; ita Suetonius in vita Tiberii: *ſtatimque*, inquit, *revocante aſſidua obteſtatione populo propter cladem, qua apud* Fidenas *ſupra 20 hominum millia gladiatorio munere Amphitheatri ruina perierant.* Et in Caligula: Tiberii *principatum ruina ſpectatorum apud* Fidenas *memorabilem fecit.*

Cruſtumeria.

Secunda Vrbs apud *Livium*, *Dionyſium*, cæteroſque ſuprà citatos Authores celeberrima *Cruſtumeria* fuit, quam inter *Eretum* & *Fidenas* ſitum ſuum juxta *Viam Salariam* ſortitam fuiſſe conſtat. Nam *Romanos* à *Sabinis* invaſos ab *Ereto* noctu profugos verſus *Romam* inter *Cruſtumeriam* & *Fidenas* conſediſſe *Livius* narrat. Quæ nobis horum opidorum ſitum expreſſè indicant; quæ cum ſingulari ſtudio inquirerem, ad mille circiter paſſus in *Via Salaria* à *Fidenarum* ruinis progreſſus, turrim ſeu ſpeculam in colle ſat alto inveni, quod *Marcigliano* hodiè vetus nominant, veterum ædificiorum veſtigiis celebre; & hoc in loco ego rationibus *Livii* convictus, *Cruſtumeriam* priſcam ſitam fuiſſe exiſtimo, & *Cluverium* mihi adſtipulantem comperio, quam meliùs ex charta geographica, quam ego amplioribus verbis non deſcripſerim, capies.

Situs Cruſtumeriæ.

Sacer mons.

Fit & hoc loco *Sacri Montis* mentio à rerum Romanarum ſcriptoribus, *Livio*, *Dionyſio*, *Feſto*, *Plutarcho*; quis autem fuerit, quo loco ſitus, & quarè ſacer vocatus, aperiamus. Dictum paulò antè *Romanos* à *Sabinis* neſcio quo terrore panico perculſos ex *Ereto* (quam aliam Vrbem non aſſerimus, quam quæ hodiè *Monte Rodondo*, *Mons Rotundus* dicitur) noctu profugos inter *Cruſtumeriam*, & *Fidenas* conſediſſe, ad *Montem* votorum ſolvendorum causâ confugientes, quem ideò *ſacrum* dixere. *In via*, inquit Livius l. 3, *cui tum* Ficulenſi *nomen erat*, *caſtra in* Monte ſacro *locaverunt.* Et lib. 2 diſtantiam ejus ab *Aniene* determinans: *Plebs*, inquit, *in* Montem ſacrum *ſeceſſit trans* Anienem flumen *tria ab urbe milla paſſuum.* Rationem etymi jungit Dionyſius: *His ita decretis*, inquit, *aram poſuerunt in ſummo colle, in quo caſtra locaverant, quam à Panico terrore, quo tunc correpti fuerant, patria lingua nominarunt* Jovis Fauni, *quo Sacrificiis placato, ipſoque loco conſecrato, in quo conſederant, cum legatis in urbem reverſi ſunt*: cujus & Ovidius l. 3. faſt. meminit:

Plebs vetus & nullis etiamnum tuta
Tribunis
Fugit, & in ſacri *vertice* montis *abit.*

Vbinam verò hic *Mons* ſitus fuerit, *Livius* & *Feſtus* definiunt, trium millium paſſuum ab urbe intercapedine trans *Anienem*, in *via Nomentana*. Nos ad indagandum locum genuinum, *via*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Nomentana, quæ hodiè *Pia* dicitur, per *pontem S*[tæ] *Agnetis* vicinum, ubi *Anio* proximè ad urbem divertit, juxta allegatorum authorum monita ad tria millia paſſuum progreſſi, invenimus collem non contemnendæ altitudinis juxta *caſtellum*, quod *S. Sylveſtri* dicitur, & hunc, & hoc in loco *Montem ſacrum* olim altum, hodiè terreſtrium glebarum augmento, nonnihil deplanatum conſtitiſſe, cum *Cluverio* certi aſſerimus, cum deſcriptioni Authorum perfectè congruat, uti Mappa Geographica docet.

Ficulea. 3. *Ficulea* pervetuſta *Sabinorum* urbs, à ſuprà allegatis ſcriptoribus quàm frequentiſſimè memorata fuit. Hanc *Cluverius* ad *Caſtellum* ponit, quod hodiè *S. Baſilio* dicitur, in *Via Nomentana*, quam & *Ficuleam* vocabant veteres, duodecim circiter millibus paſſuum ab urbe diſſitam: & nos hanc alibi non conſtitiſſe dicimus, quàm dicto loco, quo eam *Cluverius* ponit, cujus ſententiæ ſubſcribimus, uti mappa docet.

Collatia. 4. Ubinam *Collatia*, ex improbo *Sexti Tarquinii* filii facinore *Lucretiæ* illato celebris, ſita fuerit, magnam iterum Authorum inter ſe contendentium controverſiam reperio. Sunt qui eam in *Latio* vicinam urbi in *via Præneſtina* authoritate *Frontini* impulſi, conſtitutam aſſerunt, aliis pleriſque *Sabinis* urbibus eam adnumerantibus. Priori opinioni ſubſcribit *Cluverius*, cui ego aliis rationibus convictus ſubſcribere minimè poſſum. Fuiſſe enim in *Sabinorum* Regione, & *Romæ* quidem proximam inter *Cruſtumeriam* & *Fidenas* poſitam, ex ſequentibus veterum ſcriptorum monumentis patet. Livius primò ait, Tarquinium Sabinis *poſtquam bellum indixiſſet, eosque ex improviſo adortos fudiſſet, inter cæteras* Sabinorum *urbes &* Collatiam *unà cum omnibus rebus agriſque, qui circa* Collatiam *erant,* Sabinis *ademptam.* Ex quibus luculenter patet, *Collatiam Sabinorum* fuiſſe urbem. Accedit & illuſtre hujus rei teſtimonium à Dionyſio propoſitum: Tarquinius *enim*, inquit, *poſt devictam* Collatiam *ad* Corniculum *movit, ipſumque ſubactum & ipſum* Latini *nominis oppidum fecit.* Cum itaque jam ſuprà *Corniculum Sabini* nominis oppidum fuiſſe oſtenderimus, *Tarquinium* dum contra *Sabinos* bellum moveret, poſt devictam *Collatiam Sabinorum* urbem, recto tramite ad *Corniculum* expugnandum moviſſe, quæ in *Latinorum agro* jam *Romanis* ſubdito, nequaquam, ſed in hoſtili *Sabinorum agro* contigiſſe ex ipſis citati Authoris verbis conſtat. Undè eam nos meliùs in *Sabinorum* Regione, inter *Cruſtumeriam* & *Fidenas* collocandam cenſuimus. Accedit, quod *porta Pinciana* non alia de cauſa *Collatina* dicta ſit, niſi quod per illam & *pontem Salarium* via in *Collatinum Agrum* ultra *Anienem* tribus millibus paſſuum diſſitum concederetur. Collatia *non in* Latio, *ſed in* Sabinis *ſita fuit.*

5. *Nomentum* celebre in *Sabinorum* Regione oppidum, *Romà* 12 mill. paſſuum diſſitum; originem ſuam *Dionyſio* teſte, dicitur habuiſſe ab *Albanis*, conditumque eodem tempore, quo *Cruſtumeria* & *Fidenæ* conditæ fuerunt, tribus fratribus eò colonias deducentibus, quorum natu maximus *Fidenas* condidit, de cujus ſitu non eſt multum diſceptandum, cum eodem in loco, ubi poſteris temporibus oppidum *Lomentum*, vulgò *Lamentano* ſitum ſpectamus, & ex veteris *Nomenti* ruinis inſtauratum, non procul ab *Ereto* verſus Ortivam plagam, ubi *Nomentana via* in *Salariam* incidit. Sed hanc quàm luculententiſſimè à Strabone deſcriptam videamus: ἐν ᾗ τῷ πεδίῳ τούτῳ, ὁ Ἀνίων διέξεισι, καὶ τὰ Ἄλβουλα καλούμενα ῥεῖ ὕδατα ψυχρὰ ἐκ πολλῶν πηγῶν, πρὸς ποικίλας νόσους πίνουσι, καὶ ἐγκαθημένοις ὑγιεινά· τὰ αὐτὰ καὶ τὰ Λάβανα οὐκ ἄπωθεν τούτων ἐν τῇ Νωμεντανῇ καὶ τοῖς περὶ Ἠρητῶν τόποις. *Campum*, inquit, *per quem* Anio *perfluit*, Albula *quoque perfluunt aquæ frigidæ è multis fontibus exortæ ad varios morbos potæ,* Nomentum oppidum Sabinorum. Conditores 3 urbium quinam.

Aquæ ſulphureæ in territorio Nomentano.

aut pro balneo uſurpatæ remedium præbentes. Tales quoque ſunt non procul indè Aquæ Labanæ *in* Agro Nomentano *& circa* Eretum. Quæ aquæ etiamnum in *Lamentano Territorio* conſpiciuntur, etſi temporum vitio contaminatæ, vulgò dictæ *Gli Bagni della grotta marozza*, videlicet ab amaritudine ſic dictæ. Quod verò *Albulam* ex variis fontibus collectam dicat, illa forſan tempore *Strabonis*, mutata jam rerum facie, aliò derivata ex *fontibus Nomentanis* originem ducebat; hodiè certè *Albula* non ex variis fontium ſcaturiginibus, ſed ex *Lacu Albuneo* ſuprà deſcripto origine ſumptâ, poſt quindecim mille paſſus circiter *Anieni* miſcetur per novam foſſam à Cardinale *Hippolyto d'Eſte* ad *Territorium Tyburtinum* ab aquarum ſtagnantium tyrannide liberandum, ante centum circiter annos excavatam; de quibus Lector conſulat ea, quæ in præcedentibus de *Lacu Albuneo* retulimus, à quo *Lamentanum* non niſi quatuor millibus paſſuum diſtat.

Albula rivus ex Lacu Albuneo.

Eretum Sabinorum Vrbs.

6. *Eretum*, *Græcis* Ἤρητον, eodem in loco, quo hodiè *Mons Rotundus*, *Monte Rotundo*, ſupra eminentem *Tyberis* collem ſituatum fuiſſe Strabo docet hiſce verbis: Κωμὴν ὑπερκειμένην τοῦ Τιβέρεως, id eſt, *vicum supernè imminentem* Tiberi. *Dionyſio* teſte centum quadraginta ſtadiis *Romà* diſſitum, quæ ad tredecim millia paſſuum facilè pertingunt; hodiè in *Montem Rotundum* paſſim duodecim numerantur milliaria. Omnes penè Scriptores Ἤρητον *Eretum* derivant ἀπὸ τῆς Ἥρας, nempè à *Iunone*, quæ ibidem olim impenſè colebatur. Urbem antiquiſſimam fuiſſe, atque à *Græcis Pelaſgis*, ſive *Siculis*, ſive priſcis *Aboriginibus* multò ante *Æneæ* in *Italiam* adventum, conditam fuiſſe in præcedentibus de *Vrbis Tiburtinæ* origine docuimus. Hodiè celebre & populoſum oppidum juriſdictioni *Barberinæ familiæ* paret; Agrum habet ſat fertilem, ſed ſulphureis glebis gravem; verùm cum hæc notiora ſint, quàm ut exponi debeant, iis immorari nolo.

Eretum Monte Rotundo.

7. *Corniculum* oppidum *Sabinorum* reliquis non minùs celebre, *Eretò* non procul diſſitum fuiſſe, videlicet eo in loco, ubi modò *Eccleſia Marcharitella* vulgò dicta, ad Turrem vulgo *Vergatam* prope rivum *Magliano* hodiè dictum bis mille paſſibus à *Montibus Corniculanis*, quos ego alios non fuiſſe, quam quos hodiè *Montem S. Angeli*, & *Monticellum* vocant, in præcedentibus oſtendi; remotè enim eos inſpicientibus in altum exſurgentes veluti duo cornua exprimunt.

Corniculum.

Montes Corniculani qui?

Memoratur & alterū ad *Corniculanos* hos *Montes*, ad *Farfarum* oppidum, *Rigillum* nomine, *Appii Claudii* natalibus celebre; verùm cum ejus in hunc uſque diem nulla ſuperſint veſtigia, eo relicto ad alia progrediamur.

8. *Cures*, *Græcis* Κῦρεις, *Sabinorum* metropolis, Tatii Regis *Sabinorum*, & *Numæ Popilii* ſecundi Regis *Romanorum* patria; de qua Virg. l. VI, ubi *Anchiſes Æneam* filium apud inferos affatur.

Cures oppidum.

> . . . *Noſco crines incanaque menta*
> Regis Romani: *primus qui legibus*
> *Vrbem*
> *Fundabit*, Curibus *parvis & paupere*
> *terra*
> *Miſſus in Imperium magnum.*

Ovid. faſt. Te Latius, *parvæque* Cures, Ceninaque *ſenſit.*

Ubi mirum alicui videri poſſit, cur poëtæ parvas *Cures* dicant, cum tamen alii maximè illuſtres aſſerant; ita *Plutarchus in* Numa Popilio: Κῦρεις πόλις ἐπιφανὴς ἐν Σαβίνοις (*Cures* Vrbs illuſtris in *Sabinis.*) & alibi: Σαβῖνοι κυρῆται πόλιν οἰκοῦντες εὐδαίμονα καὶ μεγάλην: Curetes Sabini incolunt Urbem felicem; & alio in loco, maximam vocat; poſthæc *Sabini*: ἐν τῇ μεγίστῃ ἀξίωμα ἐχούσῃ τοῦ ἔθνους. *In Vrbe Maxima, & quæ caput gentis erat, Vrbe* Curi *indicto communi ſuffragio concilio decernunt, Duce conſtituto* Tito Tatio Curitum

Cur Cures urbs parva & maxima dicatur?

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Curitum *Rege*. Strabo tamen *Virgilio* & *Ovidio* ferè σύγχρονος, dubium illuſtrat: Κύρεις δ', inquit, νῦν μὲν κωμίον ἐςι. ἦν δὲ πόλις ἐπίσημος. (Curis *nunc quidem viculus exiguus eſt, olim tamen Vrbs fuit illuſtris.*) Ex quo colligitur, cur parvæ *Cures* dicantur à *Virgilio*, & magnæ ab aliis, quia populis *Sabinorum Romam* tranſmigrantibus, ut Regi ſuo *Tatio*, jam à *Romulo* in commune Regni conſortium aſſumpto adhærerent, urbs *Curitum* paulatim à celebritate adeò defecit, ut jam *Virgilii* & *Strabonis* tempore in viculum evaſerit. Undè non ſine ratione, dum in *Numâ* Regiam dignitatem ſuſpicit *Virgilius*, ex tam vili loco, tantum Regem exiiſſe meritò admiratur. Convenerunt enim *Tatius* & *Romulus* in hanc ſententiam inito fœdere, ut ex duobus populis, *Romanis* & *Sabinis*, unus fieret, & *Sabini Romam* migrarent, Roma verò nomen retineret; attamen promiſcuo nomine & *Sabini* & Romani *Curites*, ſive *Quirites* dicerentur; ita *Livius l.* 1. Servius Virgilii commentator: Romulus, inquit, *ideò* Quirinus *dictus eſt*, *quod haſtâ utebatur*, *quæ* Sabinorum *linguâ curis dicitur*: *haſta enim*, *id eſt*, *Curis*, *telum longum eſt*, *undè & ſecuris*, *quaſi ſemicuris*. quæ utiq; à *Feſto* deprompſit idem ſentiente. Et Ovidius pulchrè rem deſcribit faſt. l. II.

Numa Pompilius Curienſis patria.

Romulus cur Quirinus dicatur?

Proxima lux vacua eſt, at tertia dicta Quirino,
Qui tenet Imperium Romulus *ante fuit.*
Sive quod haſta Quiris priſcis eſt dicta Sabinis;
Bellicus à telo venit in aſtra Deus.
Sive ſuo Regi nomen poſuêre Quirites,
Seu quia Romanis *junxerat ille* Cures.

Tatio.

Origo Curium quænam?

De hujus celeberrimæ urbis origine duæ feruntur opiniones: Prior eſt, *Aborigines* in *Teſtrina* prima *Sabinorum* ſede, non procul *Amiterna* urbe conſtituta, facta in *Reatinum Agrum* expeditione, *Cutilias* expugnaſſe, & deindè miſſis è *Reatino Agro* coloniis, inter alia complura oppidula immunita, *Cures* quoque condidiſſe. ita *Dionyſius*. *Pomponius* verò *Sabinus Virgilii commentator* ex *Varrone* aliam hujus Urbis originem tradit, quam & fusè recitat *Dionyſius*; & ut paucis verbis dicam, hæc eſt: Puellam quandam venuſtate decoram ab *Enialo Sabinorum Genio*, quem Romani *Quirinum* dicunt, in ſacrario compreſſam, puerum peperiſſe nomine *Modium*, cognomine *Falidium*; hunc virilē ætatem ingreſſum, & pulchritudine corporis, & in re militari longè clariſſimum, nec non condendæ urbis aviditate percitum, collecta hominum multitudine intra breve tempus *Cures* condidiſſe. *Genium* verò *Enialum Romani Quirinum*, filium verò ex eo natum, conditorem *Curium*, *Medium Fidium* deindè appellarunt. Verùm nos relicta fabuloſa narratione priori ſententiæ ceu veritati propiori ſubſcribimus.

Fabula de conditu Curium.

His itaque præmiſſis, explicandum reſtat, ubinam in *Sabinorum* Regione tam celebris urbs conſtiterit. Cluverius hoc loco hiſce verbis eam deſcribit: *Eſt hodiè Monaſteriolum haud procul ab* Himellæ *amnis ripa* (*L' Aia* jam incolis vocatur) *vulgari appellatione* Il Veſcovio di Sabina, *id eſt*, Epiſcopatus Sabinenſis, *mille paſſus ab oppido* Selici, *bis mille paſſus à* Torri *diſtans*, *ad quem locum ingentia conſpiciuntur ſatis amplæ quondam urbis rudera*, *mœnium*, *turrium Aquæductuum inſignes reliquiæ*; *& has eſſe veterum* Curium *reliquias*. In quo verò loco, celebris illa Sabinenſis Epiſcopi ſedes olim conſtiterit, à qua urbe denominata fuerit, inter Authores controvertitur, cum hodiè ex ſex primi ordinis Epiſcopis, Summo Pontifici in ſacris aſſiſtentibus, ſolus Epiſcopus Sabinenſis ſine ſede, à regione ſolum non ab urbe denominetur. Verùm cum hanc difficultatem quàm ſcitiſſimè deciderit in quadam epiſtola, quam eruditiſſimus *Dominicus Magrius* Theologus,

Situs Curium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

gus, & Viterbienſis Eccleſiæ Canonicus dedit ad Eminentiſſimũ *Franciſcum Mariam* S. R. E. Cardinalem Viterbienſis & Sabinenſis Eccleſiæ Epiſcopum jam denunciatum ab *Alexandro VII* Pontifice, Cardinalem inquam, ſapientiâ & omnigenæ doctrinæ cultu incomparabilem, qui & librum, in quo hujus Sabinenſis Eccleſiæ jura, authoritatibus, ex intimis, quà Canonici, quà Civilis juris receſſibus adductis Teſtimoniis, quàm peritiſſimè deciduntur, edidit, cui titulus: *Franciſci Mariæ Cardinalis Brancatii de optione* VI *Epiſcopatuum S. R. E. Cardinalium Diſceptatio.* Liber. Franc. Mariæ Card. Brancatii de optione vi Epiſcopatuum S.R.E. Cardin.

Verùm, ut hujus difficultatis proceſſus luculentiùs pateat, Epiſtolam hoc loco, veluti loco opportuno, ad meliorem Lectorum intelligentiam, inſerendam cenſui.

Ad Eminentiſſ. & Reverendiſſ. Cardinalem

FRANCISCUM MARIAM BRANCATIUM EPISCOPUM SABINENSEM

Dominici Magri conjecturæ & obſervationes de Sabinenſi Epiſcopatu.

Quod egregiæ probitati tuæ, ac in regendis Eccleſiis dexteritati, debebatur, Clementiſſimi Pontificis providentiâ factum eſt, ut in ampliſſimo Purpuratorum Patrum Senatu Sabinenſem Eccleſiam gubernandam ſuſciperes. In qua optione, & juſtis Sac. Collegii votis, & totius Romanæ Curiæ expectationi ſatisfactum fuiſſe fatentur omnes. Hoc ego honore tuo ita ex animo gaviſus ſum, ut non multos putem me habere in ea re ſuperiores. Et ne vacuus ad te per litteras adeam, mitto quæ de Sabinenſi Epiſcopatu (olim uno ex ſacri Septemviratus Cardine Lateranenſis Baſilicæ) veritatis indagandæ gratia ex veterum Scriptorum ſententia perfunctoria lectione, & feſtinante oculo collegi, ut celerata ſecuritas lætitiæ meæ impatientiam mitigaret. Gaudebo ſi tibi Principi omnigena eruditione & acri judicio exornato has meas rudes, ac celeres eruditiones ſaltem ex parte probatas eſſe cognovero.

In ipſo igitur ſcriptionis limine ſtatim occurrit impeditiſſimus nodus à nemine (quem ego legerim) *nec veterum, nec recentiorum ſcriptorum animadverſus, ne dicam explicatus. Nempè cur Sabinenſis Antiſtes non ab aliqua Civitate, vel Metropoli; ſed à tota Provincia renuntietur? Quod in Conciliis Oecumenicis, aliiſque ſubſcriptionibus nuſquam legimus. Prætermitto nunc opinionem illorum, qui exiſtimarunt*, Sabinam *fuiſſe civitatem, & ejus fautores rideantur pinguibus cachinnis. Simillimum errorem animadvertit* P. Philippus Labbe *ſummæ eruditionis Eccleſiaſticæ Scriptor in* Synopſi Conciliorum, *in quem lapſus eſt* Binnus, *ejuſque Scriptores, qui leviſsima conjectura adducti appellarunt Concilium Sabinenſe illud, quod celebratum fuit* Valli-ſoleti in Hiſpania *ſub* Joanne, *nuncupato* XXII; *eò quod in illo præſederit tamquam Apoſtolicæ Sedis Legatus* Guillelmus *Sabinenſis Epiſcopus. Apud omnes igitur ſcriptores ſanæ mentis tam ſacros, quàm profanos, certum ac indubitatum ſemper fuit, præcipuam, regiamque* Sabinorum *Vrbem appellatam fuiſſe* Cures, *inclytam, ſplendidamque olim* Tatii *Dynaſtæ ſedem, de qua cecinit Virgilius Vatum Princeps. Æneid*, 8. Tatioque *ſeni* Curibuſque *ſeveris. Quæ Civitas poſteà tranſmigratis* Romam Sabinis, *jacuit vilis, ac deſpecta. Convenerant enim* Tatius *&* Romulus, *inito fœdere, in hanc ſententiam, ut ex duobus populis unus efficeretur, &* Sabini Romam *migrarent;* Romani *verò nomen retineret: ſed* Romani *ſimul ac* Sabini *appellarentur* Quirites, *ut teſtatur Livius lib.*1. Ita geminata (*id eſt* Roma) ut

Sabina non eſt civitas, quam inhabitet Epiſcopus Sabinenſis.

Cures metropolis Sabinorum.

ut *Sabinis* tamen aliquid daretur, *Quirites à Curibus* appellati. *Imò quod majus eſt, Sedes Curulis maximi honoris inſigne, ac Regia appellata, deducitur à* Curibus ex Lipſio lib. 12 de Magiſt. *aliiſque viris doctiſſimis. Concedendum tamen eſt*, Cures *aliquandò confuſè dictos eſſe* Sabinos *temporis decurſu, ut ex* Manuſcriptis Nicolai Heinſii *apud* Holſtenium *in* Annotationibus Geographicis. *Congruum itaque & honeſtum fuit, Sedem Epiſcopalem* Sabinorum *collocare* Curibus, *tamquam totius Provinciæ capite, vel ſaltem, deletis* Curibus, *in ejus Territorio, ut infrà oſtendam ex Divi* Gregorii Magni epiſtola. *Nam ubi ante* Chriſti *adventum morabantur* Ethnicorum *Protoflamines vel Flamines, ſtatutum fuit ab Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus, ut ibidem Archiepiſcopi, & Epiſcopi ordinarentur; ita in ſacris Canonibus ſtatuerunt* Lucius, Clemens, & Anacletus *Summi Pontifices* Cap. 1, 2, & 3, Diſt. 80. *Unde in Concilio Romano, celebrato ſub* Honorio *Papa* an. 465, *ſubſcripſit* Tiberius Curium Sabinorum *Epiſcopus.*

Epiſcopi Curibus in locum Protoflaminum ſucceſſerunt.

Situs Curium *ubi in* Sabina?

Suppoſito hoc ſolidiſſimo, ac certiſſimo fundamento, reſtat examinandum; in quanam parte Sabinæ *fuerit* Curium *civitas? Nam ex hac accurata ſitus indagine facilè erit Epiſcopalem ſedem invenire.* Leander *exiſtimat*, Cures *fuiſſe oppidum hodiè* (Turre) *nuncupatum; ſed à tali viro recedere cum verecundia compellor, ut ex meis probationibus infrà clariſſimè patebit. Eandem opinionem ſecutus eſt* Blondus, *qui perperam intelligens* Epiſtolam S. Gregorii, *non diſcriminavit Eccleſiam* S. Anthimi, *cujus meminit Pontifex, ab Eccleſia* S. Euthymii; *nam* S. Antchimi *Presbyteri, ac Martyris meminit* Martyrolog. Romanum die II May; Euthymii *verò Diaconi* die quinta ejuſdem menſis, *cujus Eccleſia ſubterranea erat, ubi nunc viſitur Epiſcopium, hodièque extat Oratorium ſub ejus invocatione, quod antiquiſſima veneratione celebre in die feſto inviſunt populi.* Jubilius Maurus Sabinus *in ſuis* Manuſcriptis *patriæ amore ſeductus, mordicùs contendit probare*, Turrem *fuiſſe* Cures, *ſed ficulneo gladio facillimè jugulantur rationes ab eo adductæ.* Cluverius *etiam ſomnians confundit* Cures, & Forum novum, *ſeu* Foronovum, *(ut alii ſcribunt) facitque ex duabus civitatibus diſſitis unicam tantum. Siquidem* Foronovum *erat in eo loco, in quo hodiè extat antiquum* Sabinenſe Epiſcopium *olim naſcentis Eccleſiæ exordiis dicatum* S. Euthymio, *nunc verò* B. Mariæ Virgini; *imò tempore* Eugenii IV *hoc templum vocabatur* S. Maria Major in Sabinis, *ut ex* inſtrumentis Emphyteoticis anno 1431 patet. *Confirmatur magis hæc mea opinio ex quodam Libro Manuſcripto* Manliani *ſervato, in quo legitur*, S. Maria Forinovi. *Ita etiam ſentit eruditiſſimus* Marianus Victorius *ſummo ingenio, ac eruditione Præſul, ſcribens Senis* Jubilio Mauro *die* 19 *Octobris* 1569, *in hæc verba*: V. S. m' hà fatto gran piacere, anzi grandiſſimo à mandarmi quella iſcrittione del Veſcovio, è tengo certiſſimo, che lì foſſe *Forum novum. Apparent enim hodiè quamplurima veſtigia* Foronovi, *quod fuit* Romanorum *Municipium, uti colligitur ex antiquiſſimæ inſcriptionis fragmento ibidem reperto, quam refert* Holſtenius *vir antiquitatis ſtudio ſuſpiciendus in ſuis* Annotationibus Geographicis, *opere poſthumo, excuſo liberalitate Ampliſſimi Cardinalis* Franciſci Barberini, *de univerſa Litteratorum Republica optimè meriti, dum codices tam Græcos, quàm Latinos è tenebris erutos publicæ Studioſorum utilitati prælo ſubjiciendos curat. Quem ſervet ſummus rerum Cuſtos ad populorum felicitatem, & ſui Nominis honorem. Clarius etiam probatur*, Forum novum *hoc in loco exſtitiſſe, ex alia vetuſtiſſima inſcri-*

Confutatio Sententiarum de ſitu Curium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

inſcriptione, quæ legitur ſub Altari S. Euthymii *in eodem Epiſcopii templo, nimirum:* D. N. M. ANTONII GORDIANI PII FELICIS AUGUSTI FORONOVANII DEVOTI NUMINI MAJESTATIQUE EORUM. *Si* Cluverius *vigilans, apertiſque oculis legiſſet* Plinium, *non incurriſſet in decumanum errorem, confundendo has duas civitates. Nam Plinius numerans* Sabinæ *populos ſcribit lib.* 2, *cap.* 12: Sabinorum Amiterni, Curenſes, Forum Decii, Forum novum &c. *Vndè opinor præter* Numentanam, *duas alias Epiſcopales ſedes numerandas eſſe in* Sabina; *unam apud* Cures, *alteram apud* Forum novum, *ubi hodiè extat* Epiſcopium, *ut apertiſſimè colligitur ex ſubſcriptionibus Synodalibus. Nam in Conciliis Romanis, primò, ſecundò, & quartò celebratis ſub* Symmacho, *ſemper ſubſcripſit* Projectitius *Epiſcopus Foronovanus: & tamen in iiſdem Conciliis ſubſcripſit* Dulcitius *Epiſcopus* S. Anthimi, *quæ Eccleſia erat in* Territorio Curenſi, *ut infrà videbimus manifeſtè; ita etiam in alio Concilio Romano ſub* Felice III *Papa, ſubſcripſerunt* Feliciſſimus *Sabinenſium, &* Aſterius *Foronovanus Epiſcopi. Ergò erant duæ ſedes Epiſcopales omninò diſtinctæ. Quarè (ut ſermone ſapientiſſimi* Valerii Chimentelli *loquar)* Sabina *meruit honorem* Biſellii. *Hunc clariſſimum Virum ſæculo ſuo illuſtrando natum doctrinâ, ac pietate veneror, ejuſque lucubrationes aureis ſententiis refertas avidiſſimè lego. Poſterioribus verò temporibus invenio aliam ſubſcriptionem in Concilio Lateranenſi ſub* Martino V, *ſcilicet* Joannis *Epiſcopi Vici-Sabinatis. Forſitan quia ſæviente hoſtium incurſione, & deletis civitatibus* Sabinorum, Cures *vicus evaſerat, quod probo Strabonis teſtimonio lib.* 5: *Cures* nunc viculus eſt, quondam urbs illuſtris. *Eccè undè irrepſit paulatim abuſus nominandi Epiſcopum Sabinenſem Provinciæ Antiſtitem contra totius Eccleſiæ ritum. Deſtructis enim civitatibus ob immanium bellorum incendia, ut profuſis lacrymis teſtatur* S. Gregorius *Pontifex, præcipuè* Totilæ *tempore, ut ex inſcriptione* Narſetis *ad* pontem Salarium *ſatis manifeſtè patet. Imò aliquando* Sabinæ *Epiſcopus vocatur Lateranenſis, quæ nomenclatura erat certè communis ſeptem Epiſcopis Baſilicæ Lateranenſi adſcriptis, de quibus fusè agunt Auctores Eccleſiaſtici, & ego in mea* Notitia V. Cardinalis.

His conjecturis, & probationibus admiſſis, aſſero audacter, imò evidentiſſimè, quia Patronos habeo Holſtenium *teſtem oculatum, & illorum locorum peritiſſimum indagatorem, &* Marianum Victorium *Epiſcopum Amerinum, virum ſingularis eruditionis, & linguarum exoticarum doctiſſimum,* Cures *fuiſſe apud* fluvium Curenſem *à* Blondo *corruptè,* Curtenſem, *appellatum. Hodiè oppidum, detorto vocabulo,* Correſe, *vulgò appellatum.* Opus Manuſcriptum Mariani Victorii de Origine Italiæ, & Sabinorum *adhuc lucem non aſpexit, in quo contra* Jubilium Maurum *Medicum, qui etiam ſaxis medicas manus admovere contendebat, inſcriptiones immutando vetuſtiſſimas, probat* Cures *fuiſſe* Correſe *oppidum, propè* Monaſterium Farfenſe, *quod hodiè numerat centum quinquaginta capita. Comprobatur etiam hæc veritas ex antiquiſſima donatione ejuſdem* Monaſterii *ante mille annos conſcripta. Quarè deletis* Curibus, *Epiſcopalis Sedes tranſlata fuit ad Eccleſiam* S. Anthimi *Martyris exiſtentem in* Curium territorio, *quo in loco Sanctus Presbyter Martyrium paſſus eſt, ut ex* Martyrologiis, Romano, Bedæ, Uſuardi, *&* Adonis patet, via Salaria *veteri, vigeſimo ſecundo ab Vrbe milliario: cujus acta invenies apud* Surium die undecima Maii, *qui etiam recitat ſermonem* B. Petri Damiani *in laudem ejuſdem Sancti Martyris. Appellata eſt autem* via *hæc* Salaria, *quia, ut ſcribit* Feſtus, *per eam* Sabini *ſal è mari deferebant.*

Curium *ſitus.*

Farſa.

Via Salaria *unde dicta.*

deferebant. Quando verò aliqui ſcriptores aſſerunt S. Anthimum *adeptum eſſe palmam Martyrii in* Agro Piniano, *intelligendi ſunt de agro in* via Salaria, *quem poſſidebat* Falco Pinianus *à* S. Anthimo *ad fidem converſus, in cujus honorem poſteà Oratorium conſtruxerat in loco Martyrii, extantque ibidem veſtigia ejusdem Eccleſiæ, ac celeberrimi Monaſterii, hodieque vulgò* S. Antimo, *nuncupati. Ex eo igitur tranſlationis tempore cœpit Epiſcopus Sabinenſis appellari* S. Anthimi *in* Curium territorio, *& ſic* Dulcitius *Epiſcopus S. Anthimi ſubſcripſit Conciliis Romanis tertiò, & quinto ſub* Symmacho *celebratis, qui tamen idem* Dulcitius *in primo Concilio ſub eodem* Symmacho *ſubſcripſerat abſolutè Epiſcopus Sabinenſis; ergò idem omninò erat Epiſcopus Sabinenſis, &* S. Anthimi *in* Curium territorio. Joannes Diaconus *in* vita S. Gregorii Papæ lib. 3, Cap. 15, *narrat S. Pontificem commendaſſe Eccleſiam* S. Anthimi *proprio Paſtore deſtitutam,* Gaudioſo *Epiſcopo Numentano, utpote viciniori. Sed expedit eandem epiſtolam hùc referre ad verbum, non ſolùm ad corroborandam magis meam indubitatam conjecturam, ſed etiam ad manifeſtandam tanti Paſtoris vigilantiam, ac ſolicitudinem in grege paſcendo.*

Dulcitius *Epiſ.*

Gregorius Gratioſo Epiſcopo Numentano.
Epiſt. XX, Lib. II. Indict. XI.

POſtquam hoſtilis impietas diverſarum civitatum, ita peccatis facientibus, deſolavit Eccleſias, ut reparandi eas ſpes nulla, populo deficiente, remanſerit; majori valdè cura conſtringimur, nè defunctis earum Sacerdotibus, reliquiæ plebis, nullo Paſtoris moderamine gubernante, per devia fidei hoſtis callidi, quod abſit, rapiantur inſidiis. Hujus ergò rei ſolicitudine ſæpè commoti, hoc noſtro ſedit cordi conſilium, ut vicinis eas mandaremus Pontificibus gubernandas. Ideòque Fraternitati tuæ curam gubernationemque *Sancti Anthimi* Eccleſiæ in *Curium Sabinorum territorio* conſtitutæ prævidimus committendam, quam tuæ Eccleſiæ aggregari, unirique neceſſe eſt, quatenus utrarumque Eccleſiarum Sacerdos rectè, *Chriſto* adjuvante, poſſis exiſtere, & quæque tibi de ejus patrimonio, vel de cleri ordinatione, ſeu promotione vigilanti, recta ac Canonica viſa fuerint, cura diſponere: quippè ut Pontifex proprius liberam habebis ex præſenti noſtra permiſſione licentiam. Quapropter Frater chariſſime, Dominicorum reminiſcens mandatorum ſalubriter ita in commiſſæ plebis regimine, lucrandiſque animabus invigila, ut ante tribunal æterni judicis conſtitutus fructum bonæ operationis, qui ad mercedem tuam pertineat, eidem Redemptori noſtro, in quo lætari poſſis, exhibeas.

Hujus Sanctiſſimi, ac Sapientiſſimi Pontificis exemplum ſequutus Alexander VII, *providus, ac ſolertiſſimus Paſtor, ſumma benignitate ejuſdem Sabinenſis Eccleſiæ curam Tibi, tuæque in regendis Eccleſiis notiſſimæ vigilantiæ commendavit. Quippè qui lynceis oculis in Viterbienſi propinquiori ſpecula conſtitutus, non ſolum unico oculorum intuitu univerſam Sabinenſem Diœceſim contemplaris, ſed etiam ob breviſſimum locorum intervallum, ovium tuarum voces commodiſſimè audis, illæque tuam viciſſim cognoſcunt. Nonnè* Manlianum oppidum, *præcipuum ovilis tui oſtium extenſis manibus claudere, & reſerare vales, ne fures oves tuas mactent, & perdant aliundè aſcendendo? ibique reſidet totius gregis Oſtiarius vigilantiſſimus* Salaminæ *Epiſcopus, qui vices tuas ſedulò exercet, gregemque* tuum

Cardinalis Brancatius ab Alex. VII *denunciatus Epiſcopus Sabinenſis.*

tuum ad pinguia paſcua ducit. Quarè in novo grege paſcendo plus oneris dexteritati Tuæ impoſitum eſſe, re ipſa non experimur. Hæc ſcripſi, Non ut ingenium tuum aureum (Auguſtini *verbis ad* Hieronymum *utor*) meis obolis ditare contendam, *dum ſæculum noſtrum doctrinâ, ac moribus prorſus inauras; ſed ut periclitetis meam in obſequendo celeritatem & obſervantiam. Mihi quoque curæ fuit, arctare paginam limite pauciore, ut te graviſſimarum ſeriarumque rerum tractatione ſumma cum laude detentum legendi ratione moderarer: capaciſſimo namque ingenio tuo nulla nec ſacra, nec profana ſe ſubducit eruditio. Longa interim te, & felix ſenectus maneat, Præſul Ampliſſime: nam & vita tua Eccleſiæ Orthodoxæ lucrum reputatur.* Viterbio Idibus Octobris *1666*.

Ex hoc ſolidiſſimè fundato ratiocinio luculenter patet, quid de Epiſcopio Sabinenſis Pontificis tenendum ſit; & uti res hæc jam dudum multorum ingenia hucuſque torſit, ita quoque, quo in loco illud olim conſtiterit, & in hunc uſque diem perſeveret, ex hiſce diſcimus. Ubi nota vicariam Sabinenſis Eccleſiæ ſedem jam conſtitutam eſſe, *Manliani*, vulgo *Magliano*, non procul à *Tiberi*, ubi & hodie reſidet Epiſcopus *Salaminæ*, & ſuffraganeus Epiſcopi Sabinenſis D.nus *Quintilianus Gentilutius*, præſul optimus & vigilantiſſimus.

Sed jam ut ad noſtrum inſtitutum revertamur; fontibus *Himellæ fluminis* adjacet oppidum, vulgò *Aſpra* dictum, quam ego aliam non eſſe dico, quàm veterem *Caſperiam*, *Vibii Sequeſtri* verbis, ad id aſſerendum impulſus, qui in *Catalogo fluminum* ſic dicit: *Himella Sabinorum Flumen* propè *Caſperiam*: cumque *Aſpra* eodem in loco ſita ſit, vel ex ipſo hodierni oppidi corrupto nomine, *Aſpra*, quaſi diceres *Aſperia*, reſtitutâ C literâ, *Caſperiæ* priſcæ urbis ſitum exponit, cujus etiam mentionem facit *Virgilius*, & *Silius Italicus* ſuprà citati. Aſpra *hodierni oppidi nomen* olim Caſperia *fuit*.

Porrò ultra *Caſperiam* verſus *Vtriculum*, occurrit oppidum vulgò *Vacunæ* dictum, quod ego cum *Cluverio*, illo in loco ſitum fuiſſe exiſtimo, quo olim *Vacunæ* fanum, & nemus *Vacunæ* junctum habebat, cujus meminit *Plinius l. 3, c. 2*. Vacuna *oppidum. unde nomen?*

CAPUT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

CAPUT II,

De Agri Reatini *Memorabilibus.*

HInc denique pervenitur in *Agrum Reatinum* ultimum *Sabinorum* terminum, qui uti veterum *Pelaſgorum*, *Aboriginumque* geſtis celeberrimus, nec non mirabilium Naturæ fœcundiſſimus eſt, ita quoque hoc loco eum cum veterum oppidis explicandum duxi.

Ager Reatinus ab urbe pervetuſta *Reate* ſic dictus, ex *Veſtinis* initium ducens ad *Narem fluvium* extenſus, *Montibus Appenninis* diverſæ appellationis clauditur. Hunc priſcis temporibus *Sicani* poſſidebant; quibus deindè à *Pelaſgis*, Duce *Tyrrheno*, è *Græcia* novas Colonias quæſituris (qui ex Spinetico ſinu recens huc appulerant) ſedibus ſuis expulſis, ager *Aboriginibus* poſteà relictus fuit, illis in Vmbriam *Hetruriamque* ad alias aliaſque colonias fundandas procedentibus. Quæ omnia, cum fuſiſſimè in primo hujus operis Libro, & in noſtra *Hetruria* proſecuti ſimus, iis ampliùs non immorabimur.

A Sicanis, *deinde à* Pelaſgis & Aborigibus *inhabitatus.*

Agrum Reatinum paludibus & lacubus abundaſſe, in confeſſo eſt apud omnes *Romanarum rerum Scriptores*: inter cœteros tamen *Velini* & *Cutilii Lacuum* mentio fit quàm frequentiſſima, apud *Livium*, *Plinium*, *Senecam*, alioſque, quos poſteà allegabimus. Verùm ut ex moderna rerum facie, antiqua hujus *Reatini Agri* conſtitutio meliùs innoteſcat; Ego anno 1660, Interamnibus ad dictum *Reatini Agri* diſtrictum explorandum, in quo complura eſſe admiratione digna intellexeram, profectus ſum; ubi primò per vias difficiles incidi in *Catadupam* tota *Italia* celeberrimam, ubi *Velinus* amnis ex celſiſſimis præruptiſſimiſque cautibus immenſo fragore præcipitatus *Nari* ſe miſcet. Locus verè horrore plenus, & qui vertiginem inſpicientibus facilè incutiat; tanto enim fragore vaſta aquarum moles in ſubjectam monti voraginem devolvitur, ut nullus quantumvis voce intenſiſſima clamans, alterum præ ſoni vehementia audiat; ad *Catadupas Nili* te conſiſtere putares, ubi *Strabone* teſte, accolæ vehementiâ ſoni obſurduiſſe dicuntur. Fumus ex aquarum colliſione adeò ſubtilis eſt, ut in perpetua te nebula conſtitutum, & poſtquam indè exiveris etiam benè perplutum reperias; Undè ſole lucente non ſecùs ac inter roſcidas nubes ibidem perpetuam Iridis formam non ſine admiratione, ſpectare liceat; de quo conſule *Mundum* Noſtrum *ſubterraneum*, ubi de hoc Naturæ prodigio fuſius ratiocinati ſumus.

Ager paludoſus eſt.

Iter Authoris in Agrũ Reatinum.

Catadupa *Velini, vulgo* la Caſcata di Terni.

Eſt *Velinus fluvius* è *Veſtinorum montibus* originem ſuam ducens, undè & vallis, quam interluit, à priſcis *Velia* dicta fuit; hic *Lacum Velinum*, vulgò *piè de Luco*, offendens, poſtquam civitatem Ducalem & *Reate* irrigavit, ei miſtus aliquouſque, tandem libertati ſuæ reſtitutus, poſt mille circiter paſſus, per ſupradictam *Catadupam*, quam vulgò *Caſcata de marmora* vocant, poſt lapſum in *Narem*, qui originem ſuam ex *Fiſcello*, præcelſo *Appennini monte* ducit, horrendo ſpumantium aquarum fremitu ſeſe exonerat. Sed jam veterem hujus loci conſtitutionem videamus. Certum eſt, totum hunc tractum olim paludibus offuſum, Dionyſio teſte; *fœdus*, inquit, Aborigines *cum* Pelaſgis *faciunt*, & *partem agrorum ſuorum iis aſſignant circa ſacrum lacum*, *quorum pleraque erant paluſtria*, ἐν οἷς ἦν τὰ πολλὰ ἑλώδη, ἃ νῦν κατὰ τὴν Ἀρχαίων τῆς διαλέκτου τρόπον Οὐέλια ὀνομάζεται, id eſt, *quorum pleraque erant paluſtria*, *quæ nunc priſca lingua* Velia *dicuntur.*

Velini *origo, & vallis per quam fluit*, Velia *dicta.*

Paludum itaque diffuſione Agro

ſqualeſcente, primus omnium pertuſo monte, aquam ubique ſtagnantem, in *Narem* deduxiſſe fèrtur *M. Curius Dentatus* Conſul, anno 463 ab Urbe condita, poſt devictos inquam *Sabinos*, interciſo monte paludes Reatinas in *Narem* præcipitaſſe. ita Cicero ad Atticum l. 4: *His rebus actis* Reatini *me ad ſua* τέμπη *duxerunt, ut agerem cauſam contra Interamnates apud Conſules, & X Legatos; Quod* Lacus Velinus *à* M. Curio *emiſſus interciſo monte in* Narem *defluit, ex quo eſt* Villa *ſiccata, & humida tamen modicè.* Meritò hoc loco quæri poſſet, utrum hic locus non exitum aliquem habuerit, quo ab aquarum violentia liberaretur? Dico, exitum utique habuiſſe, ſed exiguum, quem poſteà interciſo monte *M. Curius* Conſul ampliorem reddiderit. Quomodò enim *Velinus fluvius* montibus interclusus continuo aquarum augmento, non totam mox *Regionem Reatinam* inundatione ſua oppleſſet, ſi ei oſtium non fuiſſet, per quod ſe exoneraret; de qua vide quàm fuſiſſimè diſſerentem *Tacitum l. 1 Annal.* Dicunt plerique Scriptores, *Lacum Velinum*, in ſaxum, quæcunque in eum projecta fuerint, convertendi mirifica vi pollere. ita Plinius l. 31, c. 2; *In exitu*, inquit, paludis Reatinæ, *quam* Sabini *accolunt, ſaxum creſcit.* Seneca quoque l. III nat. quæſt. cap. 20: *Indè eſt*, inquit, *quod res abjectæ in eundem lacum lapideæ ſubindè extrahantur, quod in* Italiæ *quibuſdam locis evenit, ſive virgam ſeu frondem demerſeris, lapidem poſt paucos dies extrahis, circumfunditur enim corpori limus, adlimaturque paulatim.* Quæ omnia quoque in *Lacu Albuneo* ſuprà deſcripto fieri demonſtravimus, ubi quoque hujus prodigioſi effectus cauſas reddidimus. Cum itaque *Palus Reatina* tanta petrificæ facultatis efficacia polleat, indè meritò inferre poſſumus, hunc juxta *Catadupam Velini Angiportum*, montium ſcopulis præpeditum à primævis temporibus continuo limi in ſaxum converſi incremento, nunc clauſum, & ne aquarum *Velini* affluxu, accumulatarum diffuſione ager totalem ruinam ſubiret, nunc denuò apertum fuiſſe; & certè ex differentibus canalibus, qui in hunc uſque diem ibidem ſpectantur, mihi *Velini Catarractam* curioſiùs exploranti, luculenter patuit.

Mons interciſus ad defluvium Paludum.

Velini *facultas petrifica.*

Cicero in admirandis poſuit, *Reatinis* tantum paludibus ungulas jumentorum indurari, quod utique ex tenaci tartari limo, ungulas in ſaxeam penè duritiem indurante accidit; undè *Varrone* teſte, aſinos æſtivo tempore in montes exactos, quod fit in *Agro Reatino*, duriſſimis ungulis fieri: quam cauſam eſſe exiſtimo, cur Authores Reatinos aſinos omnibus reliquarum regionum aſinis præferant, Varrone teſte; *Hoc nomine*, inquit, *etiam aſini Arcadici in* Græcia *nobilitati, in* Italia *Reatini; uſque eò, ut meâ memoriâ aſinus venierit HS. millibus LX; & unæ quadrigæ* Romæ *conſtiterint quadringentis millibus.* Et in teſtimonium hujus rei adducit *Murrium* quendam *Reatinum* de ſe loquentem: *Ego*, inquit, *de aſinis potiſſimûm dicam, quod ſum* Reatinus, *ubi optimi & maximi venierunt.* Fuiſſe prætereà varias *Romanorum* villas circa *Lacum velinum*, ex Authoribus colligitur; inter alias *Tempe* Reatina celebrantur, non inferiora Theſſalicis, de quibus *Cicero* paulò antè citatus, ubi & de *M. Curio Dentato*, quod pertuſo monte paludibus exſiccatis delicioſiſſima *Tempe* nonnihil arida reliquerit, conqueritur.

Vngulæ jumentorum aqua Velini *indureſcunt.*

Tempe Reatina.

Hiſce accedit Roſeus *Campus* in *Agro* Reatino, quem fertiliſſimum fuiſſe & ſumen *Italiæ Varro* teſtatur; ut proindè mirari liceat, cur *Tempe* poſt defluxum aquarum arida, Ro*ſea* tamen rura tantæ fertilitatis remanſiſſe, dicat *Servius*, ut etiam perticæ longitudinem altitudo ſuperârit herbarum; quin etiam, quantum per diem demtum eſſet, tantum per noctem creſceret, quod Virgilius ad ſuam provinciam tranſtulit, dicens:

Reatinus Agro *ſumen* Italiæ.

Et quantum longis carpent armenta diebus,

Exiguâ tantum gelidus ros nocte reponet.

Quandò verò *Servius* dicit, tantæ hunc *Roſolanum*, ſic enim eum vocat, agrum fertilitatis fuiſſe, ut perticæ altitudinem herbarum ſuperaret fertilitas, id nequaquam credendum eſſe exiſtimo de pertica erecta, niſi forſan pro herbis intellexerit fruticũ ſtirpiumque ubique quaſi ſylveſcentium altitudinem; verùm uti hoc contra mentẽ Authoris eſt, ita illud longè humanam fidem ſuperat. Legi tandem apud Varronem aliam explicationem prorſus contrariam ei, quam

Fertilitas Agri.

Servius adducit: Cæſar Vopiſcus, inquit, *cum cauſam ageret apud Cenſores,* Campos Roſeæ *dixit ſumen* Italiæ *eſſe, in quo relictæ perticæ poſtridie non apparerent propter herbam*; cui *Plinius* ſubſcribit, iiſdem pænè verbis, ex *Varrone* depromptis, *Campos* videlicet R*oſeæ, Italiæ* ſumen eſſe, in quibus perticas poſtridiè gramen operiret; ubi non de perticis in altum erectis, ſed humi projectis apertè loquitur, quamvis ibidem, cum de *cannabe Roſea* ſeu *Reatina* loquitur; ad proceritatem cannabis quod attinet, *cannabis*, inquit, *roſea in Agro* Reatino, *arborum altitudinem æquat*: quod pariter ὑπερβολικῶς dictum nemo non videt, niſi forſan de fruticibus & ſtirpibus id dictum voluerit, quarum pleræque etiam inter arbores à Botanicis numerari ſolent. Ego ſanè hunc diſtrictum Reatinum hodiè tantæ feracitatis non comperi, quam veteres illi attribuerunt.

Villa Axii Appii.

Meminere quoque Scriptores *Villæ* cujuſdam *Axij Appij*, ad *Velinum Lacum* ſitæ, de qua *Cicero in Epiſt. ad Atticum l.* 4, & *Terentius Varro l.* 4, *De Lingua Latina*, quos conſule. Ad *Lacum* pariter à Priſcis *Velinia* Dea colebatur, à *Velino*, ut *Varro* dicit, *Velinia* dicta, in *fano* & *luco lacui* contiguo; quæ *Cluverius* conſiderans, forſan, ait, ab hujuſmodi *Veliniæ* Deæ *luco*, oppidulum, quod hodiè adhuc in intimo *lacus* ſinu conſpicitur, & vulgò *Piè de Luco*, dicitur, à quo & locus nomen ſuum ſortitus eſt, *il Lago piè de Luco.*

Piè de Luco, Lacus, *oppidum, &* *lucus* Veliniæ *Deæ.*

Rurſus memorantur ab antiquis ſcriptoribus complura oppida olim in hoc diſtrictu haud exiguæ celebritatis; cujuſmodi ſunt *Pallantium Aboriginum* ſedes, à *Pallantio Arcadiæ* urbe ſic dicta, à quo poſteà ab *Evandro*, ubi poſteà Roma condita fuit, *Pallantium Vrbs*, & *mons Palatinus* nuncupatus fuit; de quibus alibi. *Tiora*, *Liſta*, & ſimilia, quorum ſitum, ex mente veterum ſcriptorum, in mappa topographica exhibuimus.

Pallantiũ oppid.

Tiora opp. Liſta opp.

De *Reate* totius *Sabinæ* Regionis Metropoli nil dico, cum jam alibi de ea egerimus & hiſtoriæ jam ſat notæ ſint. Unum adhuc indagandum reſtat; & eſt *Lacus Cutiliarum*, adeò apud Authores, ex prima *Græcorum* in *Italiam* tranſmigratione, celebris. Nam *Macrobius* & *Dionyſius* ajunt, *Pelaſgos* cum in *Græcia* ſedibus ſuis pulſi diverſas terras petiſſent, confluxiſſe pleroſque ad *Dodonæum Oraculum*, incertos, quibus hærerent locis, & hujuſmodi accepiſſe reſponſum.

Reate.

Lacus Cutilienſis.

Pergite quærentes Siculûm Saturnia *rura,*
Atque Aboriginidem Cotylen, *ubi ſe inſula vectat,*
Queis miſti, decimas Clario tranſmittite Phœbo,
Et Diti *capita, & tranſmittite lumina Patri:*

Accepta ſorte, cum *Latium* poſt varios errores appuliſſent, in *Cutilienſi Lacu* enatam Inſulam deprehenderunt; hoc miraculo deprehenſo, has ſibi ſedes prædictas eſſe didicerunt, vaſtatiſque *Siculis* incolis occupavêre Regionem, decimâ prædæ parte ſecundum reſponſum *Apollini* conſecratâ, erectiſque *Diti* ſacello, & *Saturno* arâ, cujus feſta Saturnalia nominarunt. Hodiè ſanè nullus in *Reatino diſtrictu* lacus eſt, qui inſulam natantem vectat, ſed forſan, quemadmodum ſuprà de *Lacu Vadimonis* diximus, illa continenti accreta, ab immemorabili tempore jam natare deſierit. Quo verò loco *Cutilias*, ſive *Cotylen* urbem unà cum cognomine lacu quondam conſtitiſſe

ſtitiſſe putemus, topographia docebit.

Amiternum.

Et nè ultimam *Sabinorum* urbem celeberrimam, *Amiternum* omittamus, hîc paucis eam deſcribam, cujus ſitus, haud fuit procul fonte *Aterni fluminis*, quod hodiè *Peſcaram* vocant; viſuntur in hunc uſque diem ruinæ ejus non procul ſiniſtrâ amnis ripâ inter fontes ejus, & *Aquilam* Vrbem, prope oppidulum, cui *S. Victorino* nomen eſt, V. mill. paſſuum, ab *Aquila* in plano montis dorſo. Sunt & *Cluverio* teſte reliquiæ magnorum ædificiorum, templorum, turrium atque theatri, ita ut non ſolum apud priſcos *Amiternum* fuerit rerum geſtarum gloria, ſed & poſteris temporibus, Chriſtianæ jam fidei lumine inſtructum, ob plurimorum *Chriſti* Martyrum, qui iſthoc in loco ſanguinem ſuum pro *Chriſti* nomine fuderunt, celeberrimum. *Vſuardus in Martyrologio Nonis Sept. Romæ B. Victorini* Martyris, qui ſanctitate & miraculis clarus, ſacerdotium *Amiternæ* urbis, totius populi electione adipiſcitur. Habentur in Eccleſia Collegii Romani Soc^tis^ JESU, corpora SS. Martyrum, qui *Amiterni* ſub *Iuliano* paſſi, glorioſi Martyrii coronam adepti ſunt; ſed de hiſce vide fuſius actum in *Capite de origine Anienis.*

S. Victorinus *Martyr Amiterni paſſus.*

Furconium opp.

Infra *Amiternum* ad octo millia paſſuum ad dextram *Aterni* ripam, ex adverſo *Aquilæ*, quæ tribus indè milliaribus abeſt *Furconii* priſci oppidi ruinæ ſpectantur, cui loco in hunc uſque diem *Furconio* nomen manet; ab hiſce non procul abfuit aliud oppidum *Interocrea* dictum. *Amiterno*, inquit *Dionyſius* & *Reati* propinquus eſt vicus *Interocrea*, & frigidæ aquæ ad *Cutilias*; qui quidem vicus hodiè adhuc nomen *Inderdoco* retinet. Sed ut ad *Cutilias* revertamur, quas *Dionyſius* ampliſſimis verbis deſcribit, illa quoque hîc interſerenda cenſui. Itaque hæc de *Cutilia* recenſet.

Interocrea opp.

Cutiliarum *deſcriptio.*

Septuaginta ſtadia à Reate *clara eſt urbs* Cutilia *ad montem ſita, nec longè ab ea* Lacus *quatuor jugerum longitudine, nativis & perennibus fluentis plenus, immenſæ, ut perhibent, profunditatis. Hunc, quia aliquid Divini in ſe habet, Victoriæ ſacrum indigenæ autumant, & circumquàque coronis cincto neminem appropinquare ſinunt, inacceſſoſque ſervant eos latices, niſi cum ſtata ſacra poſt biennium recurrentia ſuo ritu faciunt iis, quibus fas eſt, parvam ejus inſulam ingreſſis. Ea diametrum habet 50 pedum, nec plus quàm pedem aqua exſtat, inſtabilis, & huc, illuc plerumque fluctuat, aliàs alio ventis eam impellentibus; gramen in eo quoddam provenit, butomo, ſive carici, id eſt viminibus haud abſimile, ſimulque dumi quidam haud magni, res ſanè ſupra captum eorum, qui naturæ contemplationum imperiti ſunt, nulloque miraculo inferior.*

Cutiliarum *Aquæ medicæ.*

Aquæ *Cutiliarum* ſalutiferæ putantur fuiſſe, eò quod Imperatores huc ſeſe ad infirmitatibus ſuis medendum contulerint, quamvis eæ cauſa mortis fuerint *Veſpaſiano*. Nam, ut *Dion* ait; *Veſpaſianus* morbo correptus, non quidem podagrâ, quâ laborare ſolebat, ſed febribus extinctus eſt in *Sabinorum* aquis, quas *Cutilias* vocant: de quo ſic ſcribit Suetonius in vita Veſpaſiani: *Conſulatu ſuo nono tentatus in* Campania *levibus motiunculis, ac protinùs urbe repetita,* Cutilias *ac* Reatina *rura, ubi quotannis æſtivare ſolebat, petiit. Hic cum ſuper urgentem valetudinem creberrimo frigidæ aquæ uſu, inteſtina vitiaſſet, nec eo minus Imperatoriis ex conſuetudine muneribus fungeretur, ut etiam Legationes audiret cubans, alvo repentè ad defectionem ſoluta, Imperatorem, ait, ſtantem mori oportere, dumque conſurgit, & annititur, inter manus ſublevantium extinctus eſt.*

Mors Veſpaſiani *Cæſaris.*

Oppida dubii ſitus.

Inter cœtera oppida *Sabinorum* adnumerata quoque fuerunt *Falacrium* & *Forum Decii*, cujus ſitum Authores determinant inter oppida *la Matrice*, & *Cività Ducale*, vulgò dicta; alia verò *Foruli*, *Teſtrina*, *Fiſterna*, *Pitinum*, uti jam *Sabinorum* terminos excedunt, ita quoque jure quodam omittenda fuêre.

Nurſiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Nurſia Patria Titi Veſpaſiani.

Nurſiam tamen hoc loco, priſcam teſte *Ptolomæo Sabinorum* ſedem, non prætereundam duximus. Fuit hæc nullo non tempore clariſſimis hominibus celebrata; ſiquidem patriam fuiſſe *Titi Veſpaſiani*, ex ſequentibus patebit. Suetonius in Veſpaſiano: Titus, inquit, Flavius Petronius *apud* Helvetios *diem obiit, ſuperſtitibus uxore* Veſpaſia Polla, *& duobus ex ea liberis, quorum major* Sabinus *ad præfecturam urbis, minor* Veſpaſianus *ad principatum uſque proceſſit. Polla Nurſiæ* honeſto genere nata, patrem habuit *Veſpaſium Pollionem;* ubi & Suetonius ait, non longè *Nurſiâ*, *Veſpaſiorum Nurſinæ* gentis prædium cum villa extitiſſe, quæ *Veſpaſia* dicebatur; *Locus*, inquit, *etiam nunc ad ſextum milliarium à* Nurſia, Spoletum *euntibus in monte ſummo appellatur* Veſpaſiæ, *ubi* Veſpaſiorum *complura monumenta extant, magnum indicium ſplendoris familiæ & vetuſtatis.* Hæc urbs ortu *S. Benedicti* nobilitata, æternam ſibi nominis gloriam peperit, de quo videat Lector *Hiſtoriam* noſtram *Euſtachio-Marianam.*

Villa Veſpaſia.

CAPUT III,

De Montibus, Fontibus, & Fluviis Sabinorum.

Fiſcellus mons.

F*Iſcellus mons* pars *Appennini*, *Narem fluvium* ſat notum parit. *Plinius*: Sabini Velinos *accolunt lacus*, roſcidis *collibus* Nar amnis *exhaurit illos*, è monte Fiſcello *labens*. Varro rer. ruſt. l. 2. *Ovium ſemen circa* Fiſcellum *&* Tetricam montes *tardius eſſe*, *de quarum velocitate in* Originum Libro Cato *hæc ſcribit: In* Soracti *&* Fiſcello *Capræ feræ ſunt, quæ ſaliunt è ſaxo pedes plus ſexagenos.*

Tetricus mons.

Tetricus mons eſt unus ex cornibus *Appennini*; Vibio *in Catalogo montium*, *Mons Sabinorum* eſt, de quo Virg.

> *Qui* Tetricæ *horrendas rupes, montemque ſeverum,*
> Caſperiamque *colunt.*

De quo Servius: Tetricus, inquit, *in* Piceno *aſperrimus*, *unde triſtes homines tetricos vocamus*, *montemque ſeverum*, *proprium nomen montis eſt, ſicut agri Roſeus;* hodiè vulgò nuncupatur *Monte negro*, quemadmodum Tetricus hodiè *Monte di S. Giovanni*; ortu *Farfari* nobilis. Non ignoro alios *Tetricum montem* in *Nurſino Agro* ponere, hodiè *la Grotta della Sibylla* vocitatum: ajunt enim, ibidem in vaſtiſſimo antro, rivis interluentibus conſpicuo, *Sibyllam* habitaſſe, & accolis reſponſa dediſſe; verùm hæc nullo fundamento nituntur, utpote, quæ *Albuneam* cum *Nurſina Sibylla* confundant; in cujus radicibus & lacus occurrit, ſubtriſti aquarum vultu, & continuis aquarum fluctibus agitatus, in quo & Manes animaſque hominum nonnunquam apparere fabulantur. ſed relinquamus has fabulas.

Crypta Sibyllæ.

Gurgures mons.

Fuerunt & alii montes, quos *Romani* veteres nominant *Gurgures*, quos nos in *Reatino agro Appennini* partibus jungimus. *Canterius Mons*, *Varrone* teſte in *Sabinis*, quem ego alium non fuiſſe cenſeo, quam illum, qui hodiè *Monte Lioneſſa* dicitur, qui uti aſperrimus & multis locis inacceſſus eſt, ita quoque urſis lupiſque tutam & commodam habitationem præſtat. *Montem* verò, quem *Frontinus Mutelam*, 20 millibus paſſuum *Roma* diſſitum dicit, ego alium non dico eſſe, quàm *Montem Ianuarium*, vulgò *Monte Gennaro*, de quo jam ſæpius mentionem fecimus in præcedentibus.

Canterius mons.

Mutela mons.

Flumina Sabinorũ.

In *Sabinorum* Regione, quam *Anienem* terminare ſuprà diximus, quinque ſunt celebrioris notæ flumina cum fontibus ex quibus originem ſuam ducunt; & ſunt *Velinus*, de quo jam dictum eſt; *Telonius*, vulgò *Torano*, qui apud *Reate* Telonius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

in *Velinum fluvium* ſe exonerat, de quo Ficolphus tom. 1. c. 12. Rutilius *Conſul* Marium *propinquum ſuum legatum ſibi legit, quem aſſiduò commonentem, moram bello utilem fore, & pauliſper in Caſtris exerceri militem oportere tyronem; dolo id eum agere ratus contempſit, ſeſeque in inſidias* Marſorum *& univerſum agmen exercitus ſui incautus iniecit, ubi & ipſe Conſul occiſus, & multi nobiles interfecti, & octo millia* Romanorum *cæſa ſunt; arma & corpora interfectorum in conſpectum* Marii *Legati* Telonius fluvius *protulit, atque in teſtimonium cladis evexit;* de quo flumine ejuſque curſu vide topographiam *Sabinorum.*

Clades Romanorum ad Telonium flumen.

Himella Fl.

Himella fluvius eſt, de quo ſuprà mentionem fecimus, hodiè dictus *L'Aia*, cujus fontes prope *Caſperiam oppidum*, quod hodiè *Aſpra* dicitur, eſſe ſuprà indicavimus.

Farfarus Fl.

Farfarus, quem & *Fabarim* vocat, *fluvius Sabinorum* eſt; Virgilius; *qui* Tiberim Fabarimque *bibunt.* Ubi Servius, Fabaris *etiam ipſe*, inquit, *per* Sabinos *tranſit, &* Farfarus *dicitur*, juxta illud Ovidii:

Ovid. Met.

Et amœnæ Farfarus *undæ.*
Narve *tulit præceps, & opacæ* Farfarus *undæ.*

Hodiè *Farfarus Farfa* dicitur, à quo & Monaſterium Ord. *S. Benedicti, Farfa*, nomen habet nundinis, & archivio reconditiorum antiquitatum celeberrimum; qui ex *Montibus Aprutiorum*, ortus longis ambagibus *Farfam* inter & *Eretum Tiberi* ſe miſcet.

AlliaFl. Romanorum *clade* à Gallis *accepta celebris.*

Allia Sabinorum flumen, quod Livius hiſce verbis deſcribit l. 5: *Ad undecimum lapidem occurſum* Gallis *eſt, qua flumen* Allia, *Cruſtumenis montibus præalto defluens alveo, haud multò infra* Viam Salariam, Tiberino *amni miſcetur.* eſtque illud flumen, quod prope *Eretum* in *Tiberim* influit, non tam famâ *Gallorum Senonum*, quàm *Romanorum* veterum infamiâ cum primis celebre. Ad ripas enim hujus *Galli Senones* ingentem *Romanorum* exercitum ad internecionem deleverunt. Cicero ad Atticum epiſt. 9: *Majores*, inquit, *noſtri funeſtiorem diem eſſe voluerunt, Allienſis pugnæ, quàm urbis captæ.* Plutarchus de viris illuſtribus in M. Furio Camillo; *Mox quam* Galli Senones *relictis ob parvitatem agris ſuis*, Cluſium Hetruriæ *oppidum obſederunt; miſſi ſunt* Româ *tres Legati, qui* Gallos *monerent, ut ab oppugnatione deſiſterent; ex his unus contra jus gentium in aciem proceſſit, & Ducem* Senonum *interfecit, quo commoti* Galli *petitis in deditionem Legatis, nec impetratis* Romam *petierunt, & exercitum Romanum apud* Alliam fluvium *cecidère, die 16 Calend. Aug. qui dies inter nefaſtos relatus* Allienſis *dictus; Vndè & apud Poëtas ſemper infauſti & inauſpicati nominis* Allia *fuit.* Virg.

Quoſque ſecans infauſtum interluit Allia *nomen.*

Silius: *Major & horrificis ſeſe extulit* Allia *ripis.*

Lucanus: . . *Cedant feralia nomina* Cannæ,
Et damnata diû Romanis Allia *faſtis.*

Blanduſia fons.

Reſtat modò *Blanduſius fons* explicandus tantoperè ab *Horatio* laudatus; qui ubinam in *Sabinorum* Regione conſiſtat, hoc loco opportunè oſtendam. Habuit Horatius duas Villas, unam, quam ſuprà deſcripſi, *Tiburtinam*, alteram *Sabinam;* de quo Suetonius in ejus Vita: *Vixit*, inquit, Horatius, *ut plurimum in receſſu ruris ſui* Sabini, *aut* Tiburtini, *domuſque ejus oſtenditur circa* Tiburi *laculum;* Sabinâ *valdè delectatum, quam operoſioribus etiam divitiis præfert. Cur valle*, inquit, *permutem* Sabina *divitias* operoſiores ? & alibi:

Nil ſupra
Deos laceſſo; nec potentem amicum
Largiora flagito,
Satis beatus unicis Sabinis.

Satiſque ſe divitem beatumque prædicat, ob fundum unicum à *Mœcenate* in *Sabinis* acceptum. Hunc autem fundum fuſè deſcribit in *epiſt.* 16, *l.* 1, *ad Quinctium;* quam conſulas: Erat vicinus

prædio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

prædio Horatiano *fons Blanduſius* amœnitate confertus, quem l. 3, Oda 13, hiſce verſibus deſcribit:

O fons Blanduſiæ *ſplendidior vitro,*
Dulci digne mero, non ſine floribus,
Cras donaberis hœdo,
Cui frons turgida cornibus
Primis, & Venerem & prælia deſtinat.
Fruſtra. Nam gelidos inficiet tibi
Rubro ſanguine rivos
Laſcivi ſoboles gregis.
Te flagrantis atrox hora Caniculæ
Neſcit tangere; tu frigus amabile
Feſſis vomere tauris
Præbes & pecori vago.
Fias nobilium tu quoque fontium,
Me dicente cavis impoſitum ilicem
Saxis, unde loquaces
Lymphæ deſiliunt tuæ.

Poëta hujus amœnitate loci percitus, ſacrificium promittit in *agro Sabino*, ubi villã poſſidebat ad *montem Lucretilem* & *Vſticam*. Scholiaſtes in hunc locũ ait: Lucretilis mons *eſt in* Sabinis, *&* Vſtica *nomen montis & vallis*. Meminit & *fluvii Digentiæ*, unà cum vico juncto *Mandela* nomine.

l. 1. ep. 18. ad Lollium.

Amænitas Villæ Horatianæ in Sabinis.

Quid minuat curas, quid te tibi reddat amicum,
Quid pure tranquillet, honos an dulce lucellum,
An ſecretum iter, & fallentis ſemita vitæ,
Me quoties reficit gelidus Digentia *rivus,*
Quem Mandela *bibit, rugoſus frigore pagus,*
Quid ſentire putas? quid credis, amice precari?

Digentia rivus eſt ex *Blanduſia* ſuam originem ſumens, & *Mandela* pagus eſt rivo adjacens; ubi verò hic rivus ſpectetur, videamus. *Cluverius* cum *Blondo* putat eum rivum eſſe *Digentiam*, qui inter *Farfarum* & *Galantinum*, qui hodiè *Rio del Sole* dicitur, & ab ortu ad occaſum in *Tiberim* fluit; pagumque fuiſſe eo in loco, qui hodiè *poggio Muretto* dicitur. Sed ut jam totum Horatianæ Villæ ſitum exactiùs exhibeamus,

Lucretilis mons *quis?* Digentia rivus *quis?* Mandela pagus *quis?*

Dico Villam fuiſſe in Monte *Lucretili*, quem *Anaſtaſius in vita S. Sylveſtri* vocat *montem Lucretium*, è regione *montis Soractis*: *Lucretilis* verò mons putatur idem eſſe, in quo hodiè vicus, vulgò *Monte Libretti*, ſitus eſt, ſub jurisdictione celeberrimæ familiæ Romanæ *de Sancta Cruce*. Eſt hæc villa in levi depreſſoque ſaxo poſita, quæ *Vſtica* dicebatur, ad *fontem Blanduſium*, ex quo per *Digentiam rivus* per vallem fluebat, qui *Mandelam pagum* irrigabat, uti ex mappa patebit; & hoc loco teſte *Horatio*, alicubi fuiſſe, arbitror ad *Digentiam fluviolum*, *fanum Vacunæ*, de quo ſuprà.

Vſtica *nomen Villæ.*

Fanum Vacunæ.

Saluberrimas *Blanduſii fontis* aquas fuiſſe, ipſe teſtatur epiſt. ad Quinctium, ubi poſtquam ſitus amœnitatem & fertilitatem, ad rerum neceſſariarum uſum deſcripſit, medicas quoque ejus facultates his verbis decantat:

Fons etiam rivo dare nomen idoneus, ut nec
Frigidior Thracen, *nec purior ambiat* Hebrus,
Infirmo capiti fluit utilis, utilis alvo.
Hæ latebræ dulces, etiam, ſi credis, amœnæ,
Incolumem tibi me præſtant Septembribus horis.

Atque hæc de *Sabinorum* Regione ſufficiant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

PARS IV,

De VOLSCORUM Regno, veterumque in eo urbium ſitu.

CAPUT I,

De Volſcorum *ſitu, & finibus.*

LAtio *Volſcorum* Regionem adnectendam cenſuimus, eo quod *Tarquinius Superbus* primus eam Regionem expugnatam *Latini* juris fecerit, *Latio* adnumeratam, cujus termini ſunt. Ab occaſu habet Rutulos (quorum metropolis *Ardea*) *Aſturam*, *Antium* ac *Circejos*; Ab ortu *Samnites*; à Septentrione *Montem Algidum*, & *Æquorum* urbem cognominem; A Meridie *Auſones*, quorum maritima oppida *Formiæ*, hodiè, *Mola*, *Cajeta* & *Fundi*, quæ nomina etiamnum retinent. Martianus Capella l. VI: Latium *antiquum à* Tiberi Circejos *uſque obſervatum eſt fuiſſe millium paſſuum quinquaginta longitudine, tam tenues primordio Imperii fuere radices; coloniis ſæpè mutatis, tenuère alii aliis temporibus* Aborigines, Pelaſgi, Arcades, Siculi, Aurunci, Rutuli, *& ultra* Circejos Volſci, Oſci, Auſones, *undè nomen modò* Latii *ad* Lirim amnem. Oppida hujus celebriora pulchrè recitat Plinius l. 3, c. 5. Antium *Colonia*, Aſtura flumen & Inſula, fluvius Nymphæus, cloſtra Romana, Circeji: *à* Circejis Palus Pomptina *eſt*; *deindè* flumen Ufens, *ſupra quod* Tarracina *oppidum*, Volſcorum *linguâ* Anxur *dictum*.

Diviſio regni Volſcorum.

Et de *Antio* quidem, de *Aſtura*, *Cloſtris*, *Circejis* in primo hujus operis libro, fusè egimus; de cœteris verò urbibus *Volſcorum Oſcorumque*, quam tamen unam & eandem gentem eſſe dicimus, tunc agemus, ubi prius de *Volſcorum* origine linguæ nonnihil præmiſerimus.

Origo Volſcorum.

Undè originem *Volſcorum* gens duxerit, apud Authores controverſum eſt, eò quod nihil cum reliquis *Latinorum* urbibus quid commune habeant. Ego ſanè diligenti comparatione Authorum inter ſe contendentium factâ, Dico, hoſce populos haud dubiè vel à *Peucetio Oenotri* filio, poſt *Auſones* expulſos hoc loco ſedem ſuam fixiſſe, vel *Sicanos* à *Pelaſgis* & *Aboriginibus* in *Reatino Sabinorum* Agro *Latioque* profligatos hîc reſtitiſſe, *Volſco* Duce, à quo Regio nomen adepta fuit, & *Dionyſius* jam ſæpè ſæpius citatus apertè docet. Quod verò idiomate à *Latinis Volſci* differant, id equidem mirum nemini videri debet, niſi ei, qui differentes linguarum ſpecies ex varioru͂ populorum gentiumque tranſmigratione exortas ignorat; certum eſt, uti ex reliquiis nonnullis poſteritati relictis patet, differentem à *Latinis* dialectum, neque *Græcæ*, neque *Latinæ* omninò congruam, proximam tamen *Sabinæ Volſcos* habuiſſe. Nam ut Pompejus Feſtus ait: Sublicium pontem *quidam putant appellatum fuiſſe à* Sublicibus *peculiari vocabulo* Volſcorum; Idem, *in omnibus ferè antiquis commentariis ſcribitur* Obſcum *pro* Oſco, *ut in* Titinnii fabula V. *Qui* Obſcè & Volſcè *fabulantur*; *nam* Latinè *neſciunt*. Cuncti ferè veteres Authores; qui de Linguæ Latinæ origine ſcribunt, eam Græcanicæ originis eſſe tradunt, & *Feſto ſubſcribunt*: ſiquidem *Aborigenes*, ſive *Pelaſgos* primos *Italiæ* colonos, *Græcos* fuiſſe, nemo controvertit, & conſequenter eos linguam ſuam unà cum tranſmigratione in *Italiam* contuliſſe, indubium eſt; quæ barbaræ deindè

Lingua Volſca à Latina diſcrepat.

Indige-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Indigenarum linguæ commiſta, ingentem corruptionis labem contraxit. *Latinos* quoque veteres ſumma vocum penuriâ laborantes, à Vicinis *Græcis* infinita ſumpſiſſe, adeò certum eſt, ut etiam nonnulli ſcripſerint, Latinam linguam cum Græca eandem fuiſſe, declinatione parùm mutatâ; verùm de hiſce conſulendæ præter *Dionyſ. Halicar. triſtes Verrii Flacci*, vel *Pompeji Feſti* apud *Paulum Diaconum*, quæ ex immani ſuperant naufragio, tabulæ. videndus quoque *Plinius de Inventione Literarum*, & *Scaliger in Varronem*, qui tibi integrum *Latinorum* nominum & verborum, quæ Græcam linguam ſapiunt, Catalogum ſuppeditabit. Nemini itaque dubium eſſe debet, Latinam Linguam pleraque ſua ex Græca ſuſcepiſſe. Addo tamen ex utriusque Linguæ miſcella tantò majorem corruptelam ſecutam fuiſſe, quantò Linguæ erant differentiores, adeò ut vix in veteris Latinæ linguæ dialectis veſtigium ampliùs appareat *Græci* idiomatis. Et tales fuerunt olim Lingua Sabina, Volſca, Oſca, de quibus ſcribimus, quarum nonnulla vocabula ad Græcas origines traduci poſſunt: quædam ſunt proprii idiomatis, & à *Latinis* poſteà aſſumpta. Sabinam primò in Volſcam & Oſcam radices ſuas egiſſe, tradit *M. Terentius Varro l. IV*, de Legibus; indè *Caſnor Oſcis* & *Volſcis* ſenex à *Caſco*, qui *Sabinis* eſt vetus; familiarem quoque Bruttiis fuiſſe linguam Volſcam & Oſcam, *Feſtus* docet, undè & bilingues vocat, quod *Græce* & Oſce loqui ſolitos Bruttios *Ennius* dicat. *Volſcos* itaque *Oſcoſque* contermінos populos dialectum ſuam in *Siciliam* uſque extendiſſe, ex *Feſto* patet; Dialectum tamen *Volſcorum Oſcorumque* nil commune habuiſſe cum Lingua Latina, *Titinnius* poëta vetuſtiſſimus, ſupracitato verſu docet:

Volſca lingua ex Græca & Latina corrupta.

Volſcæ & Sabinæ voces uſurpatæ à Latinis.

> *Qui* Oſcè *&* Volſcè *fabulantur; nam*
> Latinè *neſciunt.*

Hinc *Volſci Oſcique* Martem dicunt, *Mamers*, teſte *Feſto l. IX.* & *Meddix* Magiſtratum, ita Ennius:

> *Summus ibi capitur* Meddix, *occiditur*
> *alter*

Famel Oſcis, apud eundem, ſervus; Undè poſteà *Latinis* famulus, uti *Varro* tradit *l. de Leg.* Hoc pacto ex *Feſti notatione l. ult. Oſcorum* Linguâ *Ungulum* ſignificat Anulum; *Veja* plauſtrum, *Maras* Dominam, *Mulla* pœnam, *Pipatio* clamorem plorantis; *Sollum*, totum & ſolidum, *Mæſius* menſem Martium; *Dalivum* inſanum; *Pitpit*, quicquid; τέσαρες, πέτρες, Oſcè *petora*, Undè *petorium* Currus quatuor rotarum; Undè teſte *Strabone*, poſterorum *Oſcorum* dialectus manet apud *Romanos*, qui ſubindè eorum vocabulis in Scenis & Carminibus, fabuliſque utuntur.

Volſca & Oſca vocabula.

Mamers. Meddix. Famel.

Vngulum. Veia. Maras. Mulla, *unde* mulcta. Pipatio. Sollum. Mæſius. Dalivum. Pitpit. Petores.

Miſit non ita pridem inſcriptionem perantiquam ex *Sicilia* Pater *Alias* Societatis noſtræ Sacerdos, cujus verba & nomina cum nemo ex iis, qui antiquarum inſcriptionum inveſtigationi incumbunt, intelligeret, eam mihi enodandam tranſmiſit, quam & cum diligenter examinaſſem, eam *Oſcorum* idiomatis ſtylum ſapere comperi, & ſtatim id quod erat, priſcam *Volſcorum Oſcorumve* epigraphen eſſe ſubolſeci; Cum nomina & voces nec ad Latinam, nec ad Græcam accederent, ſed medium quid inter utramque tenerent. Inſcriptio autem hæc eſt.

ΣΓΕΝΙΣ ΚΑΛΙΝΙΣ ΣΤΑΤ-
ΤΙΗΣ
ΜΑΡΑΣ ΠΟΜΕΤΙΕΣ
ΝΙΨΜΣ ΔΗΙΙΣ
ΜΕΔΔΙΣ ΟΥΠΣΝΣ
ΕΙΝΕΙΜΤΩΣ ΤΟ ΜΑ-
ΜΕΡΤΙΝC
ΑΠΠΕΛΛΟΥΝΗ ΙΣ Ο-
ΚΟΡΟ.

Inſcriptio Volſca lingua in Sicilia reperta.

Hæc eſt inſcriptio, quam nos in rigore, ſine ulla paraphraſi, *Oſcorum* nominum hinc indè ex vetuſtiſſimis Authoribus collectorum ſubſidio fulti, ſic interpretamur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Generoſæ Kalini Stattiæ
Dominæ Pometiæ, Nymphæ ſacræ
Magiſtratus Vpſentinus
qui Marti, ſive bello præeſt,
Apollinis conjugi.

Explico ſingula.

A σθένος.

ΣΤΕΝΙΣ. fortitudinem *Oſcis* ſignificare, *Mauſſacus in exotericis* docet, idque à *Græco* derivat σθένης fortis; ſive verò id nomen fuerit ſubſtantivum, ſive adjectivum, certè nihil aliud ſignificare videtur, quàm robur, fortitudinem, vires, undè εὐσθενὴς, ἀσθενής.

ἀπὸ τοῦ κάλλους.

ΚΑΛΙΝΙΣ. Nomẽ proprium Deæ, cujus ſæpè apud *Ariſtophanem*, & *Pindarum* mentio fit, ἀπὸ τοῦ κάλλους, id eſt, à pulchritudine haud dubiè deductum.

Ab ἵστημι.

ΣΤΑΤΤΙΗΣ. Cognomen videtur eſſe, & idem ſignificat, ac Stativa, quo modo *Iovem* quoque Stativum vocant, certo alicui loco aſtrictum, tanquam Genium tutoremque loci, & Averruncatorem.

ܡܪܐ à ſyro.

ΜΑΡΑΣ. Dominam indicat, hac enim voce Dominam notabant *Volſci*, quam ab *Hetruſcis* mutuaſſe videntur. *Pœnos* quoque Dominam vocare *Maras*, ex verſibus Pœnicis *Plauti* docetur, forſan à veteri *Phœnicum* lingua, quæ verè Chaldaica fuit, deducto etymo; nam & in hunc diem *Syri* olim *Phœnices* dicti, per Mar vel *mor* Dominum, per *Martam* verò dominam ſignificant.

Ab urbe Pometia Volſcorũ metropoli.

ΠΟΜΕΤΙΕΣ. *Pometiæ*, quæ vetuſtiſſima fuit urbs, metropolis *Volſcorum*, uti poſteà dicetur, quam *Tarquinius Superbus* divitiis & viribus potentem poſt victoriam contra *Volſcos* obtentam deſtruxit, à qua in hunc uſque diem Campi inter promontorium *Circejum* & *Tarracinum* ſeu *Anxur*, paludibus offuſi, dicuntur P*ometini*, uti paulò poſt trademus. Hac deſtructâ Incolæ *Sueſſam Auruncorum*, quæ & *Sueſſa Pometia*, à deſtructa *Volſcorum Pometia* dicitur, ſe contulerunt, teſte *Dionyſio*.

A νύμφη.

ΝΙΨΜΣ ΔΗΙΙΣ. Prima vox imperitâ manu Scriptoris tranſpoſitis literis, idem eſt ac ΝΙΜΦΙΣ ΔΗΙΙΣ; id eſt Nymphæ divinę; hic autẽ error ſæpe in veterum inſcriptionibus occurrit, nunc omiſſis, nunc additis, nunc tranſpoſitis literis. Litera Ψ. videtur vetuſtate temporum attrita, Φ fuiſſe.

ΔΗΙΙΣ, Divinæ, ſacræ, è *Græco* διός.

Meddix.

ΜΕΔΔΙΞ. Meddix, Oſcâ ſeu Volſca lingua idem quod Magiſtratum ſignificare, ſupra ex *Ennio* probatum fuit.

Oupſens pro vſens.

ΟΥΠΣΕΝΣ. Eſt fluvius in *Volſcorum* Regione, Pometinos campos irrigans, qui & in hunc uſque diem *Vphens* dicitur, ſcaturienſque ex *montibus Setinis*, juxta *Tarracinam* in mare devolvitur; de quibus vide *Cluverium* de Latio, & V*olſcorum* Regione.

ΕΙΝΕΙΜΤΩΣΤΟ. Hæc verba, quantum colligere licuit, idem ſunt, ac ἐνιςὴς *eniſtis*, quo veteres, ut *Mauſſacus in Exotericis* docet, præſidem ſignificabant, & à *Græco* ἐνίςημι facilè deduci poteſt, quaſi diceres, inſiſtens, forſan ει, hic, & νιμ, enim, quaſi diceres, hic enim ἐνιςῶςτο præeſt; ſed hæ meæ ſunt conjecturæ.

à Mamers, id eſt Marte lingua Volſcorum.

ΜΑΜΕΡΤΙΝC. Vox eſt Volſcæ linguæ, qua bellum, vel M*artem* exprimebant, quaſi diceres, hic enim præeſt M*arti*, ſive bellicis rebus; *Mamertem* enim V*olſcorum* lingua Martem ſignificare, ſuprà ex *Feſto* docuimus; Undè & *Mamertinum fretum Siculum* nomen à V*olſcis* vicinis inditum, quaſi diceres, ob turbulentum motum, Martiale.

ΑΠΕΛΛΟΥΝΗ. *Apollini*, corruptè omnia, uti fieri aſſolet in veterum linguarum formis.

ΙΣΟΚΟΡΟ. Conjugi, eſtque Græcæ originis; dicuntur ἰσόκοροι omnes illi, qui ejuſdem & floridæ ætatis ſunt, & conjuges dicuntur, à mutua, qua perpetuò fruuntur, familiaritate.

Atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Atque ex hiſce luculenter patet, alium hujus inſcriptionis ſenſum eſſe non poſſe, quàm quem ſuprà poſui, ſalvo tamen peritiorum doctiorumque judicio. Siquidem Nympham hanc ϑένlω καὶ καλίνlω ob fortitudinem pulchritudinemque Nympharum numero adſcriptam à Pometino Magiſtratu ad *Ufentem* tanquam *Apollinis* conjugem, cultam fuiſſe inſcriptio docet, quam deſtructâ jam *Pometiâ* ex poſteris exul nonnemo in *Siciliam* appulſus huic lapidi inciſam, ejus honori & memoriæ exſtare voluerit. Sed jam propoſitam nobis materiam proſequamur.

CAPUT II,

De Volſcorum *oppidis Mediterraneis.*

Situs regionis Volſcorum.

DIximus jam ſuprà, V*olſcorum* fortem viribusque potentem Regionem, à *mari Tyrrheno*, ex ortu, ad *Marſos* uſque & ad *Lacum Fucinum*, & ex Septentrione ad ipſos *Æquos*; & ex Meridiè ad *Auſones*, & *Auruncos*, terminos ſuos extendiſſe; de quibus jam paucis, & quoad fieri poterit, brevibus verbis agemus, ne quicquam hoc loco omiſiſſe videamur.

Pometia Sueſſa Volſcorum metropolis.

Volſci itaque Septentrionem verſus cum *Marſorum* Regione terminant, quam adſcitis *Hernicis Tarquinius Superbus* expugnavit, unà cum *Pometia Sueſſa* V*olſcorum*, è cujus manubiis *Templum Iovi Latiari* in *Monte Albano* excitavit; Hujus enim coloni, jam exules *Sueſſam Auruncorum* ultra *Lirim* migrarunt; de quibus in ſequentibus plura.

Oppidum S.Germani Cœnobiū Caſſinenſe Principalis ordinis D. Benedicti clarum.

Occurrit modò, ultimum in *via* Latina V*olſcorum* oppidum *Caſſinum*, præclara civitas L*atinorum*, uti *Strabo* dicit, noviſſima, hodie oppidum *S. Germani* dictū cum *Cœnobio Divi Benedicti* commemoratione nobilitato; Quod uti olim *Silio* teſte, Nymphis habitata *Caſini* rura dicata, fuerat, ita ad *Sancti Benedicti* adventum, Idolorum deſtructis aris, in glorioſiſſimam ſacroſancti ordinis Benedictini Sedem evaſit; ex quo tanquam ex fœcundiſſimo Monaſticæ Religionis ſeminario, undiquaque doctiſſimi, nec non ſanctitatis fama celeberrimi viri prodierunt.

Deſcriptio Monaſterii Caſſinenſis.

Cœnobium admirandis à Sanctiſſimo Patriarcha *Benedicto* ibidem geſtis omnibus ſeculis memorandum, unica dicti Ordinis ſedes, in altiſſimo monte ſitum ſuum habet, undè à fulminibus quotannis in id irruentibus, maximè infeſtatur. In illo cella *S. Benedicti* adhuc monſtratur, una cum menſura ſturæ ejus, enormis altitudinis; Bibliothecam Manuſcriptorum copia locupletiorē nullibi me vidiſſe memini. Adjacet paulò infra, alia Cœnobioli fabrica, in quam veluti in ſacrum quendā receſſum, à negotiis & curis Ordinis deſſus S. Patriarcha ſe recipere ſolebat, in qua & *S.Ignatium* Societatis fundatorem, ad Divinæ influxus gratiæ uberiùs ea in ſolitudine participandos, & ad, pro felici Ordinis à ſe inſtituti ſucceſſu, Deo ſupplicandum, ſe recepiſſe ferunt, ubi & unius ex Sociis ſuis defuncti animam, inter Angelorum manus in cœlum evolare divinitus cognovit. Dicuntur & in vicino & altiori monte ingentia rudera adhuc videri, quæ putantur *Apollinis Templum* fuiſſe, quod *Divus* Benedi*ctus* deſtruxerat. Ex hoc loco per *S. Germanum* verſus ortum tendentibus, mox occurrit vetuſtiſſima Vrbs *Atina* in monte ad *Lirim* poſita, teſte Virgilio: Atina *potens* Tyburque *ſuperbum.* Hæ enim Vrbes jam ante adventum *Æneæ*, potentes, à *Turno Rutilorum* Rege in ſuccurſum contra L*atinorum* Regem advocatæ fuerunt; tandem *Romanorum* colonia ſub *Claudio Nerone* facta fuit.

S.Ignatius in eadem ſolitudine moratus.

Atina urbs vetus.

Atina decem millibus paſſuum diſtat *Sora*, *Romanorum* pariter colonia, quæ tempore *Hannibalis Romanis* trucidatis

Sora.

tis colonis, defecit ad *Samnites*: victa tandem fuit deindè à *M. Pœtilio*, & *Cn. Sulpitio* Coſſ. ac *Samnitibus* ſecuri percuſſis eò deducta fuit nova colonia, *Livio* teſte. Hodiè Ducatus celeberrimi nominis familiæ Pontificiæ *Boncompagnæ* paret, ob ſummam in Rempublicam Chriſtianam Pontificis optimi *Gregorii* XIII merita à Rege *Hiſpaniarum* in ſeudum datus; ſitum habet delicioſiſſimum, camporum feracitate inſignem; *fluvio Liri* adluitur, quem ſummis laudibus *Cicero in* ſuis *epiſtolis* proſequitur. Altiſſimum montem ſibi vicinum habet, ab oppido vicino, *Monte di Teſchio ſolido* dictum, ex quo Cryſtallinam glaciem in menſarum delitias, æſtivo tempore deportant. De hoc monte cum plura admiratione digna referri audiſſem, eum aſſumptis ſociis aſcendi; & quod in ſupremo montis aditu de ventorum violentia audieram, verum eſſe cognovi; tantos enim in angiportu montis, ventorum furores expertus ſum, ut comitibus manibus pedibuſque innixis, ne ſtantes ventus abriperet, incedendum fuerit; ajebantque comites, non ſine ſummo circumjacentium locorum detrimento, ſubindè integros caprarum greges, ventorum vi abreptos fuiſſe. Eluctati tandem ex *Æoliis* gurguſtiis planitiem montis paſcendis pecudum gregibus, armentiſque boum vaccarumque percommodam, ſub limpidiſſima ſpirantis auræ amœnitate offendimus; ubi ex Meridie amœniſſimus, quà mare quà terra patet, proſpectus dabatur; Ex Borea *Lacus Fucini* longè latèque exporrecta facies; ex reliquis plagis altiſſima montium juga, urſorum ferarumque latibula, queis montana planities concludebatur, ſpectare licebat. Acceſſimus tandem montem glaciali cryſtallo uberrimum miro Naturæ artificio conſtitutum. Mons eſt in modum inverſi coni, ſeu turbinis excavatus, in turbinis ultimo fundo ingens foramen videtur, per quod pluviæ & nives veluti per infundibulum quoddam in profundiſſimam longè latèque exporrecta Cryptam monti ſubjectam exonerantur; intra quam paulò infrà in eam aditus patet, quam cum introiſſemus, totam quantam ſtiriis Criſtallinis prægrandis molis, ex fornice pendentibus confertam, infrà quoque tantam glaciei abundantiam invenimus, ut toti *Italiæ*, ad glaciei nivisque commeatum ſufficere poſſe diceres. Glacies inſtar puriſſimi cryſtalli limpidiſſima eſt, ex qua ſtatim omnis generis pocula fiunt; intra quæ vinum infuſum protinùs tam intenſo frigore imbuitur, ut id ſenſus vix tolerare queat, uti eodē in loco nos experientia docuit. Eſt & in vicini montis ſummitate pratum quoddam, in quo totius anni decurſu flores, ob inſignem aëris, qua pollet, temperiem, colligi dicuntur. *Flumen Liris* urbem alluens non aliis niſi truttis confertiſſimus eſt. *Ager Soranus* plurimum damni, ex terræ motu, anno 1654 paſſus eſt, terra multis in locis in voragines ſubſidente. Sed hæc de *Sora* ſat dicta ſint.

Mons Soranus, ejuſque memorabilia.

Mira montis conſtitutio, ex quo cryſtallum educunt glaciale.

Multitudo nivis inveteratæ.

Euntibus poſteà verſus Occidentem tribus millibus paſſuum occurrit oppidum, & Ducis palatium, quam *Inſulam (Iſola)* vulgò vocant. hanc ego quicquid *Cluverius* contrà ſentiat, Veterem Interamnam eſſe dico; hic enim *Fibrenus fluvius* in duo veluti brachia divaricatus *Inſulam* utrimque in horridas catadupas præcipitatus conſtituit, quibus paulò infrà unitis brachiis, & nomine relicto in *Lirim* exoneratus, unus cum eo & nomine & re fluvius, curſum ſuum verſus *Campaniam* proſequitur; cujus amœnitatem pulchrè ſanè Cicero libro de Legibus deſcribit ſub forma dialogi, *Attico*, & *Marco* interlocutoribus. Atticus: *Viſne*, inquit, *quoniam & ſatis jam deambulatum eſt, & tibi aliud dicendi initium ſumendum eſt, locum mutemus, & in* Inſula, *quæ eſt in* Fibreno (nam id opinor illi alteri nomen eſt) *ſermoni reliquo demus operam ſedentes.* Marcus: *quin ſi verum dicimus, hæc eſt mea & fratris* mei

Pratum florigerum etiam hyeme.

mei germani patria, hic enim orti ſtirpe antiquiſſima ſumus, hìc ſacra, hìc genus, hic majorum multa veſtigia, quid plura? hinc vides villam, ut nunc quidem eſt, lautiùs ædificatam patris noſtri ſtudio, qui cum eſſet infirma valetudine, hìc ferè ætatem egit in literis. Sed hoc ipſo in loco, cum avus viveret, & antiquo more, parva eſſet villa, ut illa Curiana *in* Sabinis, *in hac me ſcito eſſe natum.* Atticus *Sed ventum in* Inſulam *eſt? Hac verò nihil eſt amœnius; ut enim hoc quaſi roſtro finditur* Fibrenus, *& diviſus æqualiter in duas partes, latera hæc alluit: rapidèque dilapſus citò in unum confluit, & tantum complectitur, quod ſatis modicæ palæſtræ loci, quo effecto, tanquam id habuerit operis & muneris, ut hanc noſtram efficeret ſedem ad diſputandum, ſtatim ſe præcipitat in* Lirim, *& quaſi in patriciam familiam venerit, amittit nomen obſcurius,* Lirimque *multò gelidiorem reddit; nec enim aliud hoc frigidius flumen attigi, cum ad multa acceſſerim, ut vix pede tentare id poſſem.* Hìc ſanè adeò ſcitè hæc *Inſula* deſcribitur, ut de ea ampliùs dubitare nemo debeat, ſub eadem prorſùs facie quâ etiamnum cernitur. Sed jam ad alia progrediamur.

Villa Ciceronis.

Fregellæ opp.

Hìc *Fregellæ*, olim urbs florentiſſima, cum à *Romanis* defeciſſet, diruta, & ad vicum jam uſque à *Strabonis* tempore reducta. Ea nunc ſive ex ruinis ejus extructum *Pons Corvus* oppidum exiſtimatur; Silius: *Et quæ fumantem texere giganta* Fregellæ.

Aquinum urbs.

Sed ut ad iter à *Caſino* occeptum revertamur; A *Monte Caſino* verſus lævam tendentibus, occurrit nobiliſſima urbs *Aquinum*, ortu *Divi Thomæ Aquinatis* celeberrima *Melpha fluvio* irrigua; cui non procul abeſt in alto montis vertice *Rupes ſicca*, vulgò *Rocca ſecca*; ubi & in hunc uſque diem incunabula *Divi Thomæ* oſtenduntur. Porrò progredientibus occurrit *Arpinum M. T. Ciceronis*, nec non *C. Marii* natalibus fama ſupra æthera nota civitas, quâ indigenæ tantoperè gloriantur, ut in hunc uſque diem ob *Ciceronis* tanti municipis compopulariſque honorem tres literas M. T. C. pro ſigno publico ſcribant. Euſebius in Chronolog. l. 11: Cicero Arpini *naſcitur, matre* Helviâ, *patre Equeſtris ordinis ex Regio* Volſcorum *genere.* Vide Plutarchũ in vita Ciceronis, & Valer. Max. l. 2, c. 2, de *Cajo Mario Arpinate*: *Iam*, inquit, C. Marius *maxima fortunæ luctatio eſt; omnes enim ejus impetus tam corporis, quàm animi robore fortiſſimè ſuſtinuit.* Arpini *honoribus judicatus inferior, Quæſturam* Romæ *petere auſus eſt; patientiâ deindè repulſarum irrupit magis in Curiam, quàm venit. Itaque ex* Mario *tam humili* Arpini, tam *ignobili* Romæ, *tanquam faſtidiendo candidato, ille* Marius *evaſit, qui* Africam *ſubegit*, Iugurtham *Regem ante currum egit, qui* Teutonum Cimbrorumque *exercitus delevit, ſepties Conſul.* A *Sora* & *Interamna* non niſi ſeptem paſſuum millia diſtat.

Rocca ſecca.

Arpinum patria Ciceronis. Cajus Marius Arpinas.

Caſtrum S. Joannis.

Poſt *Soram* ad lævam ſpectatur *Caſtrum S. Ioannis*, in quo *Divus Thomas* profugus à parentibus, ejus in Religionem ingrediendi propoſitum impedientibus, veluti captivus detentus fuit; ubi poſt impudicam fœminam titione abactam, Virginitatis poſtmodum illibatum florem Dei beneficio per Angelum ejus lumbos præcingentem, in egregii facinoris meritum adeptus eſt. Spectatur non procul hinc *Turris*, intra quam *Cœleſtinus V* Papa, poſt abdicatum Pontificatum à *Bonifacio VIII* Pontifice incluſus ultimum diem ſuum obiit. Sequitur poſteà *Fruſino* cujus in primo Libro mentionem fecimus, urbs antiquiſſima, quam nonnulli *Volſcis*, alii *Hernicis* adſcribunt, ab utroque populo nunc expugnata, nunc recuperata. *Fruſinonem* ſequitur *Ferentinum*, de quo alibi, & monti affixæ *Verulæ*, ubi dicitur adhuc exſtare ſepulchrum *S. Mariæ Salomes*, matris *S. Ioannis Euangeliſtæ*, quam filium *Romam* ſecutam ibidem obiiſſe, Archivium Verulenſium tradit. Sequitur poſteà *Anagnia* vetuſtiſſima *Hernicorum* urbs, patria *Bonifacii VIII*: ubi & à *Gallorum* exercitu, *Sciarra* Duce, in captivitatem abductus, tandem

Turris Cremata.

Fruſino.

Ferentinum.

Verulæ.

Anagnia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Romæ in *Caſtro S. Angeli* fatis ceſſit.

His jam ordine recenſitis, iter proſecuti, & *Signia*, & ceteris oppidis alibi deſcriptis, *Coram* & *Velitras*, haud ignobilia *Volſcorum* oppida, appulimus, quorum illud à *Corace*, fratre *Tiburti* & *Catilli* fundatorum *Tiburis*, conditum fuit, 425 annis ante *Romam* conditam, cui prægrandis origo aquarum adjacet, ex qua immenſis ſumptibus per Aquæductus paſſim adhuc in Romanis campis obvios 36 mille paſſibus aqua deducta fuit; de quo vide *Frontinum*.

Cora à Corace *extructa.*

Velitræ.

Velitræ natalibus *C. Octavii Octaviæ* domus fundatoris clarum à Scriptoribus Romanarum hiſtoriarum *Volſcorum* oppidum, dicitur, teſte Stephano: Βέλιτρα πόλις Ἰταλίας, Ῥώμης οὐκ ἀπωτέρω, ὥς φησι Φλέγων ἐν Ὀλυμπιάσιν, ἢ ἑκατὸν ἑβδομήκοντα τέσσαρσι σταδίοις. id eſt, Velitræ *Civitas* Italiæ, *à* Roma *haud ampliùs*, *quam* 174 *ſtadiis diſtans*, id eſt, ejus ævi computatione, 23 millibus paſſuum cum dimidio diſtans; hodie ab ea 24 milliaria *Romam* numerantur. Fuiſſe autem olim Urbem oppidò populoſam & opulentam ex ſequentibus conſtat. Unde primò ab *Anco Martio*, quarto *Romanorum* Rege expugnata, deindè à *Martio Coriolano*, qui *Volſcos*, *Dionyſio* teſte, cum exercitu alacriter adortus, magnam reportavit prædam, & urbe eorum obſeſſa, foſſiſque & valle cincta occupatis ſub dio campis ad murorum oppugnationem ſe adcinxit; de ſæva peſtilentia, quæ incolarum numerum ita exhauſit, ut vix decima pars hominum ſuperfuerit. *Tanta*, inquit, Dionyſius, *repentè* Volſcos *invaſit peſtilentia, quanta nullibi, nec apud* Græcos, *neque* Barbaros *fuiſſe narratur, nulli parcens ætati, nulli conditioni nulli ſexui ſive in debiles, ſive in validos incideret; cujus cladis magnitudo ſatis liquere poteſt ex nobili ejus gentis urbe* Velitra, *quæ magna priùs & populoſa, ſic tum exhauſta fuit, ut decima tantùm incolarum pars reliqua permanſerit, cæteris omnibus extinctis; quarè tandem, qui huic calamitati ſuperfuerunt, Legatis miſſis, deſolationem patriæ conqueſti, ſe & ſua dederunt in poteſtatem populi Romani. Nam & antè colonos acceperant à* Roma, *ideòque tunc iterum novos ſubmitti in vacantes agros poſtulabant.* Hodiè pariter natalibus Eminentiſſimi Cardinalis *Ginetti* claret, agrum habens omnium ad victum neceſſariarum rerum ubertate fœcundum. De origine *Domus Octaviæ*, quæ indè originem ſuam traxit, vide *Hiſtoriam* noſtram *Euſtachio-Marianam*. Hinc *Volſci* ulteriùs progreſſi, veluti cuneo quodam intra *Latii* viſcera adacto uſque ad *Æquos* ipſos monticolas penetrarunt; de quibus in primo hujus operis libro ſat egimus.

Peſtilentia ſæva.

Æquorum *nonnulla oppida* Volſcis *olim parebant.*

A *Velitris* verſus Meridiem tendentibus, primò occurrunt *Sueſſæ Pometiæ* ruinæ, quæ deſtructâ à T*arquinio Superbo* urbe ampliſſimâ adhuc ſuperſunt, de quibus in ſequentibus fuſiùs. Hoc oppidum ſequitur *Norba*, monti ſcopuloſo impoſita, hodiè vulgò dicta, *Norma*, ſub quo *fons* ille, *Nympha* dictus ſcaturit, ex quo *fluvius Nymphæus* inter *Antium* & *Circejos*, in mare exoneratus nomen ſumit. Hæc ab *Æmilio Lepido*, *Appiano* teſte, *lib.* 1. *Civil. bellorum*, expugnata, tantum terrorem, indignationemque indigenis attulit, ut quidam ſuamet manu, nonnulli mutuis vulneribus ceciderint, alii laqueis ſe præfocarint, obturatiſque foribus ignem tectis ſubdiderint, quorum conatum fortuitus ventus adjuvit in tantum, ut præda repentino incendio abſumpta fuerit.

Sueſſa Pometia.

Norba.

Norbam paulò poſt *Setia* ſequitur, vulgò *Sezza* dicta, olim *Volſcorum* oppidum paludibus Pontinis impoſitum, colonia *Romanorum* illuc deducta, *Vellejo* teſte, octavo anno poſt urbem à *Gallis* captam; anno poſt *Romam* conditam 373, ante *Chriſtum* 380. Inter cœtera rariora, vinum Setinum maximè celebratum fuit à *Strabone*, *Horatio*, *Martiali*, Juvenali Satyrâ 5.

Setia, *Sezza vulgo.*

Cras

Cras bibet Albanis *aliquid de montibus, aut de Setinis.* - -

Martialis l. xiv. epigr. 112.

Pendula Pomptinos qua ſpectat Setia *campos,*

Exigua vetulos miſit ab Vrbe cados.

Dixit *pendulam*, quia in montium jugo, quod juxta Pomptinos Campos, de quibus paulò poſt, & *Aſturam* uſque *flumen*, & *Sermonetam* Ducis *Cajetani* ſedem protenditur, atque ex ora ejus tanquam ex crepidine quadam, in ſubjectam paludum Pontinarum planitiem, in *Circejum montem, Inſulamque Pontiam*, cœteraſque adjacentes, quà longè latèque patet mare, proſpectus datur longè amœniſſimus. Aſcenſus hujus montis aſper eſt, ad quem per vias in modum cochlidis ſtratas, ad ſummitatem ejus pervenitur, ſub cujus pede, multiplici fontium ſcaturigine, celebris ille apud Veteres *Vfens fluvius* originem ſuam ſumit, qui poſt quindecim milliarium decurſum prope *Tarracinam* mari miſcetur, per quam & naviculis, ſeu potiùs lintribus, quas *Santalas* vocant, per flumen tranquilliſſimum nullis catarractis, aut aquarum turbinibus, agitatas amœniſſima ſane via ſub arborum umbris, *Setiam*, & hinc *Tarracinam* aſcenditur deſcenditurque. Sed de hiſce quàm fuſiſſimè in ſequentibus. Poſt *Setiam* antiquiſſima Urbs, *Privernum*, occurrit, vulgò *Piperno*; de qua plena ſunt veterum ſcriptorum monumenta, quæ collecta vide apud *Cluverium*. Diſtat hinc proximè Cœnobium, vulgò *Foſſa nova*, in quo Divus *Thomas Aquinas*, dum ad Lugdunenſe Concilium vocaretur, dum Canticiſque Canticorum exponendis incumberet, diem ultimum piè & ſanctè obiit.

LIBER IV.

AGER POMPTINUS,

hoc eſt

De *Pomptini Volſcorum Agri* antiquitate, ejuſque memorabilibus, Urbibus, Fluvijs, Lacubus, & tandem de *Pomptinarum Paludum*, ad meliorem frugem revocandarum modo, ratione & induſtria.

PRÆFATIO.

NEſcio ſanè quæ noverca rerum humanarum cardines fortuna verſet, ut illæ quantò ſunt præſtantiores, & ultra communem humani ingenii terminum ſublimiores, tantò ſemper majores difficultatum & contradictionum ſcopulos experiantur. Quod uti in omnibus nullo non tempore admirandorum moliminum exhibitis ſpeciminibus veriſſimum eſt, ita & in Pomptinarum Paludum *ad meliorem frugem reductione maximi ſanè momenti negotio hodiè uſu venit.*

Bonificatio quid ſit?

Cum itaque haud ita pridem, in dicto negotio, quam Bonificationem vocant, non exigua exorta fuiſſet inter Arbitros controverſia; non defuêre, qui negotium utpote humanis viribus longè ſuperius, quaſi conclamatum tenerent; contrà alii tantum abeſt, ut in eam ſententiam induci ſe ſinerent, ut potiùs argumentis validis poſſibilitatem facti contrariæ partis factioni omnibus modis perſuadere conati ſint. In hac diſſentientium partium velitatione, dum litis deciſor inquiritur, tandem ad me juſſu Cardinalis Pamphilii, *dicti* Aſtalli, *ſub* Innocentio X, P. M. *totius defertur controverſæ materiæ judicium, litiſque deciſio. Et tametſi non mihi tantum arrogem, ut aut auxiliis conſiliisque meis in tam lubrico & pleno aleæ opere quicquam me præſtare poſſe putem, cum tamen ita mihi naturâ comparatum ſit, ut nihil homine dignius exiſtimem, quàm ſi quemadmodum in iis potiſſimùm rebus, quæ bonum publicum ſpectant, quæque ob ſummam atque inevitabilem difficultatem hujus præſentis materiæ inſtituto tandem decidendo ſunt, ingenii vires experiri. Hiſce calcaribus adactus, opus aggreſſus ſum, in quo conficiendo, ſi ſpes me fefellerit, vel in ipſo conatu laudem me inventurum confido. Ne verò in adeò intricato negotio præceps formarem judicium, aut, ut dici ſolet, nudæ theoriæ tantummodò intentus inconſultiùs quicquam definirem; ante omnia, ipſam mihi* Pomptinam Regionem *adeundam luſtrandamque duxi: ut explorato priùs totius ſitu, natura, proprietate, deindè omnibus antiquitatum receſſibus diſcuſſis, ſingulisque cum iis, quæ circa haud diſſimile argumentum, in diverſis* Europæ *partibus jam dudum obſervâram, combinatis, quid tandem optimum factu videretur, concluderem. Quod etiam hoc meo ratiocinio pro mei tenuitate ingenii præſtandum exiſtimavi.*

De Pomptinis *variæ ſententiæ.*

CAPUT

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

CAPUT I,

Qua Regionis Pomptinæ *tum veteris tum modernæ ſitus deſcribitur.*

Pomptinæ regionis ſitus.

INtra eum veteris *Latii* diſtrictum, qui ab ortu Solis *Amaſeno fluvio* & *Anxure* oppido celeberrimo, modo *Terracina*; à meridie *mari Tyrrheno* & *Circejo* promontorio, vulgò *Monte Circello*; ab Occidente *Aſtura fluvio*; à Septentrione denique *Norbanis Setiniſque montibus* terminatur, ingens continuò ſe ſpectandam exhibet illa, nullis non veterum ſcriptorum monumentis celebrata *Planities Pomptina*, ſive *Ager Pomptinus*, à *Pometia Sueſſa Volſcorum* Colonia ac Metropoli ſic dictus, ab amplitudine, amœnitate, rerum omnium proventu, nec non populorum frequentia, omnibus retrò ſæculorum curriculis commendatiſſimus; quem *Alb. Leander* hortum *Latii*; *Halicarnaſſæus*, quod Urbi ſummam vini præſtantiſſimi, exquiſitiſſimi frumenti, leguminum, ſicuti & omnis generis fructuum copiam præberet, horreum & penuarium *Romanorum* appellat. *Plinius* ex *relatione Mutiani* ter Conſulis olim 23 oppidis habitatum aſſerit. Quorum *Pometia* princeps, ad *Aſturam fluvium* ſita, in parte Occidentali regionem terminat, reliquæ vel ad Montes, uti *Norba, Nympha, Sulmo*, ex parte Septentrionali; *Sermoneta*, *Setia*, *Privernum*, *Pontia*, ab Ortu *Anxur*, & *Lentulæ*, *Capenæ*; à meridie *Circæum*, *Aſtura*, *Cloſtra*; reliqua mediterranea, cum earum nomine præter *forum Appii* non memorantur, vel terræ motibus, vel inundationis violentia temporum ſucceſſu, ut poſteà dicetur, periiſſe credibile eſt. Totus Ager binis iiſque vaſtiſſimis & nativis conſtat *lacubus*, quorum unus *Circejo promontorio* vicinus, piſcibus refertiſſimus, olim dicebatur *Pometianus* ab Urbe *Pometia*, eidem propinquus, qui & hodie *il lago de Fogliano* dicitur. Alter *Pontinus* ab urbe *Pontia* ſic appellatus *Vſenti fluvio* & *Amaſena* adjacens, qui tamen limo ex Vicinis montibus adaucto ità ſenſim obſtructus fuit, ut præter longè latèque ſtagnantes aquas nulla hodiè præbeat veteris & nativæ paludis indicia. Porrò præter innumeros quâ torrentes, quà rivos, qui ex montium fimbriis continuò ſcaturiunt, tota planities quatuor præcipuis amnibus rigatur, *Aſtura*, *Nymphæo*, *Vſente*, *Amaſeno*. *Aſtura* ex *Coranis montibus* emergens, *Pometiamque* lambens, tandem inter *Circejum promontorium* & *Antium* mari ſeſe inſinuat. *Nymphæus* ex *Norbæ montibus* & *lacu Nymphæo*, ad quorum radices ſitus eſt, per *Pometinum agrum* medium curſum urgens, tandem inter *Aſturam* & *Circejum promontorium* mari illabitur; *Ufens* ex *Setinis montibus* originem nactus, atque poſt duodecim millium paſſuum decurſum *Amaſeno* ex *Privernate agro* oriente auctus, juxta *Anxur* ſive *Terracinam* in mare; uti & hodiè, egerebatur. Tantæ autem *Halicarnaſſæus* & *Tacitus* eum referunt fertilitatis fuiſſe, ut *Lacedemonii* ob *Lycurgi* aſperiores leges alias colonias quæſituri, dum hujus littora prætervecti, ac maris nauſea fracti exſcenderent, hunc ob bonitatem, delitias, atque uberem rerum proventum veluti divinitùs ſibi conceſſum locum præ omnibus aliis inhabitandum elegerint, quem & *Feroniam* à rerum quas producebat copia nuncupabant; Undè & poſtmodum *Junonis Feroniæ* nomen manſerit. Nam ut Deorum eos illuc conducentium muneri quovis modo reſponderent, templum, cujus haud obſcura veſtigia tribus à *Terracina* paſſuum millibus diſſita conſpiciuntur, in honorem

Pometia. — *Pomptinorum Oppidorum interitus.* — *Duo Lacus agri Pomptini.* — 4 *Pomptini amnes.* — *Lacedæmoniorum hic ſedes.* — *Juno Feronia.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

norem *Iunonis*, quæ *Iovis* imberbis tunc tempore *Anxure* culti ſoror habebatur, in ſylva quadam, teſte *Cornelio Tacito* extruxiſſe feruntur. Quod poſteà ab *Hannibale* in *Africam* redeunte ſpoliatum vaſtatamque Silius Italicus lib. 13 his verbis deſcribit:

Optato lætus abitu jubet, itur in agros,
Dives ubi ante omnis colitur Feronia *luco,*
Et ſacer. humectat fluvialia rura Capenas.
Fama eſt, intactas longævi ab origine Fauni
Creviſſe in medium, congeſtis undique donis
Immenſum per tempus opes, luſtriſque relictum
Innumeris aurum ſolo ſervante pavore.
Hæc avidas mentes, & barbara corda rapina
Polluit, *atque armis contempta pectora divûm.*

Atque hæc eſt brevis veteris Regionis ſitus deſcriptio.

Hodiè eoſdem prorſus fluvios, eoſdẽ lacus, eaſdem urbes retinet, præter mediterraneas nonnullas maritimas, temporum injuria deſtructas. Verum cum in ſequentibus de hiſce fuſius ſimus tractaturi, relictis ambagibus recto tramite propoſitam nobis materiam proſequamur.

CAPUT II,

Exſiccationem Paludum Pontinarum *nullis non ſæculis tentatam & abſolutam.*

23 *Oppida in* Agro Pontino *inundatione deleta.*

CErtè priſcis temporibus fortè *Aboriginum*, totum hunc tractum fuiſſe habitatione frequentiſſimum, id eſt, 23 oppidis cultum, *Mutianus* ter Conſul, *Plinio* teſte, tradit; neſcio tamen quo fato factum ſit, ut repentina validæ inundationis illuvies & campos & memoratas urbes ita deleverit, ut nè veſtigia quidem ſuæ vetuſtatis reliquerint, ut proindè tam memorabilem eventum non ſine ratione inter priſci temporis prodigia adnumerarit Plinius Lib. 3, c. 5, his verbis: Circeji *quondam* inſula *immenſo quodam mari circundata, ut creditur ab* Homero, *at nunc planitie; mirum eſt, quod de hac re tradere hominum notitiæ poſſumus.* Theophraſtus Circejorum Inſulæ *menſuram ponit ſtadia* 80, *in eo volumine, quod ſcripſit* Nicodoro Athenienſium *magiſtratui, qui fuit Vrbis noſtræ quadringenteſimo ſexageſimo anno. Poſt eum annum acceſſit* Italiæ *alud miraculum à* Circejis. palus Pomptina *eſt, quem locum* 23 *Vrbium fuiſſe* Mutianus *ter Conſul prodidit.* Ex quibus verbis luculenter patet, *Mutianum* ter Conſulem ex antiqua traditione tenuiſſe, hunc *Pometinum campum*, antequam paludibus vaſtaretur, 23 Urbibus fuiſſe habitatum. Atque hoc eſt illud aliud *Italiæ* miraculum, quod *Plinius* deſcribit, nempè Regionem floridam & feracem, urbibus derepentè ſubmerſis nullo earundem relicto veſtigio, in paludoſam planitiem evaſiſſe. Quod nemini mirum videri debet, qui terræ motuum vim atque ſævitiem, tum in urbibus ſubvertendis, tum in paludibus efformandis, norit; & exempla terræ motuum, qui hoc noſtro ævo in diverſis orbis terræ partibus vix poſteris credibilia contigerunt, ſatis demonſtrant. Quo tamen tempore iſtiuſmodi prodigium contigerit, conjecturare difficile eſt. *Plinius* anno ab Urbe condita 460 id factum videtur innuere: Sed id nulla ratione dici poſſe, hinc concluditur: quod *Mutianus* circa idem ferè tempus Conſulatum gerens, quo totam regionẽ jam paludes invaſerant, non niſi ex prædeceſſorum traditione dictarum 23 Urbium meminerit: Imò Curio-

Circeji Inſula.

Terræ motuum in ſubvertendis urbibus effectus.

Quo tempore inundatio memorabilis contigerit.

curioſos iſtorum temporum ſcriptores tantum latuiſſe miraculum haud veriſimile eſt. Dicendum itaque multo ante tempore ſive terræ motibus, ſive tempeſtatum diluviis tam celebrem inundationem contigiſſe; urbibuſque deſtructis aut abſorptis campos cultura & feracitate inſignes ſtagnantium aquarum jugum ſubire coactos fuiſſe. Manſerunt itaque paludes immemorabili tempore uſque ad *Appium* illum *Claudium*, qui anno Urbis 442 *M. Valerio Maximo*, & P. *Decio Mure* Conſulibus ante *Chriſtum* 311 anno, Cenſor cum *C. Plautio* creatus, facto omnibus ſæculis memorando, primus per dictas paludes viam tentavit; quam & teſte *Tito Livio l.* 19 felici auſu confectam aggere paludibus injecto, ſilice ſtravit, & à nomine propriò *Viam Appiam*, uti & Urbem à ſe conditam *Forum Appii* appellari voluit. Forſan *Mutiani* relatione de priſca loci conſtitutione facta, ad id audendum incitatus.

Sub Claud. Appio *prima exſiccatio.*

Via Appia.

Modus exſiccationis.

Hoc autem ingenio rem adortus eſt: ingenti aggeri per palarem ſubſtructionem, ceſpitibus, virgultis, ſarmentis, ſaxis una eidem ingeſtis per paludes exaltato ex utraque parte aggeri foſſas adjecit, ac ſic tandem ſtagnantium aquarum illuvie intra eas recepta, regionem non cultui tantum, ſed & ultro citroque commigrantium uſui oportunam reddidit. Verum civilibus bellis, in vicinis Urbis locis inundantibus, paludes ruptis hoſtili vi aggeribus reſtagnare cœperunt, uſque ad *Cornelii Cethegi* conſulatum, qui annus ante *Chriſtum* 152 fuit: hic novo auſu refectis aggeribus, foſſiſque antiquis quà inſtauratis, quà novis hinc indè adjectis, ſtagnantes aquas longè latèque diffuſas denuò exſiccavit. Ita Epitomator Livii 146. Pomptinæ paludes *à* Corn. Cethego *Conſule, cui ea provincia evenerat, ſiccatæ, agerque ex iis factus eſt.* Sed ſicut res terrenæ inſtabiles & variis caſibus obnoxiæ, ſic nec hoc opus à *Cethego* peractum diu ſalvum integrumque permanſit. Siquidem ante *Iulii Cæſaris* & *Auguſti* tempora, 90 ferè annis poſt *Cethegi* peractam operam, novis bellorum tumultibus concuſſa *Roma*, *via Appia* unà cum aggeribus altera vice devaſtata, campi novam inundationem paſſi ſunt: donec *Iulius Cæſar*, damno, quod indè Romanæ annonæ impendere poterat, animadverſo, paludum exſiccationem tertiò aggreſſus eſt. Ita commentatores apud Plutarchum in vita C. Julii Cæſaris: paludes *in* Nomentanis *&* Setinis *derivare molitus eſt, atque efficere campum, qui multa millia poſſet capere agricolarum.* Et Suetonius in eodem Julio Cæſare c. 44: *ſiccare* Pomptinas paludes *deſtinabat.* Dio. l. 44. de eodem Cæſare: *ut per* Pomptinas paludes *aggerem duceret, aggerem videlicet* viæ Appiæ. Undè Lucanus l. 4:

Secunda exſiccatio ſub Corn. Cethego *Conſ.*

Via Appia *devaſtata.*

3ª *exſiccatio ſub* Julio Cæſare.

Et quà Pontinas *via dividit uda paludes.*

Cum itaque *via Appia* percommoda eſſet, & facilem compendioſumque *Roma* Terracinam, & hinc *Brunduſium* iter facientibus aditum præberet: mirum non eſt bellicoſorum temporum durante ſævitie, hanc viam toties jam aggeribus ruptis ſive à *Romanis* ad hoſtium adventum acceſſumque impediendum, ſive ab ipſis hoſtibus, ad *Romanorum* ſe inſequentium præſcindendum progreſſum, ſive denique ad magnifica eorundem opera funditus evertenda vaſtatam, planitiemque denique ſtagnantibus aquis oppletam fuiſſe. *Iulius* itaque *Cæſar* dum camporum atque *Viæ Appiæ* reſtitutioni ardentius incumbit, fatis functus glorioſa molimina ſucceſſori ſuo *Auguſto* in executionem mandanda reliquit: quod & pro magnitudine animi, quâ pollebat, paciſque abundantia, quâ fruebatur, eximiè ſanè præſtitit. Nam novis aggeribus extructis, *viam Appiam* reſtituit, paludes exſiccavit, campos inundatione ſqualidos ad culturã revocavit. Ita vetus *Commentator ad Sat:* 5 *l.* 1, *Horatii*, quin & ipſe Horatius *Auguſto* ſynchronus inſigne *Auguſti* opus poſteritati commendaturus ſic lib. de Arte Poëtica cecinit:

Viæ Appiæ *commoditates.*

Sub Julio Cæſare *&* Auguſto *tertia exſiccatio.*

Viæ Appiæ *reparatio.*

Debemur

Debemur morti nos, noſtraque; ſive receptus
Terrâ Neptunus *claſſes Aquilonibus arcet*
Regis opus; ſterilisve diu palus aptaque remis
Vicinas urbes alit, & grave ſentit aratrum;
Seu curſum mutavit iniquum frugibus amnis.

Res humanæ omnes caducæ.

Quæ vetus commentator his verbis explicat: *modo autem ſubdit, quod non tantum verba hominum intereant: ſed & homines & omnia eorum facta, quod tribus probat exemplis. primum de* Oſtienſi portu. *Nam apud* Oſtiam *civitatem* Auguſtus *mare irrumpens intercluſit, & aggere terræ & lapidibus obſtruxit, portumque ibi fecit. Secundum de* Pomptinis paludibus, *quas* Auguſtus *exſiccavit, & habitabiles reddidit, injecto ſimiliter aggere lapidum & terræ. Tertium de* Tyberi fluvio, *quem* Agrippa *de proprio declinavit alveo, ad eum per quem modo fluit.* Et paulo poſt: Divus Auguſtus *duas res divinas fecit, ut* Pomptinam paludem *exſiccaret & in mare meatum habere cogeret, ut arari poſſet: Deindè* portum Lucrinum *munivit.*

Oſtienſis portus.

Pomptinarum *exſiccatio.*

Tyberis *declinatio.*

D. Auguſti *duæ res divinæ.*

Auguſti *de re publica merita.*

Auguſtus itaque *via Appia* aggeribus munita foveam longam propè excavavit, ut paluſtres aquæ in eam derivatæ, atque in mare exoneratæ, & campos culturæ aptos relinquerent, & flumen fieret itinerantium commoditati opportunum. Quæ omnia Strabo *Auguſto* coætaneus hiſce verbis deſcribit: *propè* Terracinam, *quà* Roma *itur, propè* viam Appiam *foſſa longa ducta eſt, quæ paluſtribus fluvialibuſque impletur aquis: ea noctu maximè navigatur, ut qui navi veſperi intrant, manè egreſſi* Appia via *pergant, ſed & interdiu muli naves loris trahunt.* Fuiſſe autem hujus foſſæ longitudinem 15 milliarium, *id eſt,* à *Foro Appii* ad *Feroniæ fanum* uſque tribus milliaribus *Terracina* diſſitum, ex Horatio ſatyra 5, l. 1, ubi iter ſuum in has partes deſcribit, patet:

Foſſa viæ Appiæ.

. . . *Quarta vix demum componimur hora.*
Ora manuſque tuâ lavimus, Feronia, *lympha.*
Millia tum pranſi tria viſimus: atque ſubimus.
Impoſitum ſaxis latè candentibus Anxur.

Nerva & Trajanus *Imperatores pontibus & milliaris columnis viam Appiam ornant.*

Hiſce *Pomptinæ regionis* inſtauratores integro ferè poſt ſæculo ſucceſſêre *Nerva Coccejus* & *Trajanus* Imperatores; quorum hic *Viam Appiam* defectuoſam, variis ædificiis, pontibuſque magnificentiſſimis, teſte Dione l. 68 extructis, quorum veſtigia hodie adhuc comperiuntur tum ad ortum, tum ad commodiorem aquarũ derivationem, inſtauravit: ille milliaribus columnis, ſeu metis milliariis ad itinerantium commodum, curioſitatemque explendam diſtinxit; quarum quatuor adhuc, dum hanc Regionem luſtrarem, integras reperi cum hiſce inſcriptionibus:

IMPERAT. NERVA	IMPERAT. NERVA	IMPERAT. NERVA	IMPERAT. NERVA
CÆSAR AUGUS.	CÆSAR AUGUS.	CÆSAR AUGUS.	CÆSAR AUGUS.
PONTIFEX	PONTIFEX	PONTIFEX	PONTIFEX
MAXIMVS	MAXIMVS	MAXIMVS	MAXIMVS
TRIBUNITIÆ	TRIBUNITIÆ	TRIBUNITIÆ	TRIBUNITIÆ
POTESTATIS. X.	POTESTATIS. X.	POTESTATIS. X.	POTESTATIS. X.
COS. III.	COS. III.	COS. III.	COS. III.
PATER PATRIÆ	PATER PATRIÆ	PATER PATRIÆ	PATER PATRIÆ
FACIEN. CVRAVIT	FACIEN. CVRAVIT	FACIEN. CVRAVIT	FACIEN. CVRAVIT
XLV	XLIV	XLIII	XLII

Quod pulcherrimum ſanè inventum fuit & curioſitate plenum, cum quantum quis itineris *Româ* confeciſſet, in columnis hiſce veluti lapideis quibuſdam tabulis ob oculos poſitum perlegeret. Duravit itaque cultus tum *Camporum Pomptinorum*, tum *Viæ Appiæ*; quod aquarum inundantium veluti retinaculum quoddam erat uſque ad *Barbarorum* irruptionem, qui ſuſque deque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

deque vertentes omnia, uti Romanum imperium, ita omnia quoque magnifica veterum monumenta, & cumprimis *Viam Appiam* fœdè vaſtarunt; undè aquis priſtinas ſtationes repetentibus, campi denuò aquarum jugum ſubeuntes oppreſſi manſerunt uſque ad *Theodoricum Gothorum* in *Italia* Regem. Hic à *Decio Patricio* de damno à paludibus *Pomptinæ regioni* illato inſtructus, animum ad eas exſiccandas adjecit. Operis executor fuit ipſe *Decius Patricius*; cujus præſtitam operam pulchrè ſanè deſcribit Caſſiodorus lib. 2. Ep$^{la.}$ 32. ut ſequitur:

Quarta Exſiccatio ſub Theodorico *Rege* Gothorũ.

Senatui Vrbis Romæ Theodoricus Rex.

Decii *circa exſiccationem præclara molimina.*

Vir magnificus atque Patricius Decius *glorioſo circa Rempublicam amore devinctus, ultro poſtulavit voto mirabili, quod vix potuiſſet ſub conſilio noſtræ pietatis imponi; paludem* Decennovii *in hoſtis modum vicina devaſtantem, fovearum ore patefacto promiſit abſorbere illam famoſam ſæculi vaſtitatem; quam ſub diuturnitate licentiæ quondam mare paludeſtre poſſedit, cultiſque locis inimicum ſuperaffundens unda diluvium, terrenam gratiam ſylveſtri pariter horrore confudit, nil utile nutriens ſub liquore ſpoliatum fructibus eſt ſolum, poſtquam obnoxium cœpit eſſe paludibus. Ideò miramur priſcæ confidentiæ Virum; ut quod diu virtus publica refugit, manus privata ſuſceperit. Hunc ergò audacem laborem aggreſſurum ſe laudabili perfectione pollicitus eſt; ut pereunte damnoſo gurgite, quæ fuerant amiſſa, ulterius non perirent; undè noſtras ſuper hac parte fertilitatis poſtulat juſſiones, nè ſine authoritate publica ſubeat opus eximium, quod erit cunctis viantibus profuturum. Sed vos Patres conſcripti præſentibus decretis adnuimus, ut ad dicta loca* Decennovii *duos ex veſtro Corpore dirigatis, quibus arbitrantibus, quantum ſpatii reſtagnantis incurſibus paludeſtris illuvies occupaverit, fixis terminis adnotetur; ut quum ad perfectionem promiſſum pervenerit, liberatori ſuo reddita terra proficiat, nec quiſquam indè aliquid præſumat attingere; quod tam diu invadentibus aquis non potuit vindicari:* Et Ep$^{la.}$ 33. In hunc finem memorato Decio ſcribit, his verbis:

. . . *Decio* Viro illuſtri *Patritio* T*heodoricus* Rex.

Privilegia conceſſa Decio *ob exſiccatas paludes.*

Vobis itaque deſideria juſta petentibus, præſenti autoritate Concedimus, ut ſtagnis Decennovii paludibuſque ſiccatis, ſine fiſco poſſideas in ſolùm rura revocata; nec ullam metuas libertatis rebus exhibere culturam, quas ſub generalitatis teſtimonio abſolvimus. Hinc etiam ad Ampliſſimum ſenatum præcepta tranſmiſimus, ut definito nunc ſpatio od tuum pulchre tranſeat dominium, quod eſt à fœdis gurgitibus vindicatum; æquum eſt enim, ut unicuique ſuus proficiat labor. Ex quibus patet ob præſtitam tam inſignem in Remp. operam, *Decium* à *Theodorico* Rege, uti tantorum Autorem bonorum, ita & totius agri ad culturam revocati dominum ac poſſeſſorem fuiſſe conſtitutum. Exſtat hujus rei adhuc *Terracinæ* memoria, in columna quadam ad poſteritatis commendationem inſcriptio, quam & hic apponendam duximus.

DN. GLORIOSISS. ATQUE INCLYTUS REX THEODORICUS VICTOR.
AC. TRIVMF. SEMPER AVG. BONO REIP: NATVS. CVSTOS LIBERTA-
TIS. ET. PROPAGATOR ROMANI NOMINIS. DOMITOR GENTIVM.
DECENNOVII, VIÆ APPIÆ, ID EST, A TRIP. VSQVE TERRACINAM. ITER,
ET LOCA, QVÆ CONFLVENTIBVS AB VTRAQVE PARTE PALVDIB. PER
OMNES RETRO PRINCIPVM INVNDAVERANT. VSVI. PVBLICO, ET SECV-
RITATI VIANTIVM, ADMIRANDA PROPITIO DEO FELICITATE RESTI-
TVIT. OPERI, NAVITER INSVDANTE, ATQVE CLEMENTISS. PRINCI-
PIS FELICITER. DESERVIENTE PRÆCONIIS EX PROSAPIA DE-
CIORVM. CÆC. MAV. BASILIO. VC. ET. INL. EXPF. VRB. EXPP.
EX CONS. ORD. PATR. QVI AD PERPETVANDAM TANTAM DOMINI
GLORIAM. PER PLVRIMOS. QVI ANTE NON ERANT. ALBEOS
DEDVCTA IN MARE AQVA . . . .

Decennovium quid, & undè dicatur?

Per Decennovium hic nihil aliud intelligitur, niſi *Vſens fluvius*, qui *Decennovius* teſte Procopio *Lib.* 3 *rerum Gothicarum* dictus fuit, quod 19 millia paſſ. delapſus juxta *Terracinam* tandem in mare effundatur. Termini exſiccationis aquarum fuerunt *Terracina*, & *Tres pontes* à *Trajano* Imperatore olim magnificè in *via Appia* extructi.

Tripontij deſcriptio.

Erat autem *Tripontium* locus proximus *Foro Appii*, ita ut non deſint, qui *Tripontium* cum *tribus tabernis* confundant, videlicet oppido, quod hodiè *Ciſterna* dicitur, corrupto, uti omnia alia, vocabulo, quaſi diceres *Triſtaberna*; quicquid ſit, non longè indè abfuiſſe rudera ſatis declarant. Prætereà docet inſcriptio; *Cœcil. Decium*, plurimis ex utraque *viæ Appiæ* parte alveis foſſiſque excavatis, in iis ſtagnantem aquam in mare tandem deduxiſſe; aquarum juriſdictione hac ſorte diſtributa, ut ex finiſtima *viæ Appiæ* parte, alvei paludes exceptas propè *Circejum montem*, in loco ubi *Nymphæus fluvius*, in mare ſe exonerat, deponerent. In citima verò *viæ Appiæ* parte *Decennovii* ſive *Vſentis* ſtagnantes aquæ per alias foſſas propè *Terracinam* in mare deductæ, ibidem egererentur.

Modus derivationis aquarum ſtagnantium.

Fuit autem hæc quarta paludum *Pomptinarum* exſiccatio ſub *Theodorico* Rege per *Cœcil. Decium Patricium* quadringentis ferè annis poſt *Trajanum* peracta.

Porrò domitis tandem expulſiſque *Româ Gothis*, cum Imperatores partim *Conſtantinopoli*, partim in Occidente vagas & inſtabiles ſedes ſortirentur, atque adeò *Roma* Præfectorum & Pontificum curæ relinqueretur: atque illi toti in Eccleſia imperioque reformando eſſent, atque adeò alia ipſis quam culturæ agrorum cura incumberet; mirum non eſt ruptis vaſtatiſque in tanta confuſione temporum aggeribus, campos denuò priſtinam illuviem paſſos fuiſſe: cum nullam magni momenti fabricam, niſi continuò annuis in hunc finem ſtipendiis ſarta tecta conſervetur, diu durare poſſe, nos tot eximia Thermarum & Aquæductuum, quæ *Romæ* adhuc ſpectantur, temporum injuria ſemeſa monumenta doceant.

Priſtina Pomptinarum eluvio.

Ex Pontificibus itaque primus fuit *Bonifacius* VIII, è familia *Cajetanorum*, qui ut *Sermonetani* ducatus, qui familiæ ſuæ ſtatus erat, paludoſis aquis obnoxios campos ad culturam revocaret, paluſtres aquas partim torrentibus, partim fluminibus in novum alveum derivatis, in flumen Territorii *Setini*, quod hodiè *la Cavata* vocant, exoneravit; & ſic ſtatus ſui agros, à tam diuturna aquarum tyrannide liberatos, in priſtinam culturæ libertatem, quod intenderat, etſi non ſine ingenti *Setinorum* gravamine reſtituit.

Sub Bonifacio VIII Pont: exſiccatio quinta partialis peracta fuit.

Defuncto *Bonifacio* VIII, *Setini* aquarum detrimento aggravati tàm impigrè cauſam ſuam apud Sedem Apoſtolicam egerunt, ut ſequentes Pontifices, *Eugenius IV*, *Calliſtus III*, *Pius II*, & *Siſtus IV*, litem per bullas, quæ in hunc uſque diem in *Setiæ* archivio conſervantur, expediendam duxerint. Tenor bullarum hic erat, ut ad utrique confinium populorum parti ſatisfaciendum novum flumen fieret, veluti territoriorum, tàm *Sermonetæ* quàm *Setiæ* communis rerminus; ac prætereà utriuſque dicti territorii paluſtrem humorem, in veterem illum *Nymphæi fluminis* alveum, quem hodiè *Rio del Rè Martino* vocant, exoneraret. Verùm intereà, compoſitis inter dicta territoria litibus, & pace ſtabilita, Oſtium dicti fluminis obſtructum, *Setinis* præter propriam induſtriam nullam aliam ab importuno inundationis hoſpite ſe eximendi ſpem reliquit. Quarè conſilio inito mox publicis expenſis diverſas foſſas fieri debere decreverunt, ut aquis, quas in ſui territorii campos *Bonifacius VIII* derivarat, exoneratis, ſe contra damnoſam inundationem hoc oportuno remedio tutarentur. Et certè res ad votum accidit: ſiquidem haud exiguum paluſtrium aquarum ſpatium ab aquis vindicatum, ad cultum

Setini ſextam exſiccationem moliuntur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

tum ſummo ſanè *Setinorum* emolumento revocatum fuit, & haud dubiè totum negotium ad exitum perduxiſſent, niſi diſſidia & diſcordia, tum *Setinorum* inter ſe, tum cum vicinis principibus denuò exorta totum interturbaſſent; atque adeò concordia res parvas creſcere, diſcordia magnas perdi, iis optimo jure applicari potuerit. Nam qui ex Bonificatoribus, ut vocant, in ſicco campos jam ſuos collocarant, ulteriorem paludum exſiccationem tanquam ſummo ſibi in lucro acquirendo præjudicio futuram, aliiſque neſcio quibus frivolis prætextibus omnibus modis impedire conati ſunt. Piſcatores quoque non camporum ſed lacuum deſiderio perciti nullum non lapidem moverunt, ut tam laudabile inſtitutum irritum redderent; hoc unicum timentes, nè ſi paludes in campos reducerentur, omni lucro ſeſe intra breve tempus, ex annua piſcium captura comparato exutos viderent, undè ruptis malignè aggeribus, qui in ſicco jam ſtabant, campos nova repleverunt inundationis illuvie, impigrè eos ad hoc non tantum ſollicitantibus, ſed & pecuniâ veluti perverſæ machinationis præmio propoſitâ corrumpentibus adverſæ partis æmulis, ita ut *Setinis* turrim eo in loco, ubi *Cavata* & *Cavatella*, principes fluvii, proximè junguntur, & in quo maximum aggeribus periculum immineret contra violentam invaſionem & hoſtiles machinationes extruere opus fuerit; quæ & in hunc diem ſufficienti munita præſidio perſiſtit. Terra itaq; & aqua alterna invaſione de ſtationis poſſeſſione confligentibus, tandem *Sixtus V*, ſapientiſſimus Pontifex mundo exortus, pro ingenti & prorſus heroica animi ſui magnitudine, poſt innumera quà ſacra quà profana, quibus *Romam* exornavit monumenta ad *paludum* quoque *Pomptinarum* exſiccationem jam multis ante ſeculis à diverſis peractam animum quoque ſuum, circa ea tantum, quæ natura vel ars negaſſet, & humana potentia vix fieri crederentur,

Diſcordia præclarorum molimimum turbatrix.

Invidiæ conatus.

Sub Sixto V exſiccatio ſeptima.

occupatum adjecit, & ut negotium ardentius in executionem mitteretur, ipſe in propria perſona exſiccanda loca, ad opus præſentia ſua urgendum, adeunda duxit. Et poſt maturam ſingulorum conſiderationem, informationemque de ſingulis acceptam, negotium felici ſuo & prorſus divino conſilio auſpicatus, foſſam novam, quæ & in hunc diem ab ejus nomine, *il fiume de Siſto*, id eſt, *flumen Sixtinum* dicitur, fieri præcepit. Sed uti rerum humanarum incertus exitus, ſic & morte præventus Pontifex, uti foſſam jam ferè ad mare deductam ad optatum finem deducere non licuit; ſic præcelſa in magnifico pectore concepta molimina ſucceſſoribus in executionem mandanda reliquit. Quod tamen opus, ſi vita ſuperfuiſſet, tam excelſus animus, quantum ex ingenioſa negotii diſpoſitione mihi concipere licuit, haud dubiè vel ad veterum, ſi ità loqui liceat, invidiam præſtitiſſet. Tandem ſub *Vrbano VIII* fama loci & lucri ſpe allecti *Batavi* operam ſuam in paludibus ſiccandis obtulerunt. Et ſanè ob ſummam, quam hujuſmodi in rebus habent experientiam, negotium facilè confeciſſent, ſi Pontifex propoſitis ab iis conditionibus ſubſcribere & voluiſſet & potuiſſet. Vltimus tandem hiſce acceſſit Nobilis & Illuſtris Dñus *Henricus Pellens Belga*: hic ingenti lucri, quod ex hujuſmodi *Paludũ* exſiccatione obtineri poſſet, ſpe allectus animatuſque, negotium jam penè deſperatum ad incudem reducens, ſuam in exſiccandis paludibus bonificandiſque operam ſcripto exhibuit cameræ Apoſtolicæ, quæ de modo ac ratione procedendi, item de emolumento inde Cameræ reſultante cæteriſque ſcripto datis conditionibus probe inſtructa, votis ejus tandem annuens concepta molimina authentico privilegio confirmavit. Quo obtento mox cum Nergotiatoribus *Belgis Bataviſque* ſocietate inita, unanimi omnium contributione opus inchoavit; & jam omnibus rebus ad opus proſequendum neceſſariis, non

Mors præclarè cœpta interrumpit.

Batavorum *in ſiccandis paludibus rejecta opera.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

exiguis ſumptibus comparatis, dum ex *Belgio* operas hoc in genere laborum probè exercitatos exſpectat. Ecce uti incerta eſt hominum diſpoſitio, ita quoque morbo, quem ex paludoſi aëris inclementia & malignitate contraxerat, extinctus, negotium magnæ molis, immatura morte irritum evanidumque reliquit. Manſit itaque totum negotium in hæc uſque tempora ſuſpenſum:

A privatis bonificantibus octava exſiccatio tentatur.

Quamvis interea non defuerint, qui inita ſocietate in hunc uſque diem bonificationem, ut vocant, non ſine utilitate & emolumento promoveant. Verùm uti difficile eſt, res arduas à privatis ſine capite feliciter & cum ſperato fructu peragere, ſic quoque bonificatoribus modernis diffidentia & invidia diſſidentibus, & de meliori portione concertantibus, negotium quoque ſuam patitur remoram.

Diſcordia & invidia turbatrix omnium.

Accedit hiſce jam toties cantata de poſſibilitate rei contentio, quâ nonnulli inſtitutum veluti deſperatum non tantum malignè ſugillare, ſed & alios à ſocietate cum bonificatoribus ineunda, omnibus modis avertere conantur. Undè complures, quorum intereſt jam, ab anno ferè me continuis ſollicitant precibus, ut quid in negotio tàm ambiguo factu optimum videatur, diſpicerem.

Autoris conſilium & ſententia petitur.

Victus tandem aſſidua imò armata deprecatione, manus dedi; nè verò in tanti momenti negotio præceps judicium darem, ipſe omnia prius propriis oculis exploranda duxi. Anno itaque 1650 quintâ Novembris, ſepoſitis aliquantis, per ſeverioribus muſis, *Setiam* me contuli, omnem *paludum* rationem excepi, *Vſentem* ligno divagatus, littorum, fluminis, foſſarum & paludoſi campi conditionem ſummo ſtudio conſideravi. *Viæ Appiæ* ſitum & diſpoſitionem curioſè rimatus ſum, & quid tandem obſervarim, quamque in ſiccandis paludibus rationem tenendam, & num ſucceſſum ſperatum ſortiri poſſit cœptum negotium, pro ea affectus, quâ in publicum bonum feror, pronitate, ſequenti diſcurſu declarandum conſtitui.

Auctoris in loci natura indaganda induſtria.

CAPUT III,

Vtrum Paludes Pontinæ *hodiè ſiccari queant, & ad culturam priſtinam revocari.*

HIs in rebus, quæ magnam & inſuperabilem difficultatem adjunctam habere videntur, quæri ante omnia ſolet, ſitne res factu poſſibilis, an non? ſi poſterius, omnem continuò quæſtionem ceſſare neceſſe eſt: imò ſtolidus omnium opinione foret, qui in re, in humanam potentiam non cadente, propoſitũ ſuum ulterius proſequeretur. Si prius, Certum eſt, modum & rationem inveniri poſſe, quâ in effectum deduci poſſit propoſitæ quæſtionis inſtitutum. Cum itaque haud abſimilis nobis hoc loco quæſtio agitanda ſit, primò videndũ eſt, utrum locus culturæ recipiendæ aptus ſit, utrũ non, de quo tres ſunt ſententiæ.

Variæ ſententiæ de poſſibilitate exſiccationis paludum.

Nonnulli omnem prorſus ſpem adimunt in inſtituti proſecutione ad finem perducenda: Quidam contrà experientiâ, rem non factu tantum poſſibilem, ſed & fieri continuò, & factum eſſe, variis exemplis demonſtrant. Sunt denique, qui rem quidem non omninò factu impoſſibilem, ſed ob ſummas & inextricabiles difficultates expenſaſque, tùm in eodem conſervando faciendas, non niſi ægrè in effectum deduci poſſe aſſerant. ſingulorum hoc loco ſententias & rationes allegabimus, ut quod factu optimum videatur, tandem diſcerni poſſit. Qui negotium fieri nulla ratione poſſe exiſtimant: has aſſignant rationes.

Rationes Negantium poſſibilitatem.

Prima eſt, quod cùm mare multò terra campeſtri altius ſit, conſequenter neceſſariam maris regurgitationem evitare non poſſit. Altera ratio eſt, quod campi occultis ſcaturiginibus obnoxii ſint,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

ſint, contra quas nullum ſuperſit humanæ potentiæ remedium, cum dictæ ſcaturigines perpetuæ ſint, ac à natura dictis in locis ſuam obtinuerint per ſubterraneos meatus exonerationem. Tertia eſt, vicinorum montium aquis prægnantium perpetui & continuati rivi, quibus coërcendis nulli quantumvis alti fluminum aggeres ſufficiant. His alii contrarias opponunt rationes, quarum hanc præcipuam ſub irrefragabilis argumenti forma convincere putant: Quod nullis non ſæculis factum eſſe reperitur, id ipſum & hodierna die fieri poſſe nemo jure negare poteſt; ſed omnibus retrò ſæculis, nullo non tempore hanc *paludum* exſiccationem peractam, campoſque culturæ in ſummum non *Romanæ* tantum *Vrbis*, ſed & totius *Latii* vicinarumque partium emolumentum habiles redditos, hiſtoriæ docent: ac conſequenter, quod ſæpius factum eſt, id hodierna die fieri quoque poſſe, nemo prudens negaverit; niſi quis naturam rerum hodiè immutatam velit. Alii denique non quidem impoſſibilitatem, ſed difficultatem rei hiſce rationibus exponunt; quarum hanc maximè nervoſam putant, quod poſt tot exſiccationes nullis non temporibus peractas, aqua tamen ſemper priſtinam ſtationem repetierit, manifeſtum indicium, inundationis proſcriptionem ſperari non poſſe, aquis ſemper ſive per occultos meatus ventorum marinorum impulſu regurgitantibus, ſive terra ex ſeipſa humidum attractu quodã ſympathico parturiente. Atque hæ ſunt potiſſimum rationes, quibus in utramque partem hujus controverſiæ arbitri decertant. Quarè quid nobis, qui omnia prius ſummo ſtudio luſtravimus, circa agitatam quæſtionem videatur, paucis æquo Lectori aperio.

Aſſerentium poſſibilitatem rationes.

Rationes Adſerentium difficultatem.

Sententia Auctoris.

Certum & indubitatum eſt apud omnes rerum phyſicarum peritos, naturam in magnis campeſtrium locorum planitiebus, plerumque lacus quoſdam eo fine ordinaſſe, ut arida circumſita tellus, veluti ex uberibus quibuſdam debitum ſibi nutrimentum attrahens generationi vegetabilium apta redderetur. Atque hi lacus, uti ex vicinis montibus originem ſuam perpetua affluxus continuatione nanciſcuntur, ità fieri quoque non poteſt, ut quod natura perpetuò & providè diſpoſuit, humani ingenii artiſque induſtria quacunque ratione immutetur. Tales ſunt in *agro Pomptino* lacunæ, quæ originem præbent fluviis, *Vfenti*, *Amaſeno*, *Nymphæo*, cœteriſque, quas inter & lacus vulgò dictus *il lago di Fogliano* adnumerari poteſt. De his certum eſt, uti benè primæ claſſis arbitri adſtruunt, nullam quæſtionem moveri poſſe, cum iſtiuſmodi audere, ſit ipſi naturæ reluctanti vim inferre. Quæſtio itaque tantum hoc loco nobis eſt, de paludoſa aquarum illuvie, quæ totum ferè hujus loci ſpacium occupavit ex accidenti ſuperaffuſa: Utrum videlicet proſcriptis aquis ſpes reliqua ſit camporum ad priſtinam culturam revocandorum. Quæ ut tandem decidatur,

Dico primò cum ſecundæ claſſis arbitris, quod alias perfectè præſtitum fuit, id hoc eodem tempore quoque fieri poſſe, cum natura in nullo ſit mutata: ſed & *Claud. Appium* & *Corn. Cethegum* conſules, uti & *Auguſtum*, & *Theodoricum* Regem, & haſce *paludes* exſiccaſſe & ad culturam reduxiſſe, quod idem poſteris temporibus à diverſis tentatum perfectumque fuiſſe copioſè in præcedentibus oſtendimus: quod itaque alias factum eſt, id hodiè quoque fieri poſſe, ſi legibus naturæ ſtare velimus, concedi debet. Quarè nihil aliud reliquum eſt, niſi ut modos, quos nobis contrariæ opinionis arbitri opponunt, hoc loco diſſolvamus; quo quidem præſtito, ad propoſitum nobis ſcopum nos perventuros nihil dubitamus.

Diſcurſus de molimine Pellens.

Prima itaque contrariæ partis Ratio hæc eſt. Cum *Campi Pomptini* multò mari depreſſiores ſint, eæ ut exſiccentur, fieri non poſſe videtur; cum mare

Diluuntur Rationes oppoſitæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

utpote terra hac altius ad haſce lacunas opplendas naturali quodam impetu & pronitate feratur. Sed hanc rationem nihil ſoliditatis habere indè convincitur; ſi enim mare hoc terreno altius eſſet, flumina nunquam exitum ſuum invenire poſſent, imò neceſſariò contingeret aquas fluminum mari veluti vallo quodam & aggere circundatas neceſſariò in ſe ipſas refluxuras: ac proinde futurum fuiſſet, ut univerſa hæc planities, ob coacervatarum continuò fluentium aquarum augmentum, jam dudum & à principio in mare evaſiſſet; cum ea natura ſit humoris, ut quieſcere non poſſe videatur, donec hnmilioribus locis repletis ſuperficiem maris adæquet. Hoc autem in hiſce campis minimè fieri experientia docet ex decurſu fluminum, quorum quatuor, poſtquam longis ambagibus agros irrigarunt, omnes tandem in mare ſe exonerant: in mare autẽ non ſe exonerarent, ſi terreſtribus partibus id altius foret, niſi quis dicat dicta flumina aſcenſu quodam violento & contra naturam mare petere, quod ignari, nè dicam ſtolidi hominis foret aſſerere. Vel igitur terram hanc mari altiorem concedent, vel fateri cogentur illam præternaturalem verſus mare aſcenſionem, vel eorundem in ſe ipſa refluxionem; quorum illud uti abſurdum eſt, ita hoc perpetuæ experientiæ & ſenſibus manifeſtè repugnat.

Mare quandoque terrâ altius.

Non ignoro tamen terram ſubindè, ut in quibuſdam *Hollandiæ* locis, mari depreſſiorem eſſe: ſed novi quoque terram aggerum beneficio ita terra marique munitam vallatamque eſſe, ut ex nulla parte aquarum injuriis, niſi perfractis aggeribus obnoxia eſſe poſſit, quod in omnibus terrenis ſimilis conſtitutionis portionibus, ſi dicta ratione muniantur, locique conditio id permittat, fieri poſſe, non negavero. Ad alteram contrariæ patris rationem quod attinet, campos videlicet occultis ſubterraneorum meatuum ſcaturiginibus obnoxios eſſe, experientiæ pariter reclamat (exceptis tamen iis lacunis nativis, à natura ut ſupra diximus in bonum camporum ordinatis) datis enim perpetuis hiſce ſubterraneis ſcaturiginibus, univerſam hanc planitiem in perpetuum quendam & inexhauſtum lacum jam dudum evaſiſſe concedendum eſſet, quod tamen falſum toties repetitæ exſiccationes ſatis ſuperque demonſtrant. Quod verò alii prætendant expenſas nimias in difficili hoc opere faciendas; ij norint quoque emolumentum indè emanans millecuplo majus, ut poſteà oſtendemus, omnem facilè ſumptuum in penſorum æſtimationem refuſurum.

Refutatur ratio 2da.

Atque hæ ſunt Rationes præcipuæ, quas ad impoſſibilitatem negotii adſtruendam adducere ſolent, quibus quidem everſis, ratum fixumque manet, paludes dictas nullo non tempore & exſiccatas, & hodiè exſiccari poſſe. Qua verò ratione & modo id commodè inſtitui poſſit, tunc aperiam, ubi prius rationes, ob quas toties dicti campi reſtagnarint, adduxero.

Rationes, cur toties dicti campi reſtagnarint.

Ita humanis rebus comparatum eſt, ut nihil adeò firmum & ſolidum, nihil adeò cultum diu ſubſiſtere poſſit, niſi providentia & cura hominum continuo id ſartum tectum conſervare ſtudeat; patet id in fabricis, quæ niſi perpetuò incolantur, aut ſæpius à damnis extrinſecis, quibus expoſitæ ſunt, muniantur, ſibi ipſis ruinam minantur: patet in campis agriſque, qui niſi ſummo ſtudio excolantur, mox vepribus, ſpinis, & tribulis vaſtati, ac degenere indole in ſenticeta ac virgulteta ſylveſcunt: patet in fluminibus, quæ niſi aggeribus extructis coërcita ab ambitioſa herbarum luxurie vindicentur, inundatione facta in ſqualorem & extremam vaſtitatem circumjacentes campos deducant. Solent autem quatuor potiſſimum cauſæ tantorum damnorum aſſignari. Quarum prima eſt, pernicioſa peſtis contagio, quæ dum integras ſubindè urbes, domos, familias graſſando depopuletur; mirum non eſt, deficientibus hominibus & ipſas urbes, domus,

Humana omnia caduca.

4 Cauſæ deſolationis. 1ma Peſtis.

domus, familias, campos auxilio neceſſario deſtitutos unà mox deficere, & in vaſtitatem redigi. Altera ratio bellorum ſævities eſt; quâ præter vaſtitatem, quam inimica poteſtas infert, homines vel extincti, vel ad incitas redacti tum malorum impendentium motu, tum paupertatis & inopiæ rerum omnium neceſſitate alio tranſmigrare coguntur; ſic fit ut deſertæ urbes, exuſtæ habitationes, campi deſtructi neceſſarium interitum ſubeant, non exiſtentibus, qui tot tantiſque malis oportuno remedio manus admoveant.

2da, Bella.

Tertià Ratio ſunt partim confinium populorum diſſidia; qui fraude, malitia & invidia agitati, nihil non agunt, niſi ut unus alterius emolumenta per malignas machinationes quibuſcunque poſſit modis deſtruat: partim ipſarum urbium inteſtina bella & diſcordiæ civiles, quibus fit, ut ſpretis conſiliis in publicum bonum directis, omnia tandem in confuſionem & ultimam ruinam deducantur.

3a, Diſcordia & invidia incolarum & accolarum.

Quarta ratio eſt vel ipſa natura, vel caſus fortuitus; natura vaſtitatem inducit per imbrium pluviarumque continuarum diuturnitatem, qua ruptis aggeribus inundantia flumina campos inevitabili neceſſitate infeſtant; mare quoque ventorum impetu ſollicitatum conſtitutos ſibi terminos prætergreſſum, ſuam in terreſtres planities, qua data porta, illuviem diffundit. Quibus quidem incommodis nemo facilè occurrerit, niſi Princeps quiſpiam ſupremus; qui viribus & potentia armatus bella cohibeat, arcibuſque & fortalitiis, iis in locis, in quibus aditûs hoſtilis cum primis periculum imminet, extructis, hoc pacto hoſtiles conatus retundat: prætereà contagionis cauſas & pericula ſumma ſollicitudine removeat: periculoſa tum partium adverſarum, tum inteſtina ſubditorum diſſidia rigoroſis legibus compeſcat; & ſi quandoque deliquerint, aut legibus ſtatutiſque contravenerint, ſeverè puniat; contra naturæ quoque injurias arte ſe muniat, aggeribus ad maris fluminumque rabiem compeſcendam extructis. Quibus quidem ſummo ſtudio & vigilantia peractis, non eſt dubium, quin intentum negotium cum ſperato fructu & emolumento, non tantum in effectum deduci, ſed & deductum perpetuò conſervari poſſit.

4a, Natura ipſa mutabilitati obnoxia.

Hiſce incommodis univerſalibus non niſi magna Principis potentia ac induſtria poterit obviare.

Dixi ſubindè fortuito caſu ingentia damna hujuſmodi campos incurrere. Hujus nobis exemplum præbuit poſſeſſio Cardinalis *Pepoli.* hic poſt paludes dominio ſuo ſubjectas, cum ad culturam magni proventus revocaſſet, locuſque ulterius colendus arboribus, virgultis, arundinetis in magnam vaſtitatẽ degeneraſſet, remedium quæſiturus ignem materiæ combuſtibili ſubmovit, quo quidem emolumentum intendens, irreparabile damnum invenit. Nam ignis voracitate quadam inſtabili ipſas ſubterraneas arborum radices invadens, dum per intimas truncorum fibras ſerpit, mirandum præbuit haud exiguo tempore occulti incendii ſpectaculum: horridum erat ſpectare arbores prægrandes inferius ſemiuſtas, ſuperius viriditate luxuriantes, tandem conſumptis igne radicibus unam ſuper alteram cadere: vidiſſes aquam cum igne veluti amicitia contracta in communem perniciem conſpiraſſe. Quo quidem factum eſt, ut terra exeſa excavataque tam notabile depreſſionis ſuæ damnum acceperit, ut cum ingenti jactura in hunc uſque diem uſui eſſe non potuerit: aqua enim ſive pluviarum, ſive torrentium aliundè traductorum vi, ſemiuſtæ telluris ſe inferens cavitatibus, atque ibidem ſtabulata, agrum ſquallidum & omnibus remediis deſtitutum reliquit. Viſis itaque cauſis & rationibus cur *Campi Pomptini* ad culturam reducti, ſemper tamen redundaverint, modò nobis tractandum reſtat, quibus modis, quâ ingenii induſtriâ non tantum ſiccari, ſed & ſiccati in perpetua culturæ felicitate conſervari poſſint.

Caſus mirabilis.

Laudabilis conatus ſucceſſu carens.

CAPUT

CAPUT IV,

De modo, ratione, viribus atque induſtriis, quibus Pomptinæ Paludes *ad perpe.uam culturam reduci queant.*

Experientia rerum Magiſtra.

MAgnum in arduis rebus expediendis ſubſidium rerum experientia eſt. Qui non vidit admiranda *Batavorum* non dicam in paludibus, ſed vel in ipſius Oceani ſinibus exſiccandis feliciter peracta molimina, in animum quoque inducere non poterit fieri poſſe, ut quis *Pomptinarum paludum* negotium tàm arduum & tot difficultatibus intricatum ad umbilicum perducat. Teſtantur hæc campi juxta *Claremontium* in *Alvernia Franciæ*, & *Inſulæ Arelatenſis*, quæ vulgò *Comargo* dicitur, longè lateque cum maximo incolarum detrimento ſtagnantes, qui ſuperioribus annis, ingenioſorum hominum induſtria ad culturam revocati, dictis regionibus non ingens tantum emolumentum, ſed & aëris bonitatem maximo indigenarum commodo, quod unice deſiderabatur, contulerunt. Mechanicam ſanè hodierna die innumerabili inventionum varietate tripudiantem, ad eum excellentiæ gradum evectam videmus, ut nihil ei in auſibus etiam omnium opinione temerariijs denegatum videatur: hæc legem ponit aquis, fluvios transfert, novos fundat, profundas aquarum voragines ſiccat, aquis in mare undè ſe diffuderant, refuſis. Quæ quidem cum notiſſima ſint, iis non immorabimur. Sed hujuſmodi celebrium nationum rerum geſtarum exemplum ſecuti, hoc loco de modo & ratione, de inſtrumentis mechanicis, quibus tandem ad optatum finem in inſtituto negotio pertingere valeamus, quantum ingenii vires permittent, nobis diſceptandum eſt. Quod ut quàm optimè fiat, ab ovo, ut dici ſolet, rem ordiamur.

Batavorũ in exſiccandis paludibus induſtria Mechanica.

Neceſſaria ad exſiccandas paludes.

1. Sagax Architectus.

Ad negotium itaque ritè expediendum, primò ante omnia opus eſt Architecto ingenio ſagaci & verſatili, qui primò naturam locorum probè cognitam habeat, declivitatem locorum exactè explorare noverit, Cauſam quoque inundationis haud ignoret, ut incommodis indè provenientibus, opportunis remediis occurrere poſſit. Sit Geometriæ, Arithmeticæ, phyſicæ, mechanicæ haud imperitus, cui adjungimus ſumptuum cum ſufficienti operarum auxilio, ſubſidium neceſſarium, quibus in tanta machinatione parcere, eſt opus nunquam ad deſideratum finem perducere. His itaque duobus freti, quomodò negotium nobis propoſitum tandem conficiendum exiſtimemus videamus.

2. Sumptus neceſſarii.

Sunt in tota hæc inundata planitie præter ſuperacitatos fluvios plurimæ foſſæ jam ab antiquis in bonificationis finem effectæ; quarum prima & omnium maxima, vulgò *Rio del Rè Martino*, olim *Nymphæus* dicebatur, qui originem ſuam nactus ex *lacu Nymphæo*, & per ſylvoſa loca deductus, tandem in *lacum Follianum* exonerabatur. Hodiè magna ex parte ob aquas ejuſdem alio derivatas, ſiccus eſt, & præter cavitatem alvei ſatis amplam nihil ferè aquarum continet. Qui quidem ſi inſtauraretur, ad omnes paludes in Vicinos campos diffuſas in ſe derivandas ſufficientiſſimus foret. Verùm *Sixtus V*, ſive ſumptibus, ſive aliis de cauſis territus eo relicto, ſapientiſſimo ſanè conſilio aliam foſſam, quam à ſuo nomine *Sixtinam* appellari voluit, molitus eſt per medias paludes deductam, quod tamen opus morte præventus ad finem perducere non potuit; hoc tamen ſi perduxiſſet; haud dubiè ingentem hoc tempore in camporum cultura effectum vidiſſemus. Sunt prætereà duæ foſſæ, verius flumina, quarum prior *Cavata*; altera *Cavatella* vulgò dicitur,

Rivus Nymphæus.

Vulgo de Fogliano.

Foſſa Sixtina.

Cavata & Cavatella *Foſſæ*.

dicitur, quæ ex *Sermonetanis montibus* originem nacta, per paludes tandem partim in *Vſentem* partim in *flumen Sixti* evoluta, aquas circumvicinas cum magno regionis commodo excipiunt, avehuntque.

Ufens flu. *Vſens* verò, vulgò *il Portatore*, originem ſuam ex *lacu Setino* ducens, omnes in *Terracinenſis territorii* effuſas paludes, unà cum *Amaſeno* ex *Privernenſi territorio* proruente, collectas in mare tandem deponit. Reliquæ foſſæ ſive torrentes in intermediis campis à diverſis effecti, quos *Circundarios* vocant, cum recenſitis ferè ſemper communicant, adeò quidem, ut præter dicta flumina ſive foſſas, novas fieri ſuperfluum judicem. ſi enim dicta flumina mediis congruis purgarentur, facilè omnem paluſtrium aquarum molem in ſe derivatam abducere poſſent, & intentæ negotiationis finem imponere. Hoc pacto *flumen Sixti*, unà cum foſſis participantibus in mare deductum, facilè aquas in *territorio Setino* diffuſas ſecum abduceret. *Vſens* verò cum *Amaſeno*, *territorio Terracinenſi* dominantes aquas intra alveum ſuum conditas, atque in mare depoſitas devehens, hoc pacto terram à tyrannide liberaret, partitiſque juribus totam planitiem priſtinæ libertati reſtitueret.

Hollandorum *promiſſa exſiccatio non acceptata.* *Hollandi* ſive *Batavi* ſub *Urbano VIII*, non tantum paludum totalem exſiccationem, ſed & flumina eo ingenio adaptare ſpondebant, ut totus tractus manibus ultrò citroque non ſine ingenti mercatorum commodo pervius redderetur, ſed eo cum onere & conditionibus, quibus cum Pontifex ſubſcribere non poſſet, negotium meritò intactum manſit. Conſilium erat ſanè argutiſſimum ex *Nympheo lacu* flumen novum aperire, illudque conjungere *Vſenti*, ita ut 30 milliarum ſpatium navibus etiam grandioribus eſſet pervium, deindè foſſas tranſverſas ordinare conſtituerant, quæ cum exitum in mare haberent, facile omnem campeſtrium aquarum illuviem ſecum deducentes, terram culturæ aptam relinquerent. Sed ut dixi negotium ob conditiones, quibus ſubſcribi non potuit, intactum permanſit. Quomodò itaque negotium hucuſque deſperatum tandem ad finem perduci poſſet, videamus.

Cum *Vſens fluvius* maximi in hoc negotio momenti & conſiderationis ſit, ab eo ordiemur. Naſcitur is, ut ſæpius dixi, in radice *montis Setini*, & viam ſuam carpit per medias paludes, qui auctus juxta *Terracinam Amaſeno fluvio*, tandem ibidem in mare devolvitur. Ufentis Fluvii *examen.*

Hic itaque cum paludoſis aquis in ſe ſit derivandis aptiſſimus, nihil aliud requiri videtur, niſi ut fluvius exſtirpatis herbarum radicibus, arena limoque quibus ſcatet purgatus, ſufficientem alvei profunditatem obtineat, deindè ut aggeribus utrinque congeſtis probè muniatur. Aggeri autem materiam ipſa fluminis excrementa, hoc eſt, egeſta materia ſuppeditabit.

Limo terraque, uti & radicibus juncorum, arundinumque exſtirpatis, uti alveus fluminis continuò evadet profundior, ità & aggeres altiorem quoque obtinebunt conſiſtentiam. Et quoniam materia limi & arenæ egeſta flaccidior eſt, quàm ut ſe ſola ſine vinculo conſiſtere poſſit; hinc arbores, virgulta, ſenticeta aggeribus implantanda ſunt, fietque ut mutuò radicum amplexu terreſtris materia aggerque conſtrictus cum tempore non perpetuam tantum durationem, ſed & utilitatem cum amœnitate & itinerantium commodo junctam obtineat. Experientia autem docet, arbores huic negotio præ cœteris commodiores eſſe abietes, ulmos, populos, ſalices, quæ cum ſe naturali ſympathia ſuſtineant, & aquarum appetentiores ſint, ſic radices quoque radicibus connexæ & multiplici fœtura luxuriantes, incredibilem firmitatem aggeribus conciliare ſolent. Idem dicendum de *flumine Sixti*, quod uti ſapientiſſimo ſanè conſilio Pontifex eo ductu, quo id hodierna die miramur, conſti-

Alvei conficiendi ratio.

Arbores aptæ ad aggeres conſtruendos.

Sixti flumen *quoque huic negotio aptiſſimum.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14


conſtituit, ita quoque non mutandum, ſed aggeribus uti *Vfentem* probè muniendum exiſtimem. Quoniam verò ſubindè flumina in tantum intumeſcunt, ut aggeres ipſos tranſcendentia inundatione ſua notabile agris damnum inferant. Contra hanc primò hoc remedium eſſe poſſet, ſi juxta aggeres utrinque congeſtos, novæ foſſæ laterales veluti exundantium aquarum quædam receptacula efficerentur: quemadmodum ſupra juxta *viam Appiam Auguſtum* confeciſſe oſtendimus, eodemque quo hæc ſcribimus tempore juxta *foſſam Sixti*, à privatis bonificatoribus in praxin redigitur. Quod itaque de hiſce duobus fluminibus præſcripſimus, id in reliquis quoque fluminibus, quæ *Cavata* & *Cavatella* vocant, obſervandum eſt. Præterea tranſverſæ foſſæ utrinque dictis fluminibus communicantes hoc ingenio confici debent. Exploretur primò, quonam in camporum tractu maxima ſtabuletur aquarum illuvies, quâ inventa, utrinque foſſæ fiant, præcipuis, ut dixi, fluminibus tranſverſim communicantes; ſic fiet, ut aqua inter eas derivata campos moleſto hoſpite liberos relinquat. Quod ſi ſtagnantes aquæ profundiores fuerint, quàm ut in dicta flumina per foſſas derivari poſſint; hoc ſuademus remedium. Fiat molendinum ventoſum, *id eſt*, quod vento incitetur, quo paſſim in *Belgia* & cœteris *inferioris Germaniæ* partibus utuntur, hoc concinnatum ingeniò. Duplicata Anthlea ſive tumba, ut vulgò vocant, inſtructum ſit, quæ in fundo aquæ plantari debet. ſic machina ventis, qui in hac aperta camporum planitie continui ſunt, uti indeſinenti motu agitatur, ſic perpetuò quoque anthleam ad evomendas aquas coget. Molendini figuram hic appoſitam contemplare. Aquæ verò evomitæ, in anales ligneos derivatæ, optatum præſtabunt effectum. Si verò plura eſſent hujuſmodi aquarum latibula, plures quoque dictæ machinę ad negotium citius conficiendū ordinari poſſent. Hoc pacto *Batavi* campos ingentes inundatione ſquallidos exſiccare ſolent. Si verò hæc machina majorum expenſarum eſſe videretur, cochleæ aquaticæ à jumentis vel hominibus circumactæ, vel rotæ hauſtris probè inſtructæ adhiberi poſſent; ſed molendina commodiora omnium judicio habentur, cum ſeipſis laborent, neque neceſſariam alicujus aſſiſtentiam requirant, toto illo tempore, quo unus & idem ventus ſpirat: eo verò mutato, per quempiam in hunc finem deputatum machina vento adaptari debet: undè ea arte conſtruitur, ut unius vectis ope tota machina in quamcunque partem volueris facillimo negotio detorqueatur. Atque hiſce artificiis & machinamentis adhibitis, nullum dubium eſt, quin dicti campi aquis exuti, brevi tempore culturam debitam ſint conſecuturi; ſed unum hoc loco uti maximi in hoc negotio momenti, ſic ſummo quoque ſtudio & diligentia pertractandum eſt. Suntque fluminum ex ea parte, qua in mare ſe exonerant, oſtia. Hiſce enim non probè munitis, oleum & operam non immeritò quiſpiam in aquis derivandis perdat. Nam ſi dicta oſtia, uti in *Vfentis* oſtio comperi, mari recta opponantur, fiet ut ventus marinus oſtiis dominans, undas undis obtrudat; Undè ingens continuò aquarum contrariarum conflictus enaſcitur. Nam fluctus marini uti impetuoſiores, ſic fortiores, debiliores fluminum undas continuò retundentes, tandem parta quaſi victoria, eaſdem retroactas ſtationem relinquere cogunt; undè veluti vallo quodam aquoſo circundata flumina, neceſſariam & inevitabilem inundationem in campos qua data porta diffuſa cauſabunt. Quam experientia non tantum in *Tyberi*, ſed & in omnibus aliis fluminum oſtiis ventis pernicioſis obnoxiis docet. Quis itaque modus, quod contra importunum hunc inimicum remedium eſſe poſſet, aperire tentabo. Primùm natura nos docet, in magnorum amnium oſtiis, ſiquidem expe-

Contra inundationem medium aptum.

Molendina aquis evacuandis inventa.

Impedimentis obviandum.

Fluminum oſtia æſtu maris ventiſque contrariis intumeſcunt.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

experientia conſtat, maxima totius mundi flumina, *Rhenum*, *Danubium*, *Padum*, *Rhodanum*, *Nilum*, *Euphratem*, *Indum*, *Boryſthenem*, alioſque, uti ex geographicis tabulis patet, cum ingenti aquarum mole gravata obvio ſive maris ſive Oceani furori reſiſtere nequeant, quaſi naturæ quodam inſtinctu, in varios alveos uti diviſa, ſic & in plura oſtia abire, ac veluti in diverſos rivos diſcriminata diverti, ut ſi in uno aliquo oſtio maris reſiſtentiam inveniant, reliquis veluti diverticulis quibuſdam, libero aliundè quæſito exitu aquas deponant. Hinc ut plurimum obliquis longiſque ductibus feruntur, nè ſimul omnia ab eodem vento obſtruantur. Idem ergò nobis in hoc noſtro propoſito negotio præſtandum eſt arte, quòd magna illa flumina natura dictante præſtare novimus.

Ars naturam imitetur.

Exitus Ufentis & Sixtini fluvii *dividendi.*

Flumina itaque *Vſens* & *Sixtinum*, nè obvii venti impetu incurſuque retardentur paulò ante in mare introitum in plures foſſas diviſa eo ingenio deducenda ſunt, ut obliquo meatu in diverſis littoris marini partibus aquas depoſitas exonerent. ſic fiet ut etiamſi ex uno fluminis oſtio undæ retundantur, retuſæ tamen alteri mox foſſæ diverticulo redditæ, indè ſecuro exitu mari inſinuentur. Verùm cum nec ſic oſtia contra maris ferociam, omni ex parte tuta ſint, hinc alterum remedium adhibendum, ut ſequitur. In dictis oſtiis clathra lignea, quas palificatas vulgò, *Vitruvius* palationem appellat, triplici aut quadruplici ordine conſtituenda ſunt; iis enim marini fluctus veluti carminati, ac mox atque illis illiduntur extincti retroactique liberam flumini in mare ſe exonerandi poteſtatem faciunt; atque tale machinamentum omnium maximè ſingulare ad maris contumaciam refrenandam remedium eſt. Nè verò ſucceſſu temporis lignea illa clathra in putredinem humidi continua roſione degenerent, contra hanc remedium habebitur ſecurum ac perpetuum, ſi videlicet dicta clathra ex ligno alnino aut querno conficiantur: hujuſmodi enim lignum intra aquas non tantum nulli putredini obnoxium eſt, ſed talem induit duritiem, ut in ſaxum converſum videatur.

Ratio coërcendi fluctus marinos.

Alninum lignum putredinem neſciens induratur in ſaxum.

Atque hoc apparatu, hiſce munimentorum generibus in hoc noſtro inſtituto procedendum eſt, ut ſcopus intentus, id eſt *Pomptinæ Regionis* cultura perpetuò obtineatur. Quia tamen nihil adeò ſolidum firmumque eſt, quod diu conſiſtere poſſit, niſi ſumma cura & vigilantia per annuæ inſtaurationis ſubſidia, ſi alicubi indiguerint, conſerventur; modum & rationem, nè quicquam in tanti momenti negotio rectè inſtituendo neceſſarium omiſiſſe videamur, hoc loco deſcribendũ duxi. Flumina itaque & foſſæ quotannis ſumma cura à quiſquiliis purganda ſunt; aggeres ſi alicubi defectuoſi inſtaurandi, plantæ & virgulta fluminibus tantoperè noxia extirpanda. Purgationis quidem modus hodiè non ſine ſucceſſu, Bubalorum opera perficitur hoc modo: Ad 50 bubalos intra fluminis alveum cogunt. qui deindè adverſo flumine à piſcatoribus & bubulariis in ſcaphis, quas ſantalos vocant, exiſtentibus, quà contis, quà canibus incitantur, hi incitati greſſu ponderoſo, quicquid ex virgultis, algarum, juncorumque quiſquiliis obvium eſt conculcantes ſupprimunt comminuuntque. Quo peracto continuo notabilis aquarum depreſſio comperitur. Accedit & huic commodo, alià non minus in captura piſcium expetibilis utilitas: Dum enim inceſſu bubalorum aquæ piſcibus optimis & nobiliſſimis refertæ, ex commotione limi lutique oppidò turbidæ redduntur, piſces limpiditate aquæ aſſueti, ad tam inſolitam conturbationem veluti attoniti ſtupefactique, dum nullam elabendi rationem inveniunt, jucundo ſanè ſpectaculo ſuperficiem aquæ petentes, inde vel manibus vel retibus collecti intra ſcaphas maximâ copiâ projiciuntur; neque aliud hiſce in

Conſervatio quomodò inſtituenda.

Fluminum purgandorum ratio per bubalos.

Piſcatio fructuoſa.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

partibus præter dictum piſcationis genus uſitatum eſt. Tametſi verò dicta purgandi ratio utilitatem ſuam habeat non ſpernendam, quia tamen operâ bubalorum noxiarum herbarum radices non penitus tolluntur, fit ut intra ſemeſtre ſuccreſcentibus identidem herbis denuò flumen extollatur. Quare bubalis raſtra ferrea adjungenda duxerim, ut quod ab iis in fundo alvei motum contritumque fuit, id dictis raſtris radicitus evulſum in aggerum augmentum conjiceretur. Machinamentũ hoc ingenio inſtitui poſſet. Compingantur in unum quinq; aut ſex ſcaphæ, quarum ſingulæ loco temonis raſtrum habeant ferreum, intra puppis verticem verſatile, & ad id deprimendum elevandumque aptè diſpoſitum; ſcaphis verò tranſverſum jugum ligneum imponatur, cui lora jugis bubalorum connexa aptentur, fietque ut quam bubali adverſo flumine progredientes materiem conterunt, illam raſtra à bubalis unà cum machina tracta apprehenſam extirpatamque in aggerum incrementum educant. Quod in flumine limoſo & nullis ſaxis obnoxio factu haud difficile eſt. Alia purgandi fluminis ratio ea eſt, quæ ſequitur: Dixi ſupra ad principalia flumina utrinque laterales foſſas effici debere, ad has itaque opportunis locis ligneæ cataractæ conſtruantur, ut per eas tempore purgationis, aquæ fluminis in laterales foſſas derivatæ, flumen aquis minutum relinquant. & ſic operarum auxilio alveus perfectè purgari, limus educi, radices extirpari, aggeres eadem opera utrinque per excrementorum coacervationem notabile incrementum accipere poſſunt. quam quidem rationem præ cœteris tanquam purgandis foſſis aptiorem adhibendam exiſtimavi, utpotè multarum nationum uſu & experientia comprobatam. Atque hæc eſt ratio, quam in exſiccandis paludibus obſervandam putamus. Quâ quidem juxta præſcriptas leges obſervata fieri non poteſt, ut negotium ſucceſſum deſideratum non ſortiatur. Nihil igitur reſtat, niſi ut quantum hoc negotium bonificationi importet, ſequenti diſcurſu oſtendamus.

Raſtra purgandis fluminibus inventa.

Alia fluminis purgandi ratio per foſſas laterales.

CAPUT V,

Quantum negotium inſtitutum importet, & quam ingentia commoda inde in univerſum Latium *emanare poſſint, in quo & de expenſis in campo conſervando faciendis tractatur.*

Commoda reſultantia ex aquarum deſiccatione.

Cum hoc bonificationis negotium toties nullo non tempore à ſupremis etiam Monarchis inſtitutum ſit; certè id haud quaquam; tot expenſis & ſumptibus aggreſſi ſuiſſent, niſi paria indè emolumenta in publicum bonum promanare poſſe cognoviſſent. Videbant enim agrum hunc omnium qui in *Latio* reperiebantur, & maximum & feraciſſimum eſſe, qualis revera in hunc uſque diem adhuc comperitur; ut non immeritò olim ab *Halicarnaſſæo* horreum & penuarium *Latii* ſit appellatus. Siquidem moderno adhuc tempore iis in locis, ubi culturam acceptavit, adeò fœcundus eſt, ut nihil non dicam in *Latio*, ſed in tota *Italia* ſimile quid ſe vidiſſe agriculturæ periti teſtentur. Nam incredibilem non tantum tritici, hordei, ſiliginis, avenæ, ſed & leguminum, omnis generis copiam ſuppeditat. Prata verò jumentis armentiſque boum, vaccarum, bubalorum, oviumque gregibus, abundantiſſima exhibent paſcua. Olim fructuum quoque omnis generis, potiſſimum pyrorum, pomorumque, à quibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

à quibus & oppidum *Pometiam* nomen ſuum nonnulli derivaſſe volunt, abundantiam protuliſſe hiſtorici narrant. Sunt qui hodie ex unico grano tritici quadraginta ſpicas pullulaſſe numerarint. Cardinalis *Pepulus*, cujus ſuprà mentionem fecimus, unius anni proventu omnes in agro exſiccando expenſas factas reſarſiſſe fertur; quid non ſecuturis annis, ſi ignis agrum non devaſtaſſet? ut proindè mirum non ſit, toties & tot ſumptibus nullo non tempore in inſtauranda horum camporum cultura tàm impigrè laboratum eſſe. *Setina* quoque vina præſtantiſſima à nullis non veterum monumentis celebrata protuliſſe legimus, inter cæteros,

Agri hujus Pontini fertilitas tam in frugibus quam vino proferendo.

Martialis lib. 4, epig. 64.

Vos nunc omnia parva qui putatis,
Centeno gelidum ligone Tybur,
Vel Præneſte *domate: pendulamque*
Vni dedite Setiam *colono.*

Et ibid. *Non* Hybla, *non me ſpecioſus capit* Nilus,
Nec quæ paludes *delicata* Pomptinas
Ex rure clivi ſpectat uva Setini.

Vini Setini laudes.

Idem lib. 6, epig. 86. *Tu* Setina *quidem ſemper vel maßica ponis,*
Pamphile: *ſed rumor tam bona vina negat.*

Idem lib. 8, epig. 51. *Certè decus menſæ, poſuiſſe* Setina *videtur.*
Ipſe puer nobis, ipſe ſitire caper.

Juvenalis ſat. X. *Tunc illa time, cum pocula ſumes*
Gemmata, & læto Setinum *ardebit in auro.*

Vide *Silium Italicum*, *Horatium*, alioſque complures, qui *Setini vini* bonitatem & præſtantiam verſibus ſuis apud poſteritatem ſat decantare non potuerunt. Mirum tamen alicui videri poſſit, cur factum ſit, ut hodiè vinum tam exquiſitæ bonitatis non exhibeat. Ego cauſam eſſe putem, quod vineis ſive bello, ſive alià de cauſa vaſtatis, iis in locis, qui *vinis Setinis* adeò celebres habebantur, olivas plantaverint vineis in planitiem ſupramontanam translatis, ubi ſicuti ſitu mutato reflexionem ſolis non adeò propitiam repererunt, ità vinorum quoque bonitas non eum, quem olim, plauſum obtinet. Quod ſi loco olivarum racemi priſtinis locis insererentur, nullum dubium, quin famam ſuam brevi eſſent recuperaturi; cum ſitus montium ſoliſque aſpectus in nullo ſit mutatus. Sed ad campos revertamur. Sunt qui reductum ad priſtinam culturam *agrum Pomptinum* computu facto millionem importare exiſtiment; quod non facilè negaverim; cum enim ſolum ſupra quàm dici poſſit, ſit pingue, & glebæ oppidò opimæ; uberem quoque rerum proventum indè emanare neceſſè eſt.

Cauſa degenerationis Vini Setini.

Redditus agri Pomptini Geometricè examinantur.

Architectorum ope totum ſpatium ſine cultu ſqualidum duodecim millia rubiorum ut vocant, hoc eſt 13000 jugera rubiaria; (ſic enim inpoſterum hujuſmodi ſpatia appellabimus) continere repertum eſt. Eſt autem jugerum Rubiarium ſpatium agri quadratum, Rubio frumenti diſſeminando capax. Nos computu facto, toti agro paludibus damnato minus, quàm quod Geometrarum æſtimatione inventum eſt, ſpatium aſſignantes, nihilominus annuos hujus Regionis ad culturam reducti proventus ad millionem pertingere poſſe, mathematico oſtendimus raticinio. Demus itaque totum ſpatium non 13000, ut Geometræ inveniunt, ſed 10000 jugerum Rubiariorum eſſe, videlicet ter mille, jugeris Rubiariis ob foſſas & flumina culturæ inepta, ſubductis. Demus etiam, ſingula jugera non 40 Rubios, quos ut plurimum reddidiſſe, agricolæ indigenæ teſtantur, ſed 20 tantum Rubios pro uno importare. Ponamus quoque, unum Rubium tritici quinque Scutorum pretio vendi: Quarè ſi 10000 du-

camus in 20, & ſumma 200000 multiplicetur, per quinque, pervenient neceſſariò 1000000, unus millio annui proventus ſumma; ſubductis ut dixi foſſis & fluminibus, minuto etiam in ſubduplum eo, quem ſingula jugera rubiaria reddere creduntur proventu. Sed objicient hoc loco expenſas tum in ſiccando, tum jam ſiccato conſervando, majores fore, quàm ut annuus proventus iis refundendis ſufficiat.

Proventus annui unus millio.

Expenſæ faciendæ computantur Arithmetice.

Ad hanc Objectionem Reſpondeo, Expenſas non tantas futuras, quantum quis ſibi imaginari poſſit. Cum enim pleræque foſſæ jam factæ ſint, & nihil aliud requiratur, niſi ut inſtaurentur, & ubi opus fuerit, potiſſimum circa mare novæ ducantur. Ponamus itaque magni animi Principem manum operi admovere; ſintque 500 operarii, qui integrum annum in opere abſolvendo laborent, pro diurna trium Juliorum mercede conducti, expenſæ ad 43500 ſcutorum ſummam excurrent: cui ſi addamus 6 alia millia ſcutorum, tum in machinas & inſtrumenta, tum in ſalarium præſidum operis expendendorum; ſumma totalis erit 49000 ſcutorum: ponimus autem ſubductis pro feſtis, quibus laborare vetitum eſt, 75 diebus, ita ut 290 dies laboribus toto anno concedantur. Demus itaque ſummam ad 50000 ſcutorum expenſas excurrere: ſed quid 50000 ad unum millionem ſcutorum? Agro porrò ad culturam reducto, pro conſervatione ejuſdem ponamus ſingulis annis 14 dies in purgandis foſſis, reparandiſque aggeribus 200 operarios occupari, quorum unicuique ſingulis diebus 3 Julii pro mercede cedant; erunt conſervationis expenſæ 840 ſcutorum, quæ cum commodis indè provenientibus comparatæ, quaſi pro nihilo habebuntur. Vides igitur ex hoc ratiocinio expenſas non tantas futuras, ut emolumentis non millecuplo reparentur. Sed explicemus alia commoda indè emergentia. Ex ſylvis, quæ vaſtæ ſunt, & arboribus uti quercubus, fagis, pinis inſtructiſſimæ, materia ſufficiens ad omnem œconomicum uſum deduci poterunt; nil dicam de cervorum, hinnulorum, aprorum, volatiliumque omnis generis, quibus refertæ ſunt venatione, ingens ſanè quod emanabit in culinam emolumentum, quis negabit? Omitto hic lacus & flumina piſcium optimorum abundantia; cujuſmodi *lacus Folinus* inter alios & *Vfens fluvius* præcipuè refertus eſt, ut proindè diſpicienda ſit objectio eorum, qui falſa quadam prætenſione irritam hujus campi culturam reddere conantur. Cum hoc negotium jam ſupramemoratus *Henricus Pellens* in executionem deducendum in ſe ſuſcepiſſet; nonnulli ſive Principes, ſive privati fuerint, neſcio, certè Piſcatores datis ſupplicibus literis, hujus negotii Præſidi, Carnali *Sacchetto*, oblatis, omnibus modis evertere ſtuduerunt: Negotioque in publico peritorum conſeſſu ſeriò diſcuſſo, tandem & meum ea de re judicium exquiſiverunt ii, qui interfuerant conſilio. Ego re penitiùs conſideratâ, reſpondi, tantum abeſſe, ut reducto ad meliorem frugem *Agro Pomtino*, acquirendo è piſcibus lucro quicquam obſit, ut potiùs majori piſcium meliorum proventu agrorum cultura ſit locupletatura. Quod hoc pacto fieri poſſe oſtendi. Si foſſarum circulatio ex mari ad mare procuretur, *id eſt*, Si *Vfens fluvius* per foſſam introductus continuetur cum *foſſa Sixtina*, hoc facto continget, ut piſces, quibus vagabunda innata cupiditas eſt; & hæc ex mari per flumina, & denuò in mare tranſmigratio mirificè placet, non majori duntaxat proventu ſe ſint multiplicaturi, ſed & melioris notæ, ex continua aquarum naturali fluxus agitatione ſint futuri; Quod quidem conſilium ab omnibus acceptum approbatumque fuit, & in executionem quoque deductum negotium fuiſſet, niſi, uti dixi, mors immatura *Henrici Pellens* molimen intercidiſſet.

Expenſarum ſumma ad 50000 ſcutorum.

Redditum expenſarumque combinatio.

Alia inde provenientia emolumenta.

Si quis igitur *Regionis Pomptinæ* bonitatem

bonitatem ad calculum exactius revocare velit, is tantam eam reperiet, ut nihil in ea, ſive deliciarum, ſive rerum cultui uſuique humano neceſſariarum ubertatem ſpectes, deſiderari poſſe videatur. Vina montes vicini & ſaxifodinas in fabricarum uſum; ſylvæ feras & lignorum materiem, lacus & flumina foſſæque piſces, utpotè animalibus omnis generis nutriendis apta: præter carnes, lacticinia, jumentorumque multiplicationem ſummâ patriæ utilitate exhibebunt. Agri denique frumentum, legumina, fructus omnis generis affatim ſuppeditabunt. Accedit hiſce ex peracta cultura maximi ſanè momenti emolumentum, & eſt bonitas aëris culturam conſequens. Cum enim Regio continuis paluſtrium, mortuarumque aquarum noxiis exhalationibus non vicina tantum loca, ſed & ipſam urbem nocivæ qualitatis impreſſione infeſtet, fiet quoque ut ſublata cauſa, tollatur effectus, id eſt, continget, ut ſimul ac terra putridis exuta humiditatibus ſicciorem temperiem nacta fuerit, aër quoque ſalubriorem conſtitutionem ut ſortiatur neceſſè eſt. Equidem ſanctè affirmare auſim, aëris tam pernicioſi urbi dominantis (præſertim vento ſyrophænicè, quem *Sirocco* vulgò vocant, flante) aliam cauſam non eſſe, niſi putridas exhalationes, quæ à dicto vento *Romam* delatæ ibidem eos effectus cauſant, quos non infirmi tantum, ſed & ſanioris etiam conſtitutionis homines, non ſine incommodo & moleſtia experiuntur.

Synopſis inde promanantium emolumentorum.

Aëris expurgatio.

Vidimus itaque in hiſce diſcurſibus *Pomptinorum Camporum* ſitum, naturam, proprietatem, paludum iis dominantium exſiccationem à diverſis nullo non tempore tentatam, imò abſolutam recenſuimus, cauſas & rationes, cur ſemper reſtagnarint, aſſignavimus; modum eoſdem ad priſtinam culturam reducendi exhibuimus. Commoda indè emergentia unà cum expenſis in in opere quà conſummando, quà conſervando demonſtravimus. Nihil igitur reliquum eſt, niſi ut ſupremus quiſpiam Princeps, viſa rei æquitate & magni momenti imò emolumenti negotio maturè expenſo, operi tandem cœpto manum adhibeat, opuſque nullo non temporè unicè deſideratum magnifico auſu abſolvat.

Quod tunc futurum confido, ubi alter quiſpiam *Sixtus V* modo ortus, in tam heroico molimine animi ſui prorſus divini talenta exeruerit. Ego ſanè judicium de negotio ritè expediendo, uti dare juſſus ſum, ſic id eâ, quâ fieri poteſt, ſinceritate, neque ullo propriæ utilitatis commodo, quin potius ſolo eo, quo in publicum bonum, quibuſcunque modis poſſum, promovendum feror affectu, impulſus, exhibendum duxi. Quæ quidem mea levis opera, ſi quicquam indè in commune bonum utilitatis emerſerit, ſoli Deo Optimo Maximo, cui ſervio, unicè ut adſcribatur velim.

Atque hæc ſunt, quæ de Univerſi *Latii* finitimarumque Regionum ſitu, natura, proprietate; primaque earundem etiam origine, nec non de variis coloniis in eas traductis, de varia Imperii forma, temporumque revolutione, quam ſæpeſæpius incurrit; de celeberrimis Heroibus, qui ex iis provenerunt, de potentia eorundem; denique de Urbibus, villis, thermis, palatiis ſumptuoſiſſimis; verbo de geſtis potentium à ſeculo virorum, ac univerſali Romanæ Hiſtoriæ juxta temporum ordinem proſecutione tibi, Lector, veluti ἐν τῷ τύπῳ exhibuimus. Vale, & ex hiſce diſce æterna ſectari; cum nihil in rebus humanis firmum, ſtabile, & durabile ſit; quæ tibi hoc *Latium* ob oculos luculenter exponet.

SOLI DEO HONOR ET GLORIA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Index Rerum ac Materiarum, in hoc Veteris & Novi Latii opere, ordine Alphabetico locupletiſſimus.

Numerus Paginam, a. *primam*, b. *ſecundam paginæ columnam denotant.*

A.

ABacus marmoreus Ciceronis 59, a.
Aborigines. 7. Italiæ populi. ibid. unde in Italiam pervenint, ibid, vox eſt Chaldea. 8, b.
Aboriginum nomen in Latinum vertitur, 16, a.
Academia Tuſculani. 63, a.
Academia villæ Adriani. 148, a.
Adyta Ægyptiorum per montem cuniculis perfoſſum indicata. 106, a
Adriani Cæſaris ortus, ſtudium, epigrammata, itinera. 145, a.
Adrianus Cæſar morbis inſolitis infeſtatur. 152, b.
Aëris expurgatio utilis. 263, a.
Ædis Fortunæ expoſitio. 107, a.
Ægyptii maxime ſuperſtitioſi. 17, b.
Æneæ, Trojanorumque in Latium adventus. 15, a. 134, a. In Numico amne interitus. 23, a.
Ænigma Piſcatorum Homero propoſitum. 82, b.
Æqui, eorumque mores & habitatio. 70, b.
Æquivocatio nominum hiſtoriarum confuſionem peperit. 17.
Æquorum nonnulla oppida volſcis olim parebant. 242, b.
Æquorum Romanorumque hoſtilitas. 70, b.
Ærarium & Bibliotheca Templi Herculis. 191, b.
Æſulæ, oppidi veteris ſitus. 188, a.
Ætas facit 27 annos. 16, a.
Ager Reatinus paludoſus, à Sicanis, deinde à Pelaſgis & Aboriginibus inhabitarus. 229, a.
Ager Tuſculanus. 55.
Agriculturam quis Latio intulerit. 15, a. 19, b.
Alatrium, oppidum. 125, b.
Alba 30 oppidorum Mater, Romani Imperii origo. 34, b.
Albana vina. 45, b.
Albanenſis Epiſcopatus. 44, b.
Albani moderni ſitus à veteri diſſitus. 42, a. Reſtauratio. 44, b.
Albanorum cum Romanis hoſtilitas. 135, b.
Albanum diſſidet ab Alba Longa. 32, b. Vaſtatum a Barbaroſſæ Cæſaris hoſtibus. 44, b.
Albæ Longæ Conditor Aſcanius aſſeritur contra Cluverium. 32, a. ejus origo & etymon. *ibid.* Verus ſitus. 33. Cur Longa cognominata 33, b. de ea Dionyſij teſtimonium. 33, a. Deſtructio. 34, b. Autorum de ſitu Albæ conciliatio. 36, a.
Albula rivus ex lacu Albuneo. 222, a.
Algidi montis & urbis ſitus. 71, b.
Algidum, ejuſque deſcriptio. 71, a.
Alia fluvius Romanorum clade à Gallis accepta celebris. 234, a.
Alninum lignum putredinem neſciens induratur in ſaxum. 259, b.
Alvei conficiendi ratio. 257, b.
Ambulacrum Villæ Eſtenſis innumeris fontibus ſalientibus conſpicuum. 172, b.
Amiternum oppidum. 188, b. 232, a.
Amœnitas Villæ Horatianæ in Sabinis. 235, a.
Amphiarai Hiſtoria. 130, a.
Amphitheatri Albanenſis rudera. 52, b.
Amphitheatri Tuſculani reliquiæ. 55, a.
Amphitheatrum circa Caſtrum Gandolfinum. 43, b.
Amphitheatrum Domitiani. 43, b.
Ampilionis deſtructio, & cauſæ. 179, 180, 181, 182.
Amyclarum deſcriptio. 26, a. Indigenarum fatuitas. *ibid.* b.
Amyclæ tacendo periernnt, Proverb. *ibid.*
Anagnia urbs. 241, b. Virorum illuſtrium patria. 124, a. cur propemodum deſerta. *ibid. b.*
Analogia geſtorum à Pelaſgis & Trojanis. 18, a.
Analogia Saturni & Evandri. 19, a.
Angiportus Terracinenſis. 26, a.
Anienis aqua contaminatur à variis mineralium miſcellis. 201, a.
Anienis fluvii etymon & deſcriptio. 140, a.
Anio dividit Sabinos à Latio. 165, a.
Anio fluvius. 175. ejus curſus. 176, a. Duodecim pontibus inſtratus, *ibid.*
Annuli in ſepulchris. 69, b.
Annulorum Myſteria. 69, b.
Antiquitatis monumenta. 31, b. 44, a. Veſtigia. 98, b. In Præneſte. 109, a.
Antiquorum Latii Populorum ſedes incognitæ. 123, a.
Antiquorum in rebus ſolide ſtruendis ſtudium. 51, a.
Antium, Caji Caligulæ & Neronis Patria. 24, a.
Antonini tabula itineraria. 43, a.
Antrum Angeriæ. 49, b.
Apis & Serapis idem. 106, b.
Apparatus bellicus contra Ampilionem. 179, b.
Aqua Anienis. 198, 200, b.
Aqua ad ultimum gradum elementi reduci non poteſt. 201, b.
Aqua Aurea, vulgò *Aquoria*, optima eſt. 201, a.
Aqua Claudia. 31, b.
Aqua Crabra. 60, b. 62, b.
Aqua de Paivola. 199, b.
Aqua ferrata. 198, a.
Aqua Martia. 208, a.
Aqua Rivelleſia. 200, a.
Aqua Tepula. 62, b.
Aquæ Acidulæ. 198, b.
Aquæductus. 31, a. 96, b.
Aquæductus Tyburtinæ, 208.
Aquæ fontanæ bonitas. 202, b.
Aquæ Letiferæ. 198, b.
Aquæ Martiæ derivatio partim Romam, partim in Villam Vopiſci facta. 170, b.
Aquæ ſulphureæ. 198, b. in Territorio Nomentano. 222, a.
Aquæ Tuſculanæ. 60, b.
Aquila oppidum. 188, b.
Aquinum urbs. 241, a.
Arbor famoſæ vetuſtatis & vaſtitatis. 50, a.
Arbores aptæ ad aggeres conſtruendos. 257, b.
Ardeæ deſcriptio, etymon, antiquitas, inſalubritas aëris. 87.
Aricia ad Savellos ſpectat. 46, b.
Aricià oriundi Octavianus Auguſtus, & Turnus Herdonius. 46, a.
Ariciæ deſcriptio. 45, a.
Aricienſis Lacus evanuit. 46, b.
Arimazis & Arimanii Deorum ἀντιτεχνία. 102, b.
Arpinum patria Ciceronis. 241, a.
Aſcanii ſepulchrum. 43, b.
Aſcanius Albæ conditor. 31, b.
Aſpra, hodierni oppidi nomen, olim Caſperia fuit. 228, b.
Aſtura. 25, a.
Atina urbs. 239, b.
Atlas. 3, b. 11, b.
Attalus. 11, b.
Auguſti de re publica merita, & duæ ejus res divinæ. 248, a.
Auguſti erga Mecænatem affectus & benevolentia. 158, a.
Auguſti jocus. 166, b.
Auguſtus Dominum ſe vocari prohibuit, & quare? 195.
Aurea ſecula ſub Saturno. 5, b.
Auſonia, Auſones. 10, a.
Authores variant de Latii antiquitatibus. 1.
Authorum diſconvenientia circa annorum computum. 129, a.
Axii Appii villa. 231.

B.

BAlnea villæ Adriani. 148, b.
Barberinus Card. de re literaria optime meritus. 98, a.
Baſilica S. Joannis Baptiſtæ à Sylveſtro exſtructa. 45, a.
Batavorum in exſiccandis paludibus induſtria mechanica. 256, a.
Batavorum in ſiccandis paludibus Pomptinis rejecta opera. 251, b.
Beata Margarita ex familia Colonna. 92, b.
Belus, Baal ſive Bel. 5, b.
Beroſus. 4, b.
Bibliotheca Villæ Adriani. 148, b.
Blanduſia fons. 234, b.
Blondi verba, quomodo naves demerſæ fuerint extractæ. 50, b.
Bola. 122. b.
Boncompagna. 78, b.
Bonæ Deæ famum. 45, b.
Bonifacius VIII. Jubilæi Author. 124, b.
Bonificatio quid ſit? 244.
Bonitas Aquæ Martiæ. 208, a.
Bonitas & ſalubritas Aquæ Aureæ. 99, a.
Borgetto ad decimum, oppidum, ubinam? 76, b.
Bovilla oppidum. 31, a. Ubi ſitum. 44, a.
Brancatius Card. ab Alexandro VII denunciatus Epiſcopus Sabinenſis. 227.
Bubulis purgandorum fluminum ratio. 259, b.
Burgeſia villa. 78, b.
Burgeſianum Zootrophium. 73, a.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

C.

CÆcubum Vinum. 28, b.
Cajeta. 26, b. Cajetanus portus. *ibid.* Arx Cajetana. 27, a. Cajeta patria Gelaſii & Thomæ de Vio Cajetani. *ibid.* Mons ſciſſus Cajetæ tempore mortis Chriſti. *ibid.*
Caji Caſſii mors. 163, a.
Caji Marii ambitio. 138, a. ejus filii interitus in cuniculis Præneſtinis. 91, b.
Cajus Marius Arpinas. 241, a.
Caligula ubi natus. 143, b. ejus luxuria & tyrannis. 144, a.
Camillorum Etymologia. 65, b.
Campi Albani deliciæ. 45, a.
Campi ſancti origo. 61, a.
Campi Solonii deſcriptio. 88, b.
Campus Hannibalis. 37, a. Amœniſſimus. 38, b.
Canalem, qui ex lacu in Anienem deducitur, Card. d'Eſte fieri juſſit. 205, a.
Canales, occulti Lacus Albani per quos ſe exonerat aqua. 41, a.
Canalis, quo aqua illius Lacus exoneratur à Romana Rep. exſtructus. 40, a.
Canales plumbei. 51, b.
Canopus, urbs Ægypti. 149, b.
Canterius mons. 233, b.
Capitolinus collis. 15, a.
Caracallæ Hippodromus. 30, a.
Carſeoli oppidum, & ejus ſitus. 188, b.
Caſtrum Fumanũ Carcer S. Cæleſtini Papæ, euſq; vita & mors. 125, b.
Caſtrum Gandolphi ab Alexandro VII ſummâ magnificentiâ excultum, mentium Pontificalium relaxationi, ob amœnitatem mirè opportunum. 38, b.
Caſtrum Savelli. 45, b.
Caſtrum S. Joannis. 241, b.
Caſtrum ſpeluncæ. 26, b.
Caſus mirabilis. 255, b.
Catadupa Velini, vulgò *la Caſcata di Terni.* 229, a.
Catadupæ Tyburtinæ. 140, b.
Catharticum Ruſticorum. 198, b.
Catonis patria Tuſculum. 55, b.
Catulli villa. 164.
Catullus unde & quis fuerit? 165, b.
Cavata & Cavatella foſſæ. 256, b.
Cavædium. 95, a.
Cauſa degenerationis vini Setini. 261.
Cauſa deſtructionis Villæ Adriani. 152, b.
Cauſa cur Caſſius mortem intulerit Cæſari. 163, b.
Cauſæ, ob quas ſine ullo ſui veſtigio plurima loca vetuſtate ſepulta lateant. 123, a.
Cerealis ad Chriſti fidem converſio & martyrium. 153, a.
Cethæi qui, & unde dicti? 8, a.
Ceſarano 143, a.
Cham. 4, a. qui Belus, Baal & Bel. 5.
Charonius fons lethalis. 26, a.
Chronologia Regum Latinorum, ſive Albanorum, Romanorum, Reipublicæ & Imperatorum. 19, 20.
Chus filius Chami. 4.
Cicero ſuperſtitionem ſortium arguit. 93, a.
Ciceronis ad Aſturam obtruncatio. 25, a.
Ciceronis villa. 58, b. 241. ejus vaſtatio, reparatioque. 62, b. ejus verus ſitus inquiritur. 62, a.
Circeji Inſula. 246, a.
Circejus Mons. 25, a.
Circes Mythologia. 25, a.
Clades Romanorum ad Telonium flumen. 234, a.
Clavi Ænei. 51, a.
Clodii villa. 42, b. ejus ſitus, 43, a.
Clodii cædes ad Bovillas. 42, b.
Clodius ubi à Milone interfectus. 31, a.
Cluveri ſententia de Ænea non probatur. 19, b.
Cœmiteria veterum. 68, b.
Cœnobii Ferrati deſcriptio. 79, a.
Collatia, non in Latio, ſed in Sabinis ſita fuit. 221.
Coloniæ Latii. 4, b.
Coloniæ à Phalec Hebri filio deductæ. 129, a.
Coloniarum Author Noëmus. 3, a.
Coloniarum origo. 130, b.
Columnæ ruina miraculo impedita. 60, a.
Columnæ Tuſculi. *ibid.*
Commoda reſultantia ex aquarum deſiccatione, 260.
Computus annorum à Diluvio. 15, b. Euſebii. 16, b.
Conditores 3 urbium quinam? 221, b.
Confetti di Tivoli ſunt grana inſtar ſaccari ex ſulphurea calce producta. 205, b.
Confutatio ſententiarum de ſitu Curium. 225, b.
Conradini Suevorum Ducis tragicus obitus. 25, a.
Conſilium initum proditur per feminam. 179, b.
Continuata ſcelerum ſeries in Oedipi familia. 130, b.
Contra inundationem medium aptum. 258, a.
Cora à Corace extructa. 242, a.
Corax & Catillus belli duces contra Æneam. 135, a.
Corbio. 122, b.
Corfinium oppidum. 188, b.
Corniculum oppidum Sabinorum. 222, b.
Corpus S. Monicæ. 23, a.
Cortona olim Crotona, Hetruſcorum urbs. 21, b.
Coturnices. 24, b.
Crotone Umbrorum civitas. 13, a.
Cruſtumeria urbs, ac ejus ſitus. 220.
Crypta Sibyllæ. 233, a.
Cryptæ Luculli. 74, a.
Cryptæ Vinariæ. 76, a.
Crypta Ferrata. 57. ejus fundationis fuſior deſcriptio. 61, b.
Cur Deus tot mala permittat. 108, b.
Cultus Serapidis multum tum in Latio, tum Romæ potiſſimum in valuit. 105, b.
Cunonis præclara vita & mors, 114.
Cures oppidum. 222, b. Origo & ſitus. 223. Cur urbs parva & maxima dicatur? 222, b. Metropolis Sabinorum. 224, b. Situs ubi in Sabina? 225, a. Verus ſitus. 226, b.
Curiatiorum ac Horatiorum pugna. 135, b.
Curtiliarum Aquæ medicæ. 232, b.
Curtiliarum deſcriptio. 232, a.

D.

DÆmon ſuperſtitioſis quomodo illudat. 93, b.
Dæmonis technæ ad ſtabiliendam idololatriam. 41, b.
Danaë conditrix Ardeæ. 87, a.
David Rex Iſrael, quando? 20.
Decennovium quid & unde dicatur? 250, a.
Decii circa exſiccationem paludum præclara molimina. 249, a.
Deiparæ Virginis templum miraculis clarum. 46, b.
Delubrum Saturni opulentum. 132, b.
Deorum fictio unde? 17, b.
Deſcriptio veteris Eccleſiæ S. Laurentii Tybure. 212, b.
Deſolationis regionum quatuor cauſæ. 254, b.
Dianæ cultus ac locus ſacer. 47, a.
Dianæ fanum. 63, a.
Dianæ lacus ſpeculum dictum. 48, b.
Dianæ turris. 49, b.
Diis templa exſtructa. 103, a.
Difficultas in exponendis rebus inacceſſæ vetuſtatis. 7, a.
Digentia rivus quis? 235, b.
Diſcordia præclarorum moliminum turbatrix. 251, a.
Diſcordia & invidia turbatrix omnium. 252, a.
Diſcurſus utrum nive imbutus aquæ potus bonus an noxius ſit? 191, b.
Diverſis hominibus eadem ſæpe nomina impoſita. 11, b.
Dodonæi & eorum origo. 14, a.
Domitiani Amphitheatrum. 43. b.
Draco ingens Tyburtinum agrum infeſtat. 211, a.
Dulcitius Epiſcopus. 227, a.
Dynaſtiæ quatuor Latii. 21, a.

E.

ECcleſia Deiparæ Euſtachianæ. 185.
Egeria Nympha. 48, a.
Egeriæ fons. 30, a.
Eliſa Japheti filius. 4, b.
Elpenoris in Circeio ſepulchrum. 25, b.
Elyſii campi in Villa Adriani. 150, b.
Empulum antiquiſſima & amœniſſima civitas, ac ejus ſitus. 177. & deſcriptio. 178.
Epigramma in Ponte Salario. 176.
Epigrammata Adriani. 145, a.
Epiſcopatus Albanenſis. 44, b.
Epiſcopatus Sabinenſis. 224.
Epiſcopi Curium in locum Protoflaminum ſucceſſerunt. 225, a.
Epiſtola Gregorii Gratioſo Numentano Epiſcopo, 227.
Eretum Sabinorum urbs, à Monte rotundo. 222, a.
Eteoclis & Polynicis hiſtoria. 130, a.
Evander Mercurii & Carmentæ filius. 14, b. primus Græcas literas cum Agricultura Latio intulit. 15, a. 19, b.
Evandri ac Catilli molimina. 131, b.

Evandri & Æneæ geſtorum analogia. 18, b.
Eventus ex Fortunæ & Serapidis oraculis. 106, b.
Euſebii computus annorum à Diluvio. 16, b.
Euſtachii & ſociorum mors. 153, a.
Expeditiones maritimæ auſpicio Fortunæ peractæ. 106, b.
Expenſæ faciendæ ad exſiccationem paludum Pomptinarum. 262, a.
Experientia rerum magiſtra. 256, a.
Explicationes quarundam figurarum. 107, b.
Exſiccatio Paludum Pomptinarum nullis non ſeculis tentata & abſoluta fuit. 246.
Exſiccationis Modus. ibid.

F.

FAbrica ſuperba villæ Quintilianæ. 159, b.
Fabula de conditu Curium. 223, b.
Fabula de Danaë conditrice Ardeæ. 87, a,
Fabula de Oreſte & Pylade. 47, b.
Fabula Hippolyti. 48, a.
Fabula Numæ. 48, a.
Fabulæ unde originem traxerint. 3, b.
Factio Mariana & Syllana. 138, b.
Familiæ Nobiliorum Empuli. 179.
Fana & Delubra templo adſtructa. 105, a.
Fanum Bonæ Deæ. 45, b.
Fanum Vacunæ. 235, b.
Farſa. 226, b.
Farſarus fluvius. 234, a.
Fauni cultus Tyburti. 134, a.
Faunus Latii Rex. 15, a.
Feracitas territorii Empuli. 177, b.
Ferentinum, curia Latinorum. 80, a.
Ferentinum, oppidum. 125, a. 241, b.
Feriarum Latinarum origo. 36, b. in earum celebratione commune populorum ſtudium. *ibid.* quo in loco celebratæ. 37, a. earum deſcriptio. *ibid.* b.
Ferocem hippopotamum conficiunt nautæ. 106, b.
Feronia Dea. 25, b.
Feronia urbs ab Hannibale exſpoliata. 25, b.
Fertilitas agri Pomptini tam in frugibus quam vino proferendo, 261, a.
Fertilitas agri Reatini. 231, a.
Ficana. 89, b.
Ficulnea, pervetuſta Sabinorum urbs. 221, a.
Fidena, urbs olim magna & populoſa. 219, b. ejus ſitus. 220, a.
Finis veterum in exſtruendo Fortunæ Templo. 101.
Fiſcellus mons. 233, a.
Flumina non preciſe dividunt jura territoriorum utrinque ſitorum. 165, a.
Flumina Sabinorum. 233, b.
Fluminis purgandi ratio per bubalos. 259, b. per foſſas laterales. 260, b.
Fluminum oſtia æſtu maris ventiſque contrariis intumeſcunt. 258, b.
Fons charonius lethalis, 26, a.
Fons Egeriæ. 30, a.
Fons Syphacis Regis. 155, a.
Forma Horatii & Virgilii. 166, b.
Forma Palatii trizonia. 159, b.
Formicarum multitudo. 76, b.
Fortuna Chriſti fidelibus Deus eſt, qui ſuâ providentia varias mortalium vices juſtis de cauſis verſat. 108, a.
Fortuna Dea habita. 101. a.
Fortuna Iovis miniſtra. 103, a.
Fortuna memorabilis L. Furii. 55, b.
Fortunæ fanum. 24, a.
Fortunæ graphica deſcriptio. 100, b.
Fortunæ Muliebris templum ubi? 63, b.
Fortunæ ſymbolum. 97.
Forum populi quis locus fuerit? 37, b.
Foſſa Cluilia. 30, b. ubi ſita? 31, a.
Foſſa Sixtina. 256, b.
Foſſa Viæ Appiæ. 248, b.
Fregellæ oppidum. 241, a.
Friderici Barbaroſſæ Imp. abjuratio facta Venetiis. 115.
Fruſino urbs. 241, b.
Fundana Vina. 27, b.
Fundana urbs à Corradino Barbaroſſa claſſis Turcicæ duce everſa. 27, b.
Fundi deſcriptio. 27, a.
Furconium vetus oppidum. 188, b. 232, a.
Furiæ gentis deſcriptio. 64, b.

G.

GAbiis Sexti filii Tarquinii ſuperbi aſtutia. 120, b.
Gabiorum ſitus controverſus. 119, b. eruderatur. 120, a.
Gabiorum urbs funditus exciſa, nec veſtigium ſui reliquit. 120, b.
Galaton pictor Homerum mingentem pinxit, & circa eum Poëtas urinam ejus legentes. 81, b.
Genii ſepulchrorum. 68, b.
Geſtorum à Pelaſgis & Trojanis analogia. 18, a. Evandri & Æneæ. ibid. b. Saturni & Evandri. 19, a.
Gomer Japheti filius. 4, b.
Græcas literas cum agricultura Evander primus Latio intulit. 15, a. 19, b.
Græcia, Ionia dicta 14, a.
Græcorum expeditiones in Italiam. 129, a. Adventus. 131, b.
Græciæ urbes inter ſe contendunt de patria Homeri. 83, a.
Grotta di Lucullo. 75, b.
Gurgures mons. 233, b.

H.

HÆmonia, nunc Theſſalia. 12, a.
Heber unde dictus? 8, b.
Hercules. 3, b. quis? 11, b. ejus beneficia fortunâ duce hominibus præſtita. 103, b. monſtris occiſis apotheoſin meruit. 104, b.
Herculei templi extructio, & olim magnificentia. 191, a.
Herculis Tyburtini templi origo. 133, a.
Herilus quis fuerit? 91, a.
Hernicorum etymon ac ſedes. 124, a.
Herodoti de ortu Homeri relatio. 82, a.
Hetruria antiquiſſima in Italia ſedes. 3, b.
Himella fluvius. 234, a.
Hippodromus Caracallæ. 30, a.
Hirundines montem ſciſſum volatu penetrant, ibidemque hyberno tempore remanent. 207, a.
Hiſtoria duorum natatorum. 204, a.
Hollandorum promiſſa paludum exſiccatio non acceptata. 257, a.
Homeri Apotheoſis, 81.
Homeri patria. 83, a. Peregrinatio & calamitas. 82, b. Virtutes, & æſtimatio ab Alexandro Magno. 85. epitaphium. 83, a.
Homero Philopator templum dicavit. 82, a.
Horatii & Virgilii forma. 166, b.
Horatii Flacci Villa. 165, b,
Horatius Athenis ſectator fuit Epicuri. 166, b. ex inimico Auguſti fit amicus. 166, a.
Horatiorum ac Curiatiorum pugna. 30, a. 135, b.
Horti Villæ Eſtenſis deſcriptio. 173, a. Anienis portio in hortum derivatur. *ibid.* ejus planities, & 4. vivaria conſpicua. ibid. b.
Hortona. 122. b.
Hugonis Pſeudo-papæ ſciſmatici factioſique vita & mors. 113.
Humana omnia caduca. 254, b.

I.

JAnigenæ. 4, 8, 9.
Janus. 3, b. Italiæ Rex. 6, b.
Japhet. 4, b.
Ichnographia præcipuorum locorum Villæ Adriani. 151, 152.
Illuſtres ex priſca nobilitate viri Tybure oriundi. 214.
Imaginis S. M. V. à S. Luca depictæ tranſlatio. 61, a.
Imago Salvatoris à S. Luca depicta. 213, b.
Indulgentiæ cœlitus confirmatæ. 61, a.
Inferorum regio in Villa Adriani. 150, a.
In quo conſiſtat aquæ potabilis bonitas. 200, a.
Inſalubritas aëris circa Ardeæ civitatem. 87.
Inſcriptiones antiquæ in foro Lavinienſi. 53, b.
Inſcriptiones antiquæ teſtes Templi Herculani. 133, a.
Inſcriptiones è Templo Herculis 192, 193.
Inſcriptiones in fundo Ceſarano inventæ. 210.
Inſcriptio antiqua vaſis, nunc aquæ luſtrali ſervientis. 109, a.
Inſcriptio Volſca lingua in Sicilia reperta. 237, b. explicata 238.
Inſolitis morbis Cæſar Adrianus infeſtatur. 153, b.
Inſulæ 16 natantes in Lacu Albuneo. 203, b.
Interitus Villæ magnificentiſſimæ Adriani. 152, b.
Interocrea oppidum. 232, a.
Invidiæ conatus. 251, a.
Inundatio memorabilis. 246, b.
Jocus Auguſti. 166, b.
Jocus aquarum, quem Girandola vocant. 173, b.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Jovis Latialis mons. 35, b.
Italia quando habitari cœperit. 3, a. unde dicta. 11, a.
Italus. 11.
Iter Authoris in Agrum Reatinum. 229, a.
Julius Cæſar Romanorum Imperator. 21, b.
Juno Feronia. 245, b.
Junonis Monetæ origo Templi. 35, b. ejus ſimulacri prodigium. *ibid.*

L.

LAcedæmoniorum ſedes. 245, b.
Lacus Albanus, ejus quantitas, & inveſtigatio. 38. Profunditas. 39. Prodigium exuberantis. 39, a. Vaticinia de Lacu. 39, b. Dubia de prodigioſa ejus exuberatione. 40. Lacus incrementum. 42, a.
Lacus Albunei ſuccus petrificus. 205.
Lacus Albuneus ſive ſulphureus. 203.
Lacus aquæ in ſuperficie frigidæ, intus ferventiſſimæ ſunt. 204, b.
Lacus Ardeatinus ſeu Turni. 88.
Lacus Corne. 63, a.
Lacus Cutilienſis. 231, b.
Lacus Fucinus. 189, b.
Lacus Fundanus. 28, a.
Lacus Maricæ. 28, b.
Lacus Nemorenſis deſcriptio. 49, a. & 50, a.
Lacus Regillus. 57, a.
Lacus S. Praxedis, ſive *il lago di Caſtiglione*. 57, a.
Lacuum incrementa, 42, b. Subterranei meatus. 41, a.
Lagrou, campus lapidoſus, in quo Herculem cum filiis Neptuni lapidibus pugnaſſe ferunt. 194, a.
Laji Oedipique hiſtoria. 129, b.
Lanuvii veteris ſitus. 53, a.
Larium Serapeo appictorum figuræ Ægyptiacæ & Hieroglyphicæ. 106.
Latini Romanis reſiſtunt concordes. 136, a.
Latinorum contra Romanos expeditio. 110, a.
Latium & Hetruria antiquiſſimæ in Italia ſedes. 3, b.
Latium unde dictum. 5, 6, b.
Latii olim latitudo. 21, a. quatuor Dynaſtiæ. *ibid.* fines quondam, *ibid.* b longitudo ac latitudo. 22. Incrementa. *ibid.*
Lavici ſitus olim, ubi hodie *Zagarolo*. 120, a.
Lavicum vel Labicum promiſcue apnd Authores ſcriptum reperitur. 119, a.
Lavinium. 23, b. ubi hodie pagus ſeu fanum S. Petronillæ. 24, a.
Laudabilis conatus ſucceſſu carens. 255, b.
Laurentum. 23, a. hodie deſertum. *ibid.* b.
Leſtrigonum ſedes. 28, b.
Lingua Volſca à Latina diſcrepat. 236, b.
Liſta oppidum. 231, b.
Literæ Aureliani ad Senatum. 212, a.
Locus, in quo ſepulti fuêre filiorum S. Symphoroſæ corpora. 154, a.
Locus, qui Roma vocatur in villa Eſtenſi. 173, a.
Longula oppidum. 184, b.
Lucii Furii memorabilis fortuna, 55, b.
Lucretilis mons quis? 235, b.
Lucullanarum ſtructurarum ſumptuoſæ reliquiæ. 75, b.
Lucullanæ ruinæ materiam dederunt magnificentiſſimis villis. 75, b.
Luculli familia, & glorioſæ expeditiones. 72, a. Piſcinæ, & ampla ejuſdem poſſeſſio. *ibid.* b. Cryptæ. 74, a.
Lucullus otio & deliciis affluens in amentiam cecidit. 72, b.
Lucullus regno Mithridatem exuit. 72, b.
Luxuria & tyrannis Caligulæ. 144, b.
Lycæi in villa Adrianea deſcriptio. 149, a.

M.

MAgnificum 'ædificium. 119, a.
Magnus hominum ad templum Fortunæ ſortium cauſa confluxus. 105, b.
Malaine arbor, ex qua ſtyrax educitur. 207, b.
Mamiliorum familia à Mamilia Telegoni filia. 55, b.
Mamurra oppidum vetus. 28, a.
Mandela pagus quis? 235, b.
Manlii Vopiſci Villa. 166. ejus deſcriptio. 167, b.
Mannæ copioſus proventus, uti & ſtyracis, reſinæque terebinthinæ in agro Tyburtino. 207, a.
Marci Antonii numiſmata. 124, a.
Marii ſeditio. 139, a.
Marinum, ejus etymon & ſitus. 80, a.
Mare quandoque terrâ altius. 254, a.
Marrubium Marſorum Metropolis. 189, b.
Marſiçum bellum. 189, a.
Marſorum origo. 189, a.
Martyrium SS. Flaviæ, & Domitillæ. 26, a.
Mecænatis heres Auguſtus. 158, b.
Mecænatis miræ proprietates. 158, b. ejus villa. 156.
Medea ubi habitaverit. 189, a.
Memorabilia quæ Ariciæ contigerunt. 46, a.
Memoria ſtupenda Laurentii Oranæ, 126.
Minturnæ. 28, b.
Miraculum Præneſtinum à S. Gregorio M. relatum. 111, b.
Mithridates à Lucullo regno exutus. 72, b.
Mira montis conſtitutio, ex quo cryſtallum educunt glaciale. 240, a.
Metii Suffetii crudelis mors. 136, a.
Metropolis Sabinorum, Cures. 224, b.
Modus colligendi Mannam in agro Ty burtino. 207, b.
Modus derivationis aquarum ſtagnantium. 250, a.
Molendina aquis evacuandis inventa. 258, a.
Monaſterii Caſſinenſis deſcriptio. 239, a.
Monaſterium Cryptæ Ferratæ. 79, a.
Monaſterium S. Benedicti, & S. Scolaſticæ. 175, b.
Monaſterium S. Petri Apoſtoli. 92, b.
Monfortinum, oppidum. 125, b.
Mons Albanus ſummæ fuit religionis. 35, b. De ejus ſitu controverſiæ. *ibid. a.* prodigia, quæ in eo contigerunt. *ibid. b.*
Mons interciſus ad defluvium paludum. 230, a.
Mons Jovis Latialis. 35, b.
Mons Soranus, ejuſque memorabilia. 240, a.
Montaltina villa. 78, b.
Montes Corniculani qui? 222, b.
Monumenta veterum. 79, a.
Monumentum Græcum. 62, a.
Monumentum Horatiorum. 30, b.
Monumentum vetuſtum Apotheoſin Homeri exhibens. 81, b. ejuſque explicatio. 83, b.
Mors præclare coepta interrumpit. 251, b.
Mors Sulpitii Conſulis. 88, b.
Mors Veſpaſiani Cæſaris. 232, b.
Mos cremandi cadavera, & vaſa conditoria cinerum. 68, a.
Mugitus tauri ſonitum maris exprimit. 107, b.
Mulieribus prohibitus ingreſſus Sacelli S. Nili. 61, b.
Multitudo nivis inveteratæ. 240, b.
Munatii Planci villa. 162.
Municipium Tuſculanum quale? 55, b.
Muſarum fontes. 48, a.
Muſarum 9 ſtatuæ detectæ. 148, b.
Muſivum opus. 96, b. ejuſque explicatio. 100, 103.
Mutationes rerum. 143, a.
Mutela mons. 233, b.
M. Furii Camilli, præclara facinora. 65, b.
Myſteria anulorum. 69, b.

N.

NApelus virulentiſſima planta arboreſcens in monte Ianuario. 208.
Narſes Iuſtiniani Eunuchus. 218.
Navis deſcriptio. 51, a.
Naumachia priſcorum Cæſarum. 50, b.
Neceſſaria ad exſiccandas paludes. 256, a.
Nemus Aricinum. 47, a. à Strabone deſcriptum. *ibid.*
Nemus Cynthianum. 48, b. 50, a.
Neptunus cur tridente inſtructus. 107, b.
Nerva & Trajanus imperatores pontibus & milliariis columnis viam Appiam ornant. 248, b.
Nimbrod filius Chami. 4, b. in Babylone dominatur. 5, a.
Ninus. 5, a.
Nivis inveteratæ multitudo. 240, b.
Noëmi & filii Cham diſſidium. 4, a.
Noë variis nominibus appellatus. 3, b.
Nolite tangere unctos meos. 125, a.
Nomentum, oppidum Sabinorum. 221, b.
Nomina oppidorum priſci Latii, prope mare Tyrrhenum. 22.
Nominum Æquivocatio. 17, a. Hiſtoriarum confuſionem peperit. *ibid. b.*
Norba oppidum. 242, b.
Novæ Populorum coloniæ. 128, a.
Numa Pompilius, Curienſis patria. 223. a.
Numæ fabula. 48, a.
Numicius amnis Æneæ interitu famoſus. 49, b.
Numiſmata Centronii in ejuſdem ſepulchro detecta. 171, b.
Numiſmata Sepulchrorum. 69, b.
Numiſmata varia. 97.
Nurſia patria Titi Veſpaſiani. 233, a.

Occaſio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

O.

OCcaſio deſcriptionis urbis Empulitanæ. 177.
Occlei hiſtoria. 130, b.
Oedipi familia ſceleribus innata. 130, a.
Oedipus Laji filius. 129, a.
Oenotria. 10.
Oenotrii populi. 9, b.
Oenotrus. 3, b. 10, b.
Officia L. Munatii. 163, a.
Oppida dubii ſitus. 232, b.
Oppida in agro Pontino inundatione deleta. 246, a.
Oppidum Sancti Viti. 187.
Oppidum Sancti Germani Cœnobio Caſſinenſi principali ordinis D. Benedicti clarum. 239, a.
Opus Muſivum. 96, b. ejuſque explicatio. 100, 103.
Oraculum Fauni. 134, b.
Organum hydraulicum in villa Eſtenſi. 173, b.
Origo Caſtri S. Angeli. 183.
Origo inſularum natantium. 204, a.
Ortus Anienis. 175, a.
Oſtia Tiberina. 22, b. olim mari adjacens. 23, a.
Oſtienſes ſalinæ. 23, a.
Oſtienſis portus. 248, a.
Ottonis Card. Truchſes Germani egregia laus. 117.

P.

PAlatii Evandrini veſtigia. 52, b.
Palatinus mons. 15, a.
Palatium frangipaniorum. 49, b.
Pallantium oppidum. 231, b.
Paludes Pontinæ utrum hodie exſiccari, & ad priſtinam culturam revocari queant? 252, 253.
Palumbæ. 24, b.
Papa incarceratus. 92, b.
Paſſienus Criſpus fagum ſtulte amavit. 63, a.
Pedum. 121, a. ejus ſitus inquiritur. *ibid.* expugnatum. ibid. b. & 184, a.
Pelaſgi oraculi monitu in Italiam appulſi. 131.
Pelaſgi. 9, 10. è Peloponneſo oriundi. 12, a. à Phalec Hebri filio. 14, a. Varias ſedes quæſiverunt. *ibid. b.* in Italia conſedêre. *ibid.* ab Aboriginibus in ſocios recepti. 13, a. Crotonem Umbrorum civitatem capiunt, & Siculos ſuis ſedibus ejiciunt. *ibid. b.*
Pelaſgorum Arcadum expeditio in Latium ſub Evandro Duce. 14.
Peregrinatio Homeri. 82, b.
Perpetuus Tyburi gubernator Card. Eſtenſis. 172, e.
Peſtilentia ſæva. 242, a.
Petrum Apoſtolum Præneſtinis prædicaſſe, & templum condidiſſe. 111, a.
Pharus. 95, b.
Pharus Præneſtina in Nautarum ſolatium. 107, b.
Philopator Homero templum dicavit. 82, a.
Phormiæ, ubi hodie Mola, pagus ad mare
Piciles deſcriptio. 147, b.
Pie de luco, Lacus, oppidum & lucus Veliniæ Deæ. 231, a.
Piſcatio fructuoſa. 259, b.
Piſciano, oppidum. 185, a.
Piſcina Luculli. 75, a.
Plautiorum ſepulchrum. 160.
Poluſtria oppidum. 184. b.
Pometia Sueſſa Volſcorum Metropolis. 239, a.
Poetarum, Oratorum & Literatorum hominum ſummus fautor Mecænas. 158, a.
Pometia oppidum. 245, b.
Pomptini agri lacus duo. 245, a.
Pomptini quatuor amnes. 245, b.
Pomptinorum oppidorum interitus. *ibid.*
Pomptinus ager. 244. ejus ſitus. 245, a.
Pons Lucanus. 160.
Pontifex vi conſecratus, & Epiſcopus conſecrans vindicem Dei manum experti. 113.
Pontificis incarcerati mors. 124. b.
Portenta, quæ Fruſinone contigerunt. 125, a.
Portus Claudii. 22, a.
Pratum florigerum etiam hyeme. 240, b.
Præneſte à quo condita. 90. quo tempore. *ibid.* & anno. 92, a. factioſorum hominum refugium. *ibid.* ejus excidium ſub Bonifacio VIII. *ibid, b.* ad Barberinos devenit. 93, b.
Præneſtinæ deliciæ. 92, b. & viciſſitudines. 109. b.
Præneſtinæ Fortunæ, Primigeniæ, templum. 94, 98, a.
Præneſtinarum ſortium origo. 93, b.
Præneſtinorum varia fortuna. 110, a. ſub Columnenſibus, 92, b.
Præneſtini ſemper Herculi Tyburtino vicino devoti fuerunt. 104. b.
Præneſtinorum Epiſcoporum ſeries. 112, 113, 114, 115, 116, 117, 118.
Primigeniæ Fortunæ Præneſtinæ Templum. 95.
Primus author cærimoniæ pulſandi Campanulam ad corporis Dominici venerationem. 115.
Priſci Latii termini. 21.
Priſtina Pomptinarum eluvio. 205, a.
Privilegia Cryptæ Ferratæ. 61, a.
Privilegia Decio conceſſa ob cyſiccatas paludes. 249, b.
Proceſſio. 108, a.
Prodigia à Dæmonibus exhibita. 40, b.
Profunditas Lacus Albunei. 204, b.
Profunditas voraginis in monte ſciſſo. 206, b.
Proſpectus amæniſſimus. 76, a.
Proſpectus ex ponte in Catarractam, quam vulgo *la Caſcata* vocant. 141.
Proſpectus ex ponte in ſubjectam aquarum voraginem, quam *la bocca del inferno* vocant. 142.
Proſpectus Villæ Eſtenſis. 173, a.
Prytaneum. 151, a.
Pub. Clodii Villa. 42, b. ejus ſitus. 43, a.
Pupina, & ejus olim ſitus. 122, a.
Pythagoras. 20.

Q.

QUid aves domibus arboribuſque inſidentes ſignificent? 105, a.
Quid balnea? 107, b.
Quid duæ ſorores? 105, b.
Quid in aquis hydra, ranæ, rubetæ, & ſerpentes? 104, a.
Quid montes notent ſerpentibus fœti? 103, b.
Quidnam ſignificent differentes animalium ſpecies? 104, b.
Quid nomina Ægyptiaco ſeu Copto charactere ſcripta ſignificent? 104, a.
Quid Serapeum? 105, b.
Quid venatio avium in montibus? 103, b.
Quintilii Vari miſerabilis interitus. 159, a. ejus villa, & ſitus ibid.
Quirini nomen unde Romulo datum. 223, a.
Quomodo naſcantur inſulæ natantes. 204, a.

R.

RAtio coërcendi fluctus marinos. 259, a.
Ratio purgandorum fluminum per bubalos. 259, b. per foſſas laterales. 260, b.
Raſtra purgandis fluminibus inventa, 260, a.
Reate, Metropolis Sabinæ regionis, 231, b.
Reatinus ager ſumen Italiæ. 230, b.
Reconciliatio Horatii cum Cæſ. Auguſto mediante Mecænate. 166, b.
Redditus agri Pomptini Geometrice examinantur. 261, b.
Regionis Pomptinæ bonitas. 262, b.
Regionis Volſcorum, ſitus, & oppida mediterranea. 239. a.
Regum Albanorum inchoatum imperium. 135, b.
Reliquiæ SS. ſub altari Veteris Templi S. Laurentio dicati inventæ. 213, b.
Remora, navim ſiſtens, 24, a.
Res humanæ omnes caducæ. 248, a.
Reſpublica Romanorum inſtituta. 21.
Revolutiones Tyburtinæ. 138, a.
Roboraria. 122, b.
Rocca di Papa. 38, a.
Rocca ſecca. 241, a.
Roccio Vareſiana villa. 79, a.
Romana clades ſub Sylla. 139, b.
Romulus cur Quirinus dicatur. 223, a.
Rubelliorum villa. 161.
Rudera antiquitatis. 34, a. 49, a.

S.

SAbazius. 3, b. 5, a.
Sabina non eſt civitas, quam inhabitet Epiſcopus Sabinenſis. 224, b.
Sabinorum regio. 216. potens & ampla, ejuſque termini. *ibid. b.*
Sabinorum urbes veteres. 217.
Sacer mons. 220. b.
Sacrificia varia Diis inſtituta. 103, a.
Sacrificium poſt Villam Adriani extructam mors fuit Chriſtianorum. 153, a.
Saga. 3, b.
Salaria via unde dicta? 226, b.
Salinæ Oſtienſes. 23, a.
Sanari dicuntur morſi à rabidis canibus in eccleſia S. Viti. 187, a.

Sancta Victoria Draconem pellit. 211, b.
Sancti Euſtachii & ſociorum mors. 153, a.
Sancti Gurini ſanctitas; 114.
Sancti Præneſtini. S. Agapitus, & S. Herundo. 112.
Sancti Soteris Papæ patria. 28, a.
Sancti Tyburtini. 211, 214.
Sanctus Dominicus & S. Eliſabetha à Gregorio IX. inter Divos relati. 124, b.
Sanctus Ignatius ubi commoratus. 239, b.
Santacrucius Cardinalis. 215, a.
Saracenorum furor. 113.
Saſſula, vetuſta Latii urbs. 184, a.
Saturnalia feſta. 8, a.
Saturnia ſecula. 131, b.
Saturniæ etymon. 131, b.
Saturnia tellus. 7, 8,
Saturni juſtitia & pietas. 8, a.
Saturnius Mons, nunc Capitolium. 8, a.
Saturnus. 3, b. Quis fuerit? 5, a. Cretenſis. 6, a. Scythicus, Babylonius, Ægyptius. 17, b.
Savelli caſtrum. 45, b.
Saxifodinæ Tyburtinæ admiranda. 206, a.
Scaptia, oppidum. 121, b.
Schola Fauſtiniana. 95, a.
Scopulus converſioni Divi Euſtachii ſacer. 185.
Scyphus Ulyſſis. 25, a.
Sepulchri Furiorum detectio. 64, a. Antiquitas. 68, a.
Sepulchrum Aſcanii Albæ conditoris. 31, b. 43, b.
Sepulchrum Borbonii Ducis Cæſarei. 27, a.
Sepulchrum Reginæ Zenobiæ. 156. b.
Sepulchrum Syphacis, 155, b.
Sepulchrum Tulli Hoſtilii, quod alii putant Anci Marcii. 34, a.
Sepulchrum Tulliolæ filiæ Ciceronis. 44, a.
Serapeum. 95, a. Præneſtinum, 103, a.
Serapis, cur in tanta apud omnes veneratione? 106, b.
Setia, Sezza vulgò, oppidum, 242, b.
Setini exſiccationem paludum moliuntur. 250, b.
Sexti, filii Tarquinii ſuperbi aſtutia Gabiis. 120, b.
Sibyllini libri cur à Romanis prohibiti? 212, a.
Sicani, antiquiſſimæ gentes. 9, a. Pulſi ab Aboriginibus. *ibid.* à voce Chaldæa ſic vocati. *ibid. b.*
Sicani & Aborigines fueruut coævi 9, a.
Sicanorum etymon Hebræum. 128, a.
Sicilium, oppidum. 128, a.
Signia, Patria Vitaliani Pontificis, qui primus Pſalmodiam inſtituit. 125, b.
Simonis Magi mors. 46, a.
Simplicitas veterum in vaſis & ſupellectile. 69, a.
Sinueſſa, Aruncorum urbs. 28, b.
Solonius Campus. 88, b.
Sora, urbs, 239, b.
Sortes etiam Romanus ſuſpectæ. 94, a.
Sortium figura & modus eas uſurpandi. ibid. earum origo. 101, a. 103, a.
Sphynx ænigmatica. 130.
Statua Sibyllæ Tyburtinæ. 194, 196.
Stephanus ex Monacho Claræ vallenſi Præneſtinus Epiſcopus, vitæ ſanctitate inſignis. 114.
Strozziana villa. 78, b.
Studium Adriani Imp. in omni literaturæ genere, & profectus. 145, a.
Sublaqueum, oppidum. 175.
Sueſſa Pometia. 242. b.
Sulpicii Conſulis mors. 88, b.
Sylla conditor Templi Fortunæ ob perpetuos & felices rerum ſucceſſus. 103.
Sylla unde dictus? 101, b,
Syllæ geſta. 138, b. ejus mors & crudelitas. 92, a.
Syllana villa. 62, b.
Sylva lauro conſita à Commodo & Vitellio Imp. frequentata. 23, b.
Symmachi Villa. 96, a.
Symphoroſa cum filiis morti traditur. 153, a.

T.

TAberna, Villa. 78, b.
Tabulæ confœderationis Tyburtinæ cum Romanis. 137, b.
Tarquinii ad Lucretiam verba. 109, b.
Tarquinii in conciliandis ſibi populis regnoque recuperando aſtutia. 136, b.
Tarquinius papavera decapitat. 120, b.
Tarquinius Superbus exrex ſe Tuſc. recepit ad Octav. Mamilium Principem loci, affinem ſuum. 55.
Tarquinius Superbus regno exactus. 21, a. ejus aſtuta ſolertia in adjungendis ſibi populis. 36, b.
Telephus Herculis filius, pater Latini. 8, a.
Tellenæ oppidum. 89, a.
Telonius fluvius. 233, b.
Tempe Reatina. 230, b.
Templa Diis exſtructa. 103, a.
Templi Herculani ſitus. 133, a.
Templum Bonæ Fortunæ. 73, b.
Templum Deiparæ virginis, miraculis clarum. 46, b.
Templum Neptuni. 107, b.
Temporum tempeſtatumque edacitas. 123, b.
Tempus ſucceſſive totum terrenum corpus mutat. 168. b.
Terebinthus & reſina ex agro Tyburtino. 208, a.
Terracina, olim Anxur. 26, a.
Terræmotuum in ſubvertendis urbibus effectus. 246, b.
Tetricus mons. 233, a.
Teverone fluvius. 175.
Theatrum Architectonicæ artis ſpecimen, cum organo hydraulico in Villa Eſtenſi. 175, b.
Thebanorum Expeditio. 130, b.
Thermæ ad Lacum Albuneum. 203, a.
Theſaurorum ſcrutatores. 76, a.
Theſſala tempe Adriani. 152.
Ticra, oppidum. 231, b.
Titulus S. Crucis INRI intra meditullium ſaxorum repertus. 206, b.
Topiarium opus P. quid? 107, b.
Topographia Territorii Tyburtini. 143, a.
Toſani fluvii mirabilis natura. 125, a.
Trapezophorum Ciceronis. 59, a.
Treba oppidum fonte Anienis celebre. 176, a.
Tres Iudæi in Montis Sciſſi voraginem projecti. 207, a.
Trinacria, 128, a.
Tripontii deſcriptio. 250, a.
Triumviratus Romanus. 139, b.
Tulliæ Tarquiniorumque atrocia facinora. 136, a.
Tullus in reliquos omnes Latinos imperium prætendit. 136, a.
Turni origo. 87, a.
Turnus Herdonius à Tarquinio occiſus. 80, a.
Turnus vivus ſepelitur. 80. b.
Turris cremata. 241, b.
Turris Dianæ. 49, b.
Turris in Circeio, Pontificum refugium. 25, b.
Tuſculanarum quæſtionum origo. 59, b.
Tuſculani cæſi. 137, b.
Tuſculanorum cum Romanis bella. 77, a.
Tuſculi origo. 56, a. Deſcriptio. 56. Amplitudo ex modernis ruderibus colligitur. 55, a. Reſtauratio. 57, b. Principes. 58, a.
Tuſculum denuo devaſtatur à Romanis poſteris. 78, a.
Tyberis declinatio. 248, a.
Tybur Herculeum, 134, a.
Tyburis moderni ſitus & deliciæ. 140, a.
Tyburti conditores. 128, b. ejus antiquitas Chronologicè oſtenditur. *ibid.*
Tyburti fertilitas, amœnitaſque. 141, a.
Tyburtina urbs. 127, 140.
Tyburtina variarum artium ergaſteria. 141, a.
Tyburtini Romanorum juribus fruuntur. 137, a.
Tyburtinorum prudentia. 139, a.
Tyburtus rerum gloriâ clarus morte obitâ inter Divos adnumeratur. 135, b.
Tyrrheni. 8, a.

V.

VAcuna oppidum, unde nomen? 228, b.
Variæ de Pomptinis ſententiæ. 244, a.
Varia ſacrificia Diis inſtituta. 103, a.
Vaſa conditoria cinerum demortuorum. 68, a.
Vaticinia de Lacu Albano. 39, b.
Velini fluvii origo, & vallis per quam fluit, Velia dicta. 229, b. ejus facultas petrifica, 230, a.
Velitræ oppidum. 242, a.
Veræ bonitatis aquæ potabilis ſigna. 200, b.
Verulæ, oppidum. 125, a, 241, a.
Vejentum urbs quomodo à Romanis capta? 40, a.
Veritas hiſtorica fabulis involuta. 1.
Ufens fluvius, & ejus examen. 257.
Via ab Alexandro VII Pont. facta. 33, b.
Via Appia. 247. a. ejus commoditates, devaſtatio, reparatio. *ibid* b.
Viæ Appiæ cura Fundanis incubuit. ibid.
Via Cæſarini. 50, a.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Via Frangipaniorum. *ibid.*
Via Salaria unde dicta? 226, b.
Via ſtrata ſilicibus ad verticem uſque montis Albani. 38, b.
Via Valeria. 156, b.
Viciſſitudines, quas ſubivit Italia à novis noviſque ſemper colonis. 129, b.
Viciſſitudo rerum. 88, a.
Vico Varo olim Valeria, & vicus Varronis dictum oppidum. 188, b.
Villa Adrianea, ejus exſtructio, & exſtruendæ occaſio. 145, b. Diviſio, & partium ſingularum deſcriptio. 146.
Villæ Adriani ornamentis Antoninus ſuas thermas inſtruxit. 153, b.
Villa Aldobrandina. 78, b.
Villa Axii Appii. 231.
Villa Boncompagna. 78, b.
Villa Burgeſia. 78, b.
Villa Caji Caſſii. 163, a.
Villa Catulli pœtæ. 164.
Villa Centronii. 76, a.
Villa Ciceroniana. 58, b. 241, a.
Villæ Ciceronianæ vaſtatio, reparatioque. 60, b. Verus ſitus inquiritur. 62, a.
Villa Coccejorum. 172, a.
Villa Coponiorum. 172, a.
Villa Criſpi Saluſtii. 171, a.
Villa C. Turpitii. 163, a.
Villa Eſtenſis picturis & ſtatuis innumeris ornata. 172, b.
Villa Falconeria. 78, b.
Villa Gordianorum. 119, a.
Villa Horatii Flacci. 165, b.
Villa L. Centronii Piſani. 171, a.
Villa Lolliorum. 164.
Villa Ludoviſia. 78, b.
Villa Manlii Vopiſci 166. ejus deſcriptio. 167, b.
Villa Mecænatis, poſtea Cæſaris Auguſti. 157, a.
Villa Montaltina. 78, b.
Villa Munatii Planci. 162.
Villa Patroniana. 209.
Villa Patroni Liberti. 171, b.
Villa Phormiana Ciceronis, ubi etiam obtruncatus fertur. 28, a.
Villa Piſoniorum. 163, b.
Villa Plautiorum. 160.
Villa Pompeji. 42, a. ubi fuerit. 43, a.
Villa Pub. Clodii. 42, b. ejus ſitus. 43, a.
Villa Qu. Cæcilii pii Metelli Scipionis. 164.
Villa Quintilii Vari Conſulis, ac ejus ſitus. 159, a.
Villa Roccio-Vareſiana. 79, a.
Villa Rubelliorum. 161.
Villa Strozziana. 78, b.
Villa Syllana. 62, b.
Villa Symmachi. 96, a.
Villa Syphacis Regis Numidiæ, 154.
Villa Ventidii Baſſi. 162.
Villa Veſpaſia. 233, a.
Villa Uſtica in monte Lucretili. 235, b.
Villa Zenobiæ in territorio Tyburtino. 156, a.
Vindicta Syllana. 139, a.
Vina Fundana. 27, b.
Vini Setini laudes. 261, a.
Vinum Cæcubum. 28, b.
Vinum Signinum laudabile. 126.
Virbius quis, ejuſque origo. & etymon. 48, a.
Virtutes Homeri. 85, a.
Vitellia urbs. 122, b.
Ulmus Tybure, in qua S. Symphoroſa ſuſpenſa traditur. 154, b.
Umbri populi. 10, b. eorum etymon & origo. *ibid.*
Ungulæ jumentorum aquâ Velini indureſcunt. 230.
Volucrum artificioſus cantus in villa Eſtenſi. 173, b.
Volſca lingua ex Græca & Latina corrupta. 237, a.
Volſcæ & Sabinæ voces uſurpatæ à Latinis, 237, a.
Volſcorum oppida. 123, b.
Volſcorum regionis ſitus, & oppida mediterranea. 236, a.
Volſcorum regnum, ejus diviſio, & origo. 236, a.
Urbium Latinarum Priſca & moderna denominatio. 21, b.
Urna Sortium. 95, b. 105, a.
Utrum aqua Anienis calculum generet? 201, b.
Utrum aquæ canalibus incluſæ ſalutiferæ ſint? 202, a.

Z.

ZEnobia Palmyrenorum Regina. ejus in urbem triumphus, ſplendor & magnificentia, aliæque naturæ dotes, linguarum peritia. 155. ubi habitaverit? 211, b.
Zenobiana Villa in territorio Tyburtino. 156, a.
Zootrophium Burgeſianum. 73, a.

F I N I S.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Index & Ordo Tabularum Operi Latii Rev. P. Athanaſii Kircheri *ſuo loco inſerendarum.*

Effigies Pontificis ante Dedicationem	
Tabula Chorographica Latii	Fol. 1
Lacus Albani & Albæ Longæ Deſcriptio	33
——— ——— Crateris Delineatio	39
——— Nemorenſis ſive Speculum Dianæ	48
——— Aricinus	50
Tuſcii Veteris Situs	56
Sepulchrum Furiorum in Agro Tuſculano	64
Territorii Tuſculani Topographia	70
Schematiſmus Villarum Tuſculanarum	78
Tuſculanum una cum Villis	ibid.
Burgheſianum una cum Villis	79
Apotheoſis Homeri	81
Ortographia & Sciographia Templi Fortunæ Prænestæ	96
Lithoſtroton Prænestinum	100
Præneſte	111
Civitas Tiburtina	127
Territorum Tiburtinum	143
Villa Adriana cum ſua Deſcriptione, 2½ Figuræ.	152
——— Mæcenatis Tiburtina	157
——— Quintilii Vari	158
Templum Sibillæ & Catadupæ	168
Rudera Villarum Lucullanarum	172
Sabinæ Regnum	216
Volſcorum Regio	236
Molendina	258

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

T.c.27

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

T.c.27.

WLO
19-3-73

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
144 A 14